ſum orbem diſperſas eccleſias: quo oībus vna vni uerſis (dñm proxima imitatione referens) coope rata oībus coagens, tua generali efficientia lōge oībus cū efficiendo tum in cœleſtes aulas deducē do p̄ſtemus ꝓximius atq; (vt aiunt) intimi⁹, vna cum patre filio & ſpū ſancto coagas cohercaſq; & q̄q̄ aliter, ſupra tñ omnē mundanum & angeli cum captū. Vt in virtute ſuper oēs exaltata es: ita in agendi efficientia, plenitudine, & incōparabil⁹ energia oēs antecellas. Totius quippe gr̄ę plenitu do vt in filium, in cā venit: tametſi differēter. Sed q̄ ſunt pabula matris niſi melioris gr̄æ & miſeri, cordiæ: niſi vberioris ſapiētiæ & ardētioris, q̄ in ipſa pleniſſime donat amoris: & ſuo interuētu pe, culiariter vnigenitus infundit. Hoc quippe dei & dñi noſtri ꝓprium eſt: vt in mētibus illapſus faci, at: q̄q̄ & hoc quidē meliore quodā participatu ꝓ pinquiore diuinitatis attactu diuinę mī videatur qua fas eſt cōceſſuz. quaten⁹ iſtud mun⁹ aut inter cedendo aut ſupplicando ſeu vtcūq; diuinitatem mouendo a creata ſubſtātia, tam ſublimi, tā eleua ta, participari pōt. Quonā vero modo id fiat pu to neminē ſcire p̄ſumere: niſi q̄ quāta hęc ſunt pe, nitius ignoret. Exiſtimandū quippe, eam q̄ ſuper oēs angelorum ordines ſublimata eſt: oīm & lon ge ſublimiores continere rōnes agendi, & diuina efficiēdi. Exiſtimant eruditi deū ip̄m efficiēdo im mediatā cauſam eſſe, ꝓxime effectum quēcumq; attingētem: ceterū magis intimū ſua infinitudi, ne & altiore penetratu ac puriore entelechia q̄q̄ q̄, uis forma ipſi rei cōpoſitę, ſit ītima ſiue ipſa q̄cūq; res ſibi ipſi. Nec ificias eūt, particulares plures cau ſas ꝓximas eaſq; imediatas eſſe. Quid vetat: tan tam dñi mr̄em, & ſuperuenerandā mundi dominā in pulchrū participatū cum deo & eius vnigeni, to filio ſuſcipi: & ſi haud dubie diſparē, in cui⁹ fu blimes laudes cōcinit eccl'ia. Cum eo eram cūcta cōponens: & delectabar per ſingulos dies, ludēs coram eo omni tēpore: ludens in orbe terraruz: & q̄q̄ de ſapiētia, q̄ & filius & verbum iſtud proxi, me intelligatur: tñ ſecūdo loco diuinæ parenti & mundi dñę aſcribi quoquo modo, ſed in analogia pōt. Vt ſit ipſa altera q̄dam mediatrix: altera q̄dā coopatrix: fctā ſi dicere audem⁹, &. M. Alber. cre dim⁹ cōredēptrix. Nec mirū cū (vt antea dixim⁹) electa ſit: vt ſol. Sol quidē iuſtitiæ: vt q̄cūq; ſint fi, liį: ſint q̄quo mō ipſius: ſed incōpatione & ꝓpor tione quadā matris: oēs dignitates, oīa munera, & pulcherrimę in agendo aut intelligēdo functio nes. Nec iſtud impoſſibile per oīa videtur. Siqui dem aīam Ieſu xp̄i verbo vnitam, oī ſapientē ve lint: dñam quoq; mundi & tanti dei parentē q̄q̄ diſpari lege & ſorte omniſciā: & nulli⁹ pene artis, nullius quoq; rei neſciā aſtruant. Proxima igitur illius ad filiū imitatio eſt: ꝓximus quidā attactus: & incredibilis quidā nexus. Vt rectiſſime dicat ad matrē filius. Oīa mea tua ſunt: & tua mea. Quadā pulcherrima ſynaxi & cōmunicatione (vt ita di, cam) inter eos optime maxime inuēta. In cōmu ne confert filius quicquid ſingulare, quicqd præ cipuū habet. Et obſerua. Qd' vt paſcat hedos hor tatur. Hedi erāt, non agni, gētium populi. Quod p̄termiſſo vero dei cultu: in cultū idolorum vene rant. Hos iāiā aduentu Ieſu chriſti effectos hūiles docileſq; paſcit pientiſſima & glorioſiſſima virgo Maria: & ex hedis agnos facit: quos lauachro ſa lutari vtcūq; ꝓ ſanctos dñi miniſtros ablui ꝓcu rat: priſtinam vitā ſimul & ſordes abſtergens. Poſ ſumus & in aliā intelligentiā interpretari. Vt hor tetur matrē filius (id quod de eccl'ia & fideli qua cūq; anima, imo cętera oīa intelligi pōt) vt poſt veſtigia gregū ſecedens, paſcat hedos ſuos iuxta tabernacula paſtorū, angeloz̄ ſcilicet: quibus cō miſit dñs noſtri curam. Et vn⁹ vni magno dei be neficio p̄poſitus eſt: vnus etiā mentis: qui rectius paſtoris munere fungitur. Angeli (inquit) eorū ſemp vident faciem patris mei: qui in cœlis eſt. Et Pſalmographus, miniſtros vocat. Qui facit An gelos ſuos ſpūs: & miniſtros ſuos flāmā ignis. In Daniele quoq; miniſterij nomēclaturam ſortiun tur, & Paulus apertius oēs vocat adminiſtrato, rios ſpūs in miniſterium miſſos. in Daniele Prin cipes cū eccleſię tū Perſarum nuncupantur. Lege librum paſtoris quem Angelus, in ſcemate paſto ris, reuelat Hermę martyri olim diſcipulo Petri: quē librum Origę. Athanaſius. Io. Antiochenus & veteres fere oēs citant. Egredere igit̄, o mea ma ter e ſinibus meis e diuina & cœleſti ꝑfruitione & tanto cōtemplationis faſtigio: & abi, nequaq; tā tos cōtemplatus & mentis exceſſus relinquēs tua mire ſup oēs omnium mortaliū lyras reſonante harmonia, agendo quippe cōtemplaris & contē plando agis: pulcherrima (vt ſic loquar) inſtar aioth ωεχιδλεξιᾳ. i. ambidexter, nullo ſiniſtro in te inuento. Tota quippe diuina es. Et abi poſt veſti, gia gregū tuoz̄: mira gregem in caulas cœleſtes: in cœleſtium māſionum gloriā: & paſce populuz̄ gentiū. Nēpe hæc tua gloria erit hic tuus honos: hic laudis & victoriæ titulus. Vt mater ſis multa rum: imo vero omnium gētium. Nā per te cōuer tentur ad patrem oēs fines terrę: patrē Habraam etiā in ea re ſuperans: vt longe meliore conditio ne & ſorte ſis oīm gentium mater: ille tantū multa rum. Hæc erūt tuę p̄conia laudis, hi triumphales & multo plures & celebriores longe tituli. Intēde o p̄ſtantiſſima virgo, proſpere procede & regna. Te quippe in tā egregio facinore & ſalute omniū obeunda, mirabiliter deducet dextera tua. Sed pa

sce (inquit) iuxta tabernacula pastorꝝ, deduc pascens in cœlestem mõtem: atq; imitationẽ multorum milium Angelorꝝ frequẽtiæ. Nosti testimonio meo plures mãsiones in pfis mei ędibus esse: plures ordines quos Paulo. Hiero theo. Dionysio viuens fortasse ꝑdidisti. & nimirũ potit excessum Gregorio & Bernardo. In horꝝ fastigia, ordines, gradus, inq; dignitates deduc ppm tuum & hereditatem tuã. Sibi vendicent isti, quos haud deducere indignaris, q̃ q̃ dñi mater tametsi Angelorꝝ regina & dña mundi, sortem & loca coruꝫ qui cecidere: in parem si plerisq; credimus numerum assiscendi. Sed multo clarior erit illorum numeratio: vt illis qui perstitere conferantur: & ruinam reparaturi, numerũ quoq; delectorꝝ ęquaturi sint. Tali quippe ꝓpter me & te, censebit honore, humanũ genus, pater: talem gr̃am & gloriam suis militibus dabit: te non parum coagẽte, o domina, huic etiãnũ operante (quã nũcupant) data gr̃a, gregi: quo in meliora suscipiatur fastigia. Hic tuus populus denariũ absolutũ numeruꝫ, & alteram quandã vnitatem perficiet. Quã q̃ em̃ testimonio p̃m in nouem sint illę cœlestes mansiones distributę, ordines: in denarium tñ pulcherrime per humanum genus reparata ruina exurgere dicẽtur: vt non tã reparãdę ruinę q̃ sui cã illuc videãtur deducti: nec tã nouo adiecto, q̃ vetere numero absoluto. Quo illo denario, scd'a vt dixim⁹ vnitate non corpus modo ex oĩbus consurgens: sed singuli cẽseantur in pfectam iã tũ sublati harmoniam & beatitatẽ, cũ accidentariã, tum eam, q̃ in pulcherrima entelechia cõstitit. Hic erit denarius ex nouẽ pulchre consonantibus musis resonans. In hunc modum cœlestis ordo distributus est: hac ratione angelicus: & in quodã remotiore vestigio humanus: id quod nouẽ musę illę (si alienа, in re diuina vsurpare liceat) sed in remotiore typo, indicabant ex oĩbus diuina laude & gloria absoluta. Pulchre in hoc Nouenarij vestigio celsioris Trinitatis relucet fastigiũ. Vndiq; tern⁹ est vel in sua cõnumeratione: ter tria contines & sese cõplicans Trinitatẽ refert: & partes ipse Trinitatẽ in vestigio continet: absolutissimũ Trinitatis circulum agentes, qua nimiruꝫ angelici spũs & fœlices aiæ Trinitate cẽsent illa mire cõcludunt eadẽ vel p̃cipue in illis collucẽte. Lege sc̃tissimũ Dionysiuꝫ in Angelicæ hierarchiæ volumine. At qui supra oẽs ordines est deus & dñs, vna cũ dñi matre & te deipara virgine decimũ absoluent: alterã em̃ o mea mater tu perficies Hierarchiam: quę incomparabiliter super oẽs cœlestium agminũ ordines es collocata. Tibi scd'a post deum gloria concessa est: vt cœlestem etiã Hierusalem, cuius lucerna est agnus, etiam illustres perfacias, ex te in eam altissimis demissis radijs & admirãdis cœlestiũ incremẽtorum, beatitudinũ perfectionibus, & diuina ratione superior etiã Enneas, diuinę, admota vnitati denariũ absoluet. qd' mire sanctorꝝ patriũ rationi & doctrinæ cõsonat. Lege Tusanũ. Et obserua quod dicit iuxta tabernacula pastorũ quasi velit, vt qui in cœlestium agminũ dignitatem & sortẽ assiscendi erãt: eorꝝ legibus & de more viuerent: in eorꝝ imitationem instituerentur: quod nullus mortalium p̃stare posset, nisi vno iubente domino. Sanctissima & beatissima virgo Maria: q̃ a secretis dñi est: & per eam recõdita efficit in hominibus ipsis, vel hoc ipsis non aduertẽtib⁹, mysteria aperit q̃q; vt purioribus animis qui a dño diuinos & admirabiles patiũtur excessus. Et pulchre dicit tabernacula. Neq; em̃ in vnum modũ instituendi pascẽdi ve erãt qui in multiplicẽ fortẽ erãt suscepturi q̃ multimoda dona spũuꝫ apte enumerat Apl'us. Alij (inquit) p spm̃ datur sermo sapiẽtię, alij aũt sermo scię ꝑm cũdẽ spm̃, alteri fides in eodẽ spũ, alij gr̃a sanitatũ in vno spũ, alij operatio virtutũ, alij ꝓphetia, alij discretio spũum, alij genera linguarũ, alij interꝑtatio sermonũ. Hæc aũt oĩa operat vnus atq; idem spũs diuidens singlis ꝓut vult. Huius incõparabilis efficiẽtię ꝓxima participẽ efficit supuenerandã dñi m̃rem. Nam & ꝓxima est. Veni (inquit) amica mea veni proxima mea. Sed de his hactenus: ne fortasse nimij simus dũ singula ꝓsequimur, aspiret in oĩa supbñdicta Trinitas: cui est oĩs honor & gloria. Amen.

Libri Primi. Homilia. vij.

EQuitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea: pulchrę sunt genæ tuæ sicut turturis. Collum tuũ sicut monilia. De equitatu Pharaonis regis ęgypti satis in scripturis enarratuꝫ est. & quo pacto fuerit in mari submersus. Cantem⁹ (inquit Moyses) dño: gloriose em̃ honorificat⁹ est: equũ & alcensorẽ ꝓiecit in mare. & in Exodo manifestius. De curru vero dñi dixit Psalmographus. Currus dei decẽ milib⁹ multiplex milia lętantiũ. & describit eius solũ & thronuꝫ Daniel: & sedes & rotę igneę sunt: & milia miliũ ministrabãt ei & decies centena milia assistebãt ei. Sacratus ille quidem numerus est: sed qui multo maiorem in sacramento numerositatem contineat. Sed quis alius eius curr⁹ esse potest: q̃ is de quo manifeste loquitur Scriptura. Qui sedes sup Cherubim manifestare. De Seraphim qd' in illis sedeat dñs nusq; compertum est. At iuxta dñm stare in Esaia legim⁹. Et Seraphim stabant circa eũ. Thronos in dñicas sedes paratos vel ex ipa nomẽclatura, nemo est qui nesciat: qui pro curribus etiã in pulcherrimo dñi

congressu & non adoritur hostem officium præ stant. Existimant eruditi currum quo Helias in su blime euectus est, sidereum de spiritibus angelicis fuisse: lege Ioannē Antiochenū qui nō simul hoc dicit quis ibit inficias multo magnificentissimum domini currū esse. In Apocalypsi insidentes equo albo dñm enarratū est: plurima illum dealbatorū turba comitante cœlesti. Plusq; decē milibus mul tiplex hic currus est: plusq; milia ibi lętantiū atq; acclamantiū: benedictio & claritas & gratiarum actio honor virtus fortitudo deo nostro in secula seculoꝝ. Amen. & de more seraphim dicentium: Sanctus sanctus sanctus, ter sancto repetito, noie dñs deus exercituū. Id quod angeli in noua lege veteribus respōdentes resonant: lege Ioannē Da mascenū & quintā synodū de trisagio hymno, di uinitus tpe sancti procli comperto. Huc conferri potest oīs illa acclamantiū cum senū tum angelo rum in Apocalypsi multitudo. Currus triūphalis in quatuor maxime equis est. Et quāq; vnus sit in Apocalypsi cui insideat deus: tñ mystice ille multi plex est. Est candida dñi anima: eius purissima ca ro: pientissima dñi mater cui etiam pro venerādo eius utero vel p̄cipue insedit: est ecclesia tota for mosa tota dealbata, immixa super dilectū suuꝫ: aut cui etiā innititur dñs. Alternum sibi p̄stant officiū sponsus spōsaq;. Nunc innititur sponsus: nūc innitēti ausum atq; officium p̄stat. Viden pulcher rimam dñi quadrigam: cui simul cū plurimo equi tatu, pulcherrima virgo confertur. Suspice illius currus thronum fastigiūq; ex auro purissimo esse nec vnimodū solū: sꝫ multicolorē esse: media cha ritate illa quidē ingenti & ineffabili & ardentissi ma constratū. Nunc purpureū non solū p ascen sus gradib⁹: sed p reclinatorio ipso, purissimo san guine agni madentē: vnde salus oīs mortalib⁹ cō itet: nunc vero saphireū: vel hippopodion illi⁹ in Exodo legimus: aut eius incōparabilis coloris cu ius cœlū est. In diuiniore sacramēto angelorū & cœlestium aiarū eccl'iarū ipsam eiusq; ꝓprietatē, eā quidē secretiorē admirabilēq; continēs. Ebur neas etiā sedes de regnoꝝ volumine ipso colore & materia humanitatē dñi Iesu significans. Cādi didā quoq; sedē in Apocalypsi obseruabimus: cā dorē p̄cipue aiarū designātem q̄ dño p tēplo, ta bernaculo, domo & amplissima (siquidē ingenti virtute insignes fuerint) sede sunt. Mēsura illius sedis incomparabilis est: in quadratū expressa cui totā sese immittat sphera diuina: pulcherrimo qua drato in circulū consurgente: binario numero & semis carnē dñi Iesu indicante vnitate & semis p latitudine, eius p̄ciosissimam aiaꝫ: vnde oīs homi nibus ꝓpiciatio est, quod pulchre enarrat Orige nes in explanatiōe tertię capitis epistolę ad Roma nos. Et ipsum ait Apl's posuit dñs propiciatorem pro p̄tis nostris. Conferas q̄so hos currus Pha raonis curribꝰ: inuenies multo plures (vt dixit ad puerū Heliseus) nobiscum hoc est p curru diui no cœlestes aios q̄ cū illis esse. Et forma & egre gia virtute & pulcherrimis armis nostrates absim cōparatione vlla longe p̄stare. Interior exteriorq; pulchritudo in curru dnico spectatur. Oīs (inq;) gloria filiæ regis ab intus. Et ingeminans in eode cantico dicit ecclesiæ interiorē pulchritudinē ex plicās. Absq; eo qđ intrinsecus latet. Atq; in hūc modum hoiem interiorem & in occulto Iudęum frequētius replicat Apl's. At in curribus Pharaōis exterior tātū. Et vix momento duratura pulchri tudo spectatur: nō tam existens q̄ apparens: nihil verioris entelechię & ꝓfectionis in ea relicto. Sci tum sapiētum est και Sintagma vt quidā interp tantur siue Σύνταγμα ordo est σύνθημα. i. constitu tum: oppositā iuxta se oppositā (sic em̄ p̄fantur) magis elucent. Conferamus adhuc currus curri bus: currus dñicos, Pharaonis siue dyaboli (cu ius typum gerit Pharao) curribus: vnius pulchri tudinē, alteri: videbis sane absq; omni compara tione: currus dñicos pulchritudine & dignitate longe antecellere & mentitā esse illorū pulchritu dinē. Et pulchre illi multo pulcherrimo equitatui cōparat diuinam matrem ecclam aut quācunq; illis accedētem aiam. & perinde equitatui suo in ter currus Pharaonis: hoc est sup oēs currus Pha raonis. Tū maxime eius relucente pulchritudine: cū curribꝰ Pharaonis cōfertur. Et vt cœlestia ter renis p̄stant: haud aliter equitatus dñicus, currus Pharaonis antecellit. Ego te ab initio plasmaui o pulcherrima inter mulieres, curribus meis te con ferens & assimilans. Equitatus meus terribilis ca strorum acies est: & tu terribilis castrorum acies ordinata. Omnes in equitatu dñico candidi & mi re dealbati, eorumq; imitatione ducis, vestes, sunt respersę sanguine: quando dilutę sint in sanguine agni. & tua vestis tua superbenedicta et omni san cta caro candida & immaculata est respersa quo q; sanguine p̄ciosissimo agni: nec tam ab illo di luta q; mire & supra omnium sortem præseruata. Equitatus dñicus, exercitus coronatorum est: ag men regum est. In te vero o Virgo super oēs be nedicta omnis electorum & coronatorum eccle sia continetur sertis cœlestibus insignis. Depone bant seniores in Apocalypsi ante faciem agni p throno mitifico confidentis, coronas suas: q̄ de auro cœlesti coruscabāt: & tu corona duodecim stellarum illustris es o virgo. Duodecim Apostolorum virtutibus, auctoritate & gratia prefulgēs quatuor &. xx. coronis conspicua, hoc est totius veteris testamenti continens diademata. Quasi

illos omnis mire ſis & eminentius complexa: atq; in illis omnes. Quorum ſi numerum, ordinem, armaturam, ornatum, cõtueamur: cœleſtis equitatus & armatura eſt. Pulcherrimus & diſpoſitiſſimus erat ordo gemmarum in veſtibus Aaron, ſacramenta cœleſtium & illius vltramundanę eccleſiæ habens. In Apocalypſi penſiles ſiue prominẽtes in portis ſunt margaritę: immo duodecim portę (vt ait) xñ ſunt margaritę, vt rem omnem ſpiritalem & myſticam intelligas. In fundamentis lapides multigeni: in duodecim cum ordines tum proprietates diſtributi. Muri vero ex iaſpide puriſſimo: tota vero Ciuitas ex lapide mundo & pręcioſo: cuius platea aurum puriſſimum: quid iſta: totum myſticum & diuinum ſpũale non continent? Quę tametſi vt corporalia deſcribantur, tamen ſpiritalium retinent formas. Equitatus, in illa q̃q̃ ſub diuerſo ſcemate dominic⁹ eſt, pulcher, candidus & formoſus. Vna illa in tam multiplici ſacramento mõſtrata ciuitas: vna & puriſſima virgo, omnigenas cœleſtium animorum & toti⁹ admirabilis domini eccleſiæ formas, ſed in vna habens forma: imitata eſt ea re, illum: qui ſpecioſus eſt forma ſuper filios hominum. Qui cum maxime ſimplex ſit: tamẽ omniformis eſt: omnibus ex illo diuino promptuario, mirabiles exhibens formas, virtutes, gratias, ſplendores. Nec angelicis numinibus ſolum comparatur virgo: aut celſiori bus quæ in eccleſia ſunt gradib⁹, maiori dignam comparatione facit: ſuo equitatui, hoc eſt ſibi & vniuerſo corpori comparans: vt q̃ meritis & gratia: omnes Angelorum & cœleſtium animarũ ordines ſuperat: in illũ ꝓxime referendũ conſurgat: qui ſuper omnes eſt. Nec illi vt ſeorſum ab exercitu conſpicitur: ſed vt in equitatu eſt: vt in procinctu & tum cuꝫ hoſte confligitur & in pulchro certamine vincit. Hoc admirabile prælium & incomparabile bellum: vbi dominus & Angeli pugnant cum Dracone. Vidit Ioannes in reuelatione ſeu reuelatione Michaelem & Angelos eius pugnantes cum Dracone. In hoc aute Epithalamio dominus cum Leone & Dracone ſtrenuiſſime cõgreditur: & ſuperat hoſtes: palmam & triumphũ referens. Tali comparaueris o virgo quæ vt canit eccleſia cunctas hereſes ſola interemiſti. Dum virgo deum & hominem genuiſti & poſt partum inuiolata permanſiſti. Talis quippe & tanta eſt virgo Maria vt omnes gradus & totius cum militãtis tum triumphãtis eccleſię dignitates fortita ſit: illi occurrens qui ſimul omnes etiam adeptus eſt: vnctus oleo exultationis prę participib⁹ ſuis. Belliſſime dixit quidam a nemine heroum hoc eſt diuorum & cœleſtium animorum virginem ſuperatam. Ordo igitur in ea Patriarcharum: q̃ de regibus & prophetis pulcherrimo progreſſu orta eſt, in cuius laudes canitur. Regali ex progenie Maria exorta refulget. In ea prophetarũ omnia oracula: quæ ſanctiſſima prophetes & tympaniſtria domini fuit longe altius q̃ ipſi omnes exorſa. Magnificat anima mea dominum. (inquiens) Et exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo. Ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Suſcepit iſrael puerum ſuum: recordatus eſt miſericordiæ ſuæ. Et reliqua in hunc modum diuina & admirãda proſequitur Apoſtolicus ſenatus ordo, omnis in ea eſt: ab illa vna illuſtratus: diuina incrementa & cœleſte magiſterium ab eadem ſuſcipiens: quæ pro tãta curia velut magiſtra & cœleſtis edoctrix diſciplinæ conſidebat. Et ſi quid dubietatis exortum in eo tam ſublimi ſenatu eſſet: eius auctoritate definireꝫ. Quid non euangeliſtas illuſtras, vna ſingularis verbigena: nedum admirabilis & mirifici verbi nuncia? cuius pulcherrimi pedes, pedes erãt annũciantis & euangeliſantis pacem, pacem gentibus, pacem cœlo redditaꝫ. Quod eius vnigenitus pacificaſſet per ſanguinem ſuum: quę in cœlo & in terra erant. Illo vno verbo incomparabili, non tam verba: q̃ verbum ſupra omnem captũ faciebat: omnes in vno edocens verbo. Sacratiſſimorum doctorum particeps eorundem prẽcipua & multo celſiore corona, inſignis. Quid nõ ſacerdos Καὶ ἀρχιερεύς .i. Pontifex ſi dicere dignũ, ſingularis domini mater omnium ſacerdotum eminentias contineret: quæ vnum ſuum vnigenitum filium candidum & rubicũdum ac electum ex milibus vnice domino in ſacrificium & holocauſtũ obtulit. Taceo de martyrum & veriſſimorum domini teſtium ordine: quos omnis vno ſuo ingenti martyrio continuit & longiſſime ſuperauit: mirifica illorum anteſignana. Illi mortem pro Chriſto in corpore ꝓpeſſi ſunt: beatiſſima virgo manma. Vt tuam ipſius (inquit) animam gladi⁹ pertranſibit: cõparticeps dominice paſſionis & martyrij. Illi eadem virgo & mater maxime compatiebatur: illius claui, crux & tormenta paria, vtcũq; exhibebant officia: ſanctum & vltramundanũ tormentum. Quid loquar de virginibus? cum caruꝫ omnium ſis veneranda mater: atq; ipſius virginitatis parẽs & mater. Hoc tibi peculiare nomẽ ſingulari priuilegio aſcriptum. Te dominam ipſius eiuſdem virginitatis parentem veneramur: quæ ipſam virginitatem ipſam abſolutiſſimam integritatem peperiſti: hoc eſt ipſum dominũ Ieſum chriſtum: qui omnis virtus, eminentius eſt: omnes q̃ gratiæ, & in ipſo qui exemplar, ratio, ſupputatio & ars omnium eſt: omnes incredibili dignitate, genuiſti etiã virgines. Illo verbo dicit pater: & tu omnes quoquo pacto quadã cœleſti imitatiõe

& præcipua illuminādi & perficiendi ratione generas ſanctos. Quid ni quando principē omniū incomparabili atq; diuina poteſtate genuiſti? & ita demū omnes ordines/dignitates/faſtigia in te prominētius concluduntur: quæ veluti omnium cauſa es & ſpirituſſancti archanum/repoſitorium rerum diuinarum/immo ipſius diuinitatis admirabile ſacrarium. Ordinata in te charitas: & virtutes omnes illam vnam inenarrabili diſpoſitione ſuſpiciunt: reuerentur amāt: Inde/quod illuſtres & p̄ meritę vitam beatam ſint ſuſcipientes: quod idoneę. & in cœli faſtigia conſcendant/& habentes deducant. In numerum ſpirituſſancti καὶ τῶν καρπῶν, hoc eſt fructuum atq; beatitudinum incredibilis cum admirāda diſpoſitiōe vbertas: quæ diuinas ab ſpiritu ſancto/in diuinis etiam efficiendis/ſortiantur functiones. Illi ſuperſanctę deiparę & virgini & ſponſę/ſupra omnem captum in munera quæ dona appellant ſeſe exhibent: quo poſſit eadem diuinas in homine efficientias efficere. & ipſo ſpiritu mire permouēte/poſſes tu o virgo incomparabilis altiſſimas beatitates & fines quoſdam/fructus quoq; bonorum non modo efficere: ſed e diuinis fontibus vberius & ſupra cęteros omnis cum homines tum angelos ſuſcipere: hac in re longe fœlicior & omni humanitate ſeu creata entelechia. i. actu & perfectiōe maiori. Propterea te illi vno equitatui comparat. Siquidem fomite in te penitus virtute altiſſimi/abſumpte: & inferiores & ſuperiores vires vnum in te reſonāt: vnā concinunt dulciſſimam odam: quæ aures poſſet ſummi & optimi parentis demulcere: & tantam/in pulchram clementiam & diuam miſericordiam ciere virtutem. Hę ſunt tuę functiones/præclariſſima mater. Et obſerua vt currus Pharaonis multiplices dicit/vnum domini equitatum/ſed qui virtute & īcredibili poteſtate/omnes vincat & ſuperet currus. Alibi quoq; vnus currus domini dicitur. Currus (ait) domini decē milibus multiplex/vnitate tantam multitudinem atq; eandem immēſam continens. de quo & in ſuperiore loco diximus. Vnitati confertur virgo/quæ nihil habet diſſonum nihil diſcrepans. Nec tam confertur equitatui: q̄ ipſa eadem ęquitatus domini eſt: vt quicquid poſſit in laudes illius dici: hoc totum in virginē ſit: q̄ maior cœlo facta/& celſis dignior faſtigijs: ſingularis Ieſu Chriſti & toti⁹ Trinitati amica eſt. Propterea Spiritus ſanctus & ipſe ſponſus amicam dicunt quibus & pater adeſſe haud indignatur eadem per omnia efficiēs. Et ſi forte de tali ſpōſa & matre liberius loqui liceat. Pulchrum eſt in eo ſacratiſſimo virginis & tantæ matris pectore ſeriem videre primi/ſecūdi & tertij ordinis/triatiorū/decanorum/centurionum ſuperadmirandas deeurias: cernere in ea alas/legiones cornua machinas/tormenta & alia/id genus quę p̄ equitatus. ſed ſancti ſed diuini ex ſtructione pata ſunt ipſa veluti dictatrix/ſummū imperium nacta ordinis præcedit/diſponit legiones/cuz equitum tum peditum turmas, vt omnia & fœlices præcipue animæ ac cœleſtes animi nutibus tantę pareāt duci. Ipſa prima conſerit manum: fundit hoſtem: & ipſum pro triumpho ante conſpectum cari genitoris deducēs tandem in tetrum carcerem/ne p̄ tempore obſit/trudit. Haud indecorum eſt velitum/ſcutatorum/ſagittariorum/fundibulariorū/nunc quoq; videre in tanto equitatu ordines & ſequentia tum forte agmina: aſſiſtūt Angeli: turba etiam cœleſtis omnis comitatur. Occurrit poſt partam victoriam diuini agminis Imperator/rex regum/& dominus dominantum: qui pro decimo conſidens cœlo eſt quem circū turba leues animi volitant/hi etiam accurrunt obuiam/cōſalutaturi: veniūt ipſam cōplectūtur & venerātur matrē & quafas eſt coronant/pacis reconciliatricem/melioruz datricem illuſtrationum. Illa vero ingenti fauore & plauſu ſuſcepta ad dexteram conſidet filij: in veſtitu deaurato regium monſtrāte faſtigium: circū data varietate. Virtutum & gratiarum pulcherrima ſpecie: mire in eo nūq̄ antea viſo habitu multigenas quas pepererat victorias veluti effigiatas demonſtrans: qua etiam vi/qua admiranda virtute illos ſuperauerat: atq; hoc pacto in omniū fuerat ordinibus præſens/iuuanſq;. Eius pulchritudine & vultus candore magna vi oīm etiam regis ęterni/p̄ſtringente acies idē ſpōſus & rex ait.

Libri Primi. Homilia.viij.

DVlchrę ſunt genę tuę ſicut turturis: collū tuū ſicut monilia. Modeſtiam & incredibilē pudicitiā eccl'ię tuz vel maxime virginis indicat. In genis ſi liniamenta ſpectemus maxim⁹ decor ineſt: illę candidę ſunt & rubicūdę in virgine: in ea re filiū imitata qui cādidus eſt & rubicūdus: & ſpecioſus forma ſuper filios hoim. Fragmēto maloꝝ punicoꝝ in alio loco genas cōparat: propter charitatis incōparabilem ordinez: vt in eo loco dicem⁹ illi p̄cipue fragmēto qđ' oriē rem reſpicit ſolē: inde fulgore & purpureo colore cōtracto: nūc genis turturis genas ſpōſi & matris confert. Sed q̄nā tāta venuſtas in illis eſt turturis genis/q̄ pulchritudini cōferātur/ſiue cœleſti ſiue humanę vel cuicumq;. Ex hoc loco & alijs plęriſq; cōijcere licet: ſpiritalia cōtineri in hoc volumine cœleſtiū rerū ſacramēta: & ſub corporeis velamētis vltramūdanis enarrari formas: & illoꝝ obtētu & pulchritudine diuinā iternāq; deſcribi pulchritudinē/cādorē/honores. Nec mirū cū aſcen-

ſus quidã ſit: eoꝝ q̃ viſuntur ad inuiſibilia. Inuiſibilia eñ dei a creatura mũdi per ea q̃ facta ſunt: intellecta cõſpiciũtur/ſempiterna quoq; ei⁹ virt⁹ & diuinitas. Vt ſint inexcuſabiles qcũq; pulcherrimis his gradib⁹/e corporeis iſtis formis/ad ĩcorporeas nõ aſſurgũt a lr̃a ad viuificãtẽ ſpm̃. Lr̃a eñ occidit/ſpũs aũt viuificat. Genę tuę (inqt) ſicut turturis, Turtur/alium poſt primũ neſcit maritũ. Tu poſt deũ/aliũ nõ habes ſpõſum o virgo ſecũdas mĩme noſti nuptias: vno tam diuino cõiugio cõtẽta: incredibilẽ p̃tẽdis ſt̃imoniã & caſtitatem qua cũctis formoſior oĩ etiã virtute & cœleſti poteſtate vniuerſas longe antecellis. Collũ tuũ ſicut monilia: vt pote manibus nedũ manu vna (quo maior & operoſior inuitur efficatia) ſi eruditis credimus dn̄i formatum: vt cũ Iob dicere poſſis. Manus tuæ dn̄e fecerunt me. Quid eñ exteri⁹ opus: ſiquidẽ interna abũde ſufficiunt. Talis qppe & tãta tui colli venuſtas vt oĩm ornamentoꝝ pulchritudinẽ vincat: robur tuũ augeat. Nullis exterius eget adminiculis: nullis extrinſecis ornamentis: tametſi colluꝫ tuum vt monilia. Habẽt tam naturales q̃ artificiales q̃cũq; res hoc loco/ſuas ꝓprietates & cœleſtium formarum quoquomo figuras. Quo poſſint illis/diuina cõferri. In circulũ aguntur monilia quo miniſteriũ p̃ſtent corpori/decenti⁹. Tu incõparabilis ſup oẽs virgo/in circulũ tuas oĩs actiones agis: ab oriente/in meridiẽ & ſolis iuſtitię feruorẽ q̃ maximũ: in occidentẽ tãdẽ non tam decũbens decurres/iterũ redis in orientẽ/cœleſtia ſimul & terrena hac p̃clara agitatiõe tua cõplexa: agens matutinos & veſpertinos cõtẽplat⁹: a terra Beniamin in p̃claro mẽtis exceſſu. Offers dn̄o humanũ pręcipue genus/illi ſupplicibus votis impetrans opem: & cõtra ex diuinis fontib⁹ deducis ipſos mortales in immortalitatẽ/gloriã/decorem: pulcherrima atq; ingentia chariſmata virtutum: vt cũ mortalibus agant incõparabiles cõuehis ſpecies/quo mortalitate deiecta ſuſpirent in imortalium conditione. Tecũ in ea diuina agitatione deducis cœleſtes oĩs animas: nunc in orientem ob ſolis iuſtitię in illis exortum: nunc in meridiem: ob tanta incendia amoris & ęſtus: demum in occaſum in quo & vilitatem humilitatem & miſerias ſuas coniectent/pulchro agis ordine. Quæ omnia in vtroq; Adamo ſed fœlici⁹ in ſecũdo domino Ieſu inq; eius cruce continebant myſteria auctore Cypriano/Auguſtino/& Rabano/Sedulio etiã & venerando Beda. Habes miras reruꝫ & cãrum/in tantis monilib⁹ tuis connexiones: e gradu in gradum profecta/virtute in meliores contẽdẽs: & ab infimis quibuſq; ad optimas maximas tuas omnis parthenices: cogens/de ducenſq; retũ progreſſus & illarũ anteceſſiones: exitus quoq;/diuino eiſdem monſtras magiſterio: nunc lacteę/quandoq; ſolidiore pro cuiuſq; captu, paſcis cibo. Nam in te o virgo nihil imperfectũ: quo talibus egeas nihil mancũ eſt. Connectuntur humanę virtutes diuinis/ex illis ſubſiſtentiam nactę: & diuinę iterũ diuinioribus: veluti ſi anulis anulos/ſed differentes connectas ex argenteis in aureos progreſſum faciens ex aureis iteruꝫ in eos qui materiam habent ex lapide mundo & precioſo. Sẽper in diuina profectus vberiores & cœleſtia crementa experimur. Nos diuinos progreſſus & cœleſtes aſcenſiões facis in corde tuo o mater/& domina mundi: ſingulos quoſq; in diuina vel interne promouens/virtute tua/internas in deum ipſum agens vel in cœleſtibus animabus motiones. Sunt etiam monilia pro aureis catenulis ſeu murenulis pleꝝmq; dependentia/idq; vnice & ſingulariter: nec enim plura monilia: ſed vnuꝫ tum monile. Sunt diuinę rationes aureę pro regia & ſplẽdida dignitate: e quibus omnibus tu veneranda virgo/velut preciоſiſſimum monile depẽdes: nec alĳs loc⁹ eſt: vt inde niſi per te depẽdeant. Hauris vendicaſq; tibi ex multo pluribus illis cum rationibus tum exemplaribus formis multiplicem & oĩgenã ꝓprietatem: nihil pretermittẽs qd̃ nõ percurras: qd̃ vſu quodam ſed diuinaſed admirabili/tibi non vendices. Sũt aurea etiam monilia puriſſimo/atq; igne examĩato/ſiue de Apocalypſi igneo/reſpondentia ęlectro. Aelectrum diuinitas vt in Ezechielis exordio coniecimus: tu aurum igneum: qd̃ tanto tuo martyrio & iure materno atq; vna præcipue humilitate comparaſti: te ipſam tuoſq; illo preclaro munere donatura. Habent etiaꝫ monilia rerum abditarum/nonnunq; ſacratum/niſi concluſas formas. Quid non habes in te concluſum: quæ diuinis numinibus & deo ipſo pleniſſima es o ſingularis παρθένος? quid non in te ſacrum: quæ templum & ſacratiſſimum armariuꝫ es totius diuinitatis. Arca fœderis/in qua & per quam ſingulare initium eſt fœdus in te deum & homines. Arca interius exteriuſq; deaurata: in qua reconditum manna ſuauiſſimum: & totius legis teſtimonia repoſita ſint. Regale ſacerdotium/& ſanctior diſciplina: virga quoq; directionis & virga dominici regni/omnis videlicet immenſa regiaq; poteſtas: qua veluti ferrea/dominus regit & tanq; vas figuli quoſcunq; confringit aduerſarios: & vt collum ſuſtinere videtur: ipſuꝫ caput: tu etiam ſanctiſſiſſima virgo & mater/tuum prę-
fers propiciatorium: tuum vnigenituꝫ filium. Nã & ipſe propiciatio pro peccatis noſtris eſt: nec ſolum pro noſtris ſed totius etiam mundi. Aſſereris in eandem/qua & illi menſuram. Diximus alio loco/Chriſtum dominum omnium eſſe menſuram:

& parí etiam ratione dominam & reginam cœlorum omnium effectam Τὸ μέτρον, mensuram. Nẽpe humilitate omnium minima fuit: & incomparabiliter super omnes magnitudine & gloria exaltata. Omnium quippe minima: & ob eam causam mensura: vel ex Philosophorum testimonio: omniũ etiam maxima, parí, quoquo modo: sorte cuꝫ filio donata: de cuius magnitudine alio loco tametsi non pro dignitate disseruimus. Sancta sanctorum (quæ maxima pars templi Salomonis erat) oleaginos Angelos in misericordiæ & miserationis mysteriũ continebant. Tu quoq; o certissima virgo, omnium Angelorum vnicum ꝑpe es domicilium: vere sanctum sanctorum ipsum nimirum Sanctorum sanctissimum & deum deorum, velut altera syon circũcludens. Tot quippe & tanta mysteria, ob vnum omnium mysteriorũ auctorem, in te fuere recondita: vt impossibile sit humano aut intelligibili affatu illa complecti. Ade pulcherrimũ monile pro pectore pontificis pepẽdisse. cui non inepte comparabitur altissimi mater. Erat illud monile, xɳ. gemmarum preciositate insigne, duodecim etiam Patriarcharum nominibus illustre: qui posset apostolicos viros & numero & nomenclatura, immo præstanti virtute referre. Excedens etiam duodenarius numerus est: omnium virtutum exuberantiores gratias & charismatum splendores facile in hoc mysterio complexus. Id quod in Apostolorum senatu, & duodecim panum sacramento, abunde designatum est. Vt oblationes & offerentes duodenarij insignirẽtur sacramento. Tali monili tamq; mystico, tuum collum robur & potestas confertur o veneranda domini mater. Legimus & similia in plerisq; Prophetis monilia, ornamenta diuorum: quibus sed spiritalibus sed corpoream sortem transcẽdentibus compararis o cœlestis diuinitatis promptuarium. Corporeę in scripturis prominent species: sed cœlestes immo spiritales rerum diuinarũ sunt formę. Pro pectore pontificis, tale spectatur monile: tu plura pro collo dependentia habes: immo collum tuum ipsa monilia est: & perinde cœlestium rerum ꝯ diuina sacramenta. Totam te per omnia interiora: & quod magis est per exteriores corporis partes excedis. Tota ob diuinarum gratiarum redundantiam effluis: non iniuria igitur te, cum corpore simul & anima plericq; assumptã arbitrati sunt, quod diuę Helisabeth sacratę deo virgini reuelatione ꝓditũ est. Manusq; tuas atq; ob id reliquas corpis portiões distillasse myrrhã: & stillicidia gratię maturantis vndiq; ex te sanctissima scaturisse: omibus pro confesso est. Inde manante fluuio Paradisiaco: qui vniuersam terrã alueret: & cuius mirabilis impetus lętificaret Ciuitatem dei: diuino eccleśię (te intercedẽte) sanctificato tabernaculo. Et obserua, vt colluꝫ ipsum monilibus pluralibus pluratiue comparat. Multitudo quippe ibi, cum pulcherrima coniuratvnitate: perinde atq; in deo absolutissimo & simplici omnis numerasa multitudo vnitas, & simplicitas est: nihil habens quoq; pacto sectionis. Accedit & virgo ad illã, quatinus põt, simplicitatem. vnitate mirifice plurima complexa. Suprema etiam nuia vnitiore magisq; simplici specie & intelligibili forma multo plurima intelligũt. Ascensus quippe in vnitatem, descensus in multitudinem spectatur. & parí ratione, q̃cũq; compositoꝝ rõnem habere videntur in virgine ꝯtum ꝑ diuinã lꝫ imitationem simplicissima sunt. Vt omnis nigritudo, in ea, species forma & pulchritudo est. Excessu quippe melioris numinis hac nigredine inficitur. qđ tũ maxime in meliora lumina pertingat, atq; vt de alijs in hunc moduꝫ, de sacratissima virgine phia est. quã semp vt πανθάγιαν & omnisanctã & omnibo nam veneremur: in eius mirificas laudes erumpamus Iesu xp̃o eius vnigenito filio votis nr̃is fœlicius annuente. cui est honor & gloria in secula seculoꝝ Amen. sed tantillũ immorati ad reliqua ipso iuuante vtcũq; explicanda pergamus.

Libri Primi. Homilia.ix.

VRenulas aureas faciem⁹ tibi vermiculatas argẽto. Ordo dramatis habet: vt sponsus, sodales habeat: sponsa adolescentulas. Alternũ canunt: illi in laudes sponsę: hę vero in cõmendationẽ spõsi. Laudauerat sponsus genas: & pulchritudinẽ colli sponsę: quod duo hęc plurimamvel in primo occursu preferrent venustatem: tãtũ in his immorat⁹: laudaturus post hac amplius & per singulas quasq; partes. Sodales vero sponsi visa sponsæ & tãtę reginę & matris pulchritudine in excessu mẽtis pene positi, quippiam volentes in munera & donarium sponsę conferre aiunt. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. qui maiora non possumus, in minora nitemur. Sponsus immensus est atq; infinitus. in q̃cũq; potens. nos eius factura sumus: redditi eius indulgẽte clementia alicuius efficientia & si longe inferioris capaces. Potest ipse maxima & purissima conferre, nõ alisunde desumpta largiendi aut conferendi potestate. Nos illum parẽtem vniuersi recognoscim⁹: absquo omne bonũ nr̃m, certissima veritate defluxit. Nec fas est vt eãdẽ cũ illo sortiamur aut efficiẽdi aut donãdi potestatẽ: tñ vtcunq; possumus & si non murenas ex auro purissimo cõfectas: tñ illarũ aliquas similitudines, hoc est murenulas dona

bimus. Quę tamen illarū haud ęquent præcioſi-
tatem, Alia interpretatio magis poteſt conuenire.
Habet em̄. Similitudines auri faciemus tibi, cum
diſtinctionibus argenti. Aurū puriſſimum plęriq;
in ſenſu ſcripturarū myſtico interpretantur. Lex
vetus ſimilitudo q̄dam fuit nouę. Illa vmbrā: hęc
veritatem habet. Illa futurę gratię & glorię repro
miſſionē: hęc in p̄ſens confert gratiam & quidem
multo exuberantiorem. Illa corticem literæ p̄ten-
dit: hæc diuinorum ſenſuum & myſticorum aper
tam enarrationem. Data eſt lex per angelos in ma
nu mediatoris. Legem & vtcunq; litterę corticem
diuinæ matri ex perſona toti⁹ eccleſiæ aut ſua for
taſſe, potuerunt em̄ illam ante cōceptum vnigeni
ti illuminare Angeli pollicentur: nec em̄ aliud ha
bebant quod donarent. Nec ſpirituales ſenſus ſi-
ue allegoricos licebat: quippe qui conſiſterent vl'
p̄cipue in vna dn̄i incarnatione, paſſione, & mor
te. quam ipſi etiā ſi ſupremos accipias: haud pleni
ter ante aduētum dn̄icum intellexerant. Tum a do
mino ipſis atq; humano generi, abditiſſimis legis
proditis & patefactis myſteriis: q̄ ſub velamento
quodam & multiplici: vt ſic dicam cortice tradita
erant. Nouiſſime (inquit Apoſtolus) locutus eſt
nobis in filio: quem conſtituit heredem vniuerſo
rum per quē fecit & ſecula. Hic nobis aureas mu-
renas & puriſſimum aurum eccleſiæ non tā polli-
cetur q̄ exhibet: pulcherrimos cuz allegoricos &
myſticos, tum anagogicos & tranſcendentes ſen
ſus condonans. Nec em̄ exiſtimauerim aliam eſſe
poſſe traditionem cui cabalę indidens nomen: q̄
q̄ in Euangelio cōtinetur, atq; in ſanctis Apoſto-
lis, ſiue aplicis epiſtolis. Proficiſcenti mihi Romā
occurrit in via vir quidam nobiliſſimus, qui cum
vxore & liberis Indorū ſimilitudine peragrauāt:
peregrinandi gratia ſacra loca viſendi. vniuerſuz
pene luſtrabant qui roganti (vir namq; Phūs &
theologus erat) q̄ nam eſſet quæ vulgo prædi-
cabatur traditio cabalę: quam a manu interpretā
tur: reſpondit, Non aliam eſſe q̄ q̄ in euāgelio cō
tineretur aut in Apoſtolorum epiſtolijs. Illa no-
bis ſufficere ad ſalutem & veriſſimā ſapientiā, pro
ſenſu omni myſtico p̄dicabat. Librum olim ſigna
tum & clauſum, abunde in Euangelio apertū fu-
iſſe. Ego viri tum dignitatem tum ſanctimoniam
& ſententię grauitatem veneratus. pedibus vt di-
citur in eius veni ſentētiam. Nec contradicit Ioā-
nes Picus qui cabala non aliud exiſtimat q̄ tradi-
tionem noſtratium eadem in nr̄is q̄ in illa conti-
neri contendens. Exiſtimandū quippe eſt, ipſam
diuinam ſapientiam, qui & X̄ps q̄cunq; ad verā
ſapiētiam & inſtitutionem ſalutarem pertinerent,
etiā breuiſſimo concluſiſſe Euangelio. Et hoc ver
bum breuiatum eſſe: quod facturus erat dom̄in⁹
ſuper terram. Hoc puriſſimum aurum quod mul-
to ante tempore circiter quatuor annorum milia
deſiderauerat ſynagoga: & poſt multa tandē con
ſequuta eſt, cum de Iudęis tum de gentibus con-
gregata eccleſia. Diſtinctiōes breuiſſimas ſiue ver
miculationes olim etiam Angeli donauerūt: quæ
non tam aurum q̄ argentum eſſent: atq; eloquio
rum finibus continerentur: non pertingētes quo
quo pacto in myſticos & incomparabiles ſenſus.
Has diſtinctiones etiam eccleſiæ pollicentur: qua-
le illud eſt. Vinea domini ſabaoth, dom⁹ iſrael eſt.
& alia id genus quæ multa diligentia obſeruarūt
eruditi. Viden vt illa, q̄ q̄ explanationes ſint: ta-
men argentea magis q̄ aurea ſint: atq; eloquio-
rum terminis adhuc concluſa. Iſrael quippe, qui
primum adeuntibus, illum olim populum preten
debat, alium deſignat & longe fœliciorē iſraelem:
qui ſuſcepturus eſſet Chriſtum non vt ille negatu
rus: proinde verius illo nomine cenſeretur: non-
dum tamen illa explanatione dominus Ieſus ha-
bebat compatiens. Diſtinctiones igitur & breuiſ-
ſima erant argenti interualla. Videamus ſi iſta in
domini parentem, propria quoquo modo ratio-
ne explanare poſſumus. Sed ſpiritu ſancto opus
eſt: qui tanta nobis aperiat myſteria. Donant an-
geli ſimilitudines auri pientiſſimę virgini & ma-
tri. Donant ſui etiam ante conceptum dominicū
præſentiam & viſitationem aſſiduam: in quibus ſi
militudo quædam illius, cuius caput aurum opti-
mum eſt, reluceret. Prę ſe ferunt em̄ illius diuę tri
nitatis ſpēm: & ſapientiſſimi ipſi logon ipſum &
verbum & dogma ſiue ſapientiaz patris referant:
effecti em̄ ſunt, haud diſpari ratione, q̄ Adam ad
imaginem & ſimilitudinem domini. Quæ diua
imago & tanta ſimilitudo pulcherrimis vndiq;
exornatur formis & rerum ſpeciebus elegantiſ-
ſimis. Matutina nimirum & veſpertina conſide-
ratione: atq; in actu pulcherrimo: vltra humanam
ſortem, quādiu hic agitur, conſiſtunt. Habent &
purgandi efficatiā, illuminandi energiam, & pul-
cherrimam perficiēdi fœlicitatem. Similitudines
hę diuinorū ſunt, & puriſſimi auri: quod in Apo-
calypſi aurum ignitum profertur. Sed longe om
ni auro, diuinum aurum ſuperius eſt. Quemad-
modum de eloquijs domini Sacra enarrant elo-
quia quæ meliora & longe præcioſiora ſunt ſu-
per aurum & lapidem τιμιον πολλοῦ, hoc eſt præcio
ſum multum, Has omnis (inquiunt) vt cunq; a
domino dabitur ſimilitudines faciem⁹ tibi: in tui
laudatiſſimi a domino colli ornamentum: nec em̄
in genas conſcendere audemus o pientiſſima vir-
go, nec in tantas aſcentiones & gradus pluſq; au
reos conſurgere: quippe quas dignatus ſuo oſcu
lo ſit, rex ſeculorum immortalis, & inuiſibilis:

rex omnis terrę. Illas nequaq̄/vt nec portaꝫ orientis clausam quod dominus per illam sit ingressus nobis fas sit contingere. Sūt enim singularia quædam in te admiranda/& incōparabilia priuilegia reseruata: vt principis alioqui mortalis quędam inter suos peculiaria sunt. Dabim⁹ obsequia & vtcunq̄ fas est domini matrem adire illuminationes atq̄ diuinas quas possumus perfectiones. Illam purgare haud quidem licet nobis/q̄ omni virtute superior est: & nullo tali eget ministerio. Interea dū filius dei remoratur/huiuscemodi in eam vtemur functionibus deinceps/purificationes/illuminationes & perfectiones ab eadem susceptur. Poterimus tñ: non quas prius similitudines facere: sed alias longe disperas cū distinctionibus argenti. Hac nostra fœlicitate in eam vt cūq̄ redundante: atq̄ ab eadē manante: entelechiā & veriſſimū aurum conferente dño: in ampliſſimam q̄ in substantia consistit fœlicitatem beatā videlicet diuinitatis cū visionem tū perfruitionem ipso sese exhibente. Nos minora q̄dam & q̄ ex nostra qualicūq̄ sorte ꝓdeant lumina conferemus: meliora ab eadē susceptur. Dñs pleniſſimum exhibebit lumen. Ipse quidem/clariſſima est ciuitatis Hierusalem lucerna: ipse immensum lumen: qđ plenissime in virginem infundetur: atq̄ in oēs choros cœlestes fœcundissimo inde manabit impetu. Exhibuimus olim in veteri lege O venerāda regina cœlorꝫ & vnica parens nostras synagogę & proinde eccl'iæ similitudines auri vestigia quædā mysticorum sensuum hoc est eloquia ipsa ex sese alioquin abstrusissima cum distinctionibns argenti & breuissimis explanationibus. Has oīs tibi in obsequium & breuissima munera conferimus: sed quę diuina tua intelligentia/tuis admirandis Syntagmatibus & spiritalibus documentis illustres, lucē tam reconditis mysteriis & sacramentis inferas o mater & virgo. Sunt alioquin ipsa obscurissima: sine luce & fructu quocūq̄: & vt ait dñs non bona: vt non possint nisi per te dato spū/ꝫ quib⁹ tradita sunt viuere in eis. Tum verbū illud quod mirifice/adumbrata spū sancto/concepisti/exhibe: quo tandē loquantur/alioquin ineloquibilia. Ad hibe vitam eū videlicet/qui via veritas & vita est: vt in illis viuant non solū Iudęi sed qui sub legibus Τοῦ κοσμοῦ hoc est mortis erat gentiū populus. Tanta huius efficatia est vitæ/per te nobis liberalius donatæ. Offerim⁹ similitudines auri: hoc est non bona p̄cepta & legem. q̄ teste Apostolo/occasio fuit quoquo pacto prævaricationis vidē dus hoc loco durandus/ostendebat vulnus non aūt medebatur: vt bonitate per te reddita & quā supra oēm humani generis facultatē immo & angelicum captū bona sint. Tu facta per te retectiōe: nobis in illis monstrabis Christum viuētem in seculā/immortalitatē singulis condonantez. Age o pijssima mater: vt spīn qui sub rudiori cortice latet/velut nucleū dulcissimum e tuis manib⁹ e tuo fœcundissimo vtero q̄nq̄ suscipiamus. Sum⁹ nos in maxima tanti huiusce mysterij & numeris spe Siquidem te pulcherrimam & per q̄ humilem dignatus fuerit sui oris osculo: cum te primum spiritu sc̄o fœcundata/atq̄ in dominica cellaria/quo posses secretiora cognoscere intromissa. Quo ingressa & meliore tibi data copia fandi/pulchre tū cecinisti. Introduxit me rex in cellaria. Et aperti⁹. Magnificat anima mea dominum: et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Pulcherrime recētiore cantu/veteri recinente/& mire consonante. Solem hunc iustitię/hoc tuum ampliſſimum munus/exortum iri speramus: quo illuminet omnē hominem venientem in hunc mundum: & nos ipsos ille auctor & opifex noster etiaꝫ illuminet. qui nos omnis suapte hypostasi & subsistentia/ab initio conditurę etiam non parū illustrauit: pulcherrimę naturę & tantis conatibus data gratia/confirmatione donata. Illa nos vel in his similitudinibus & tātillis vermiculationibus recognoscem⁹/o optima maxima parens. Dedimus olim & nunc exhibemus similitudines auri/siue murenulas nō tā forte aureas q̄ deauratas/in adūbrata tui vnigeniti filij electi in milibus prenunciatione: meliores distinctiones argenti molimur: qñ sumus in tāto exortu euāgelisaturi. Gloria in altissimis deo: & in terra pax hominibus/bonę voluntatis: siue vt plęriq̄ existimant bona voluntas. Sumus frequētius futuri cū hominibus: iam pace terris & cœlo/sed per vnigenitum filium tuum & eius sanguinē quo oīa pacificauit reddita. Hæc si ad sponsę munera nostra conferantur/murenulę sunt: diminuto vocabulo siue auri similitudines: nō verius aurum quale donat & quidem pleniſſime tibi sponsus rex & filius tuus. Sunt distinctiōes argenti in per q̄ exiles lachrimas attenuatę: non illud argentum cui domínica & euangelica comparātur eloquia. De quo dicitur. Eloquia domini/eloquia casta/argentum igne examinatum/purgatum septuplum. Fieri tamen potest: vt illud quod angelici spiritus exhibent: se infimis quibusdam comparetur/& aurum & vermiculationes illę/grādius aliquod & diuinius specimen prese ferant. In quo comparatu/non parum ars diuina consistit. Hæc est pulcherrima (annotant etiam veteres) intelligendi ratio. Sed quid in hanc intelligentiam discrepant similitudines aureę a distinctionibus seu vermiculationibus argenti. Videamus si tanta re iuuante domino hoc iter arduissimum poterimus: & tantos sulcare vastissimi maris fluctus,

Habent ſimilitudines quaſdã diuinas angeli: quibus omnia etiã ſingula, nedum vniuerſalia, intelligunt: quam veſpertinam conſiderationem appellãt. Habent in verbo ſuos obtutus mirabiles abſq; vllo velamine intentos: vnde diuinorum diuinas ſuſcipiunt reuelationes: in hæc & talia, verbo ipſo & p̃fulgida illa entelechia, ſeſe exhibente. Hanc matutinã appellant. Illa in ſimilitudinibus quibuſdam conſiſtunt: propterea ſimilitudines auri non inepte dicunt. Hæc diuina in verbo contẽplatio, ille tantus ſuſpectus, argentũ puriſſimum examinatiſſimũq; & plurimum ſonorum eſt. Et q̃q; illa, ſeſe totam exhibeat videndam eſſentia tum patris tum filij & ſpiritus ſancti: haud q̃q; tamen in omnem modum, tales & multiplices modos, vnicuiq; iuxta naturę conditionem & ſuſcipiendi capacitatem & prout vult diuidens. Diuidens inquit Apoſtolus ſua chariſmata ſingulis prout vult. & nimirum diuidit ſuæ videndæ entelechiæ ratiões & modo prout ſua voluntas eſt. q̃q; enim plures ſint cauſæ plerũq; abſq; interſtite medio ipm per tingentes effectum: vltima tamen & pręclariſſima cauſa, diuina volũtas. Supputãtur idcirco in vermiculationes hę ſuſcipiendi multiplices rationes: Viden vt ꝓprias ſimilitudines auri in veſpertinã, & vermiculationes argenti in matutinam meditationem, nacti ſumus. Vident quippe verbum & diuinam ſubſtantiam angeli & fœlices animæ non omnia tamen in verbo: ſed q̃cunq; vult verbum: id q; per q̃q; rationaliter (eſt em̃ ratio ſumma) facit. Plures indies & ſuccedente mũdo & illis & fœlicibus aĩabus produntur: & incrementa ſuſcipiunt diuinę intelligentiæ & cœleſtes in beatitatem conatus. Id quod accidentarium (ex cõmuni patrum ſententia) eſt: eadem iugiter manente quæ in ſubſtantia eſt fœlicitate. Et iſtud per q̃q; perſpicuum eſt. Poſſumus q̃ in veteri lege (vt antea diximus) prodita ſunt p̃ angelos, in ſimilitudines: q̃ vero in noua vt pote lucidiora & magis ſonora per coſdem in diſtinctionibus argenti enumerare. Poſſumus in data lege per angelos omnia in vniuerſum accipere: breuiſſima quidẽ & parua ſi nouis conferantur. Erant ibi promiſſiones terrenę, ſed q̃ ſimilitudinem haberent cœleſtium. Erãt promiſſiones & p̃mia temporalia: ſed q̃ intrinſecã haberent pollicitationem æternorũ: & contra pœne temporales & q̃ in preſens conſpicerentur: ſub velamẽto quodam, concluſam habentes ęterñam dãnationem & pœnã. Quis apertiſſime non iſtas dicet ſimilitudines quas ſpõſæ ſeu diuinę parenti pollicẽtur angeli: & per illos, dñs. Olim de⁹ in illis loquebatur: p̃ illos diuinas ſuas apparitiones faciebat: & nunc idẽ deus, nunc angelus vocabatur. Id q̃d in Geneſi in enarratione hyſtorię Abrahã, Agar & poſteritatis apertiſſime authoribus Hylario atq; Auguſtino imo Baſilio magno in. ij. contra Eunomiũ & Cypriano ad Quirinũ Antiocheno quoq; legimus. Ex quo plęriq; exiſtimant non deum moſi: ſed angelũ in perſona domini illum referentem loquutũ & ita demũ patribus plęriſq;. Nũ tibi videtur illa terra pollicita, nũ q̃ reddita, vt ſacer ait Hieronym⁹, Imaginẽ prætendiſſe cœleſtis: quaz benedixit dñs. Benedixiſti (inquit) dñe terram tuã: auertiſti captiuitatem Iacob. quod verius illa lacte & melle manãs, q̃ hæc eſſe, quod amplior & iſta nr̃a omni vbertate fœcundior. quid ſentiendũ de Hieruſalem? q̃ proxime typum habet cœleſtis: quaz videt Ioannes in Apocalypſi tanq̃ nouã deſcendentem de cœlo: ſicut ſponſam ornatam viro ſuo: quam & Apoſtolus montem dei viuentis appellat, eccl'iam primitiorum & multorum milium Angelor̃ frequentiam: vt terram eandem. Prophetę, terram viuentium, montem dñi, & montem in vertice oĩm mõtium collocatũ: & alia id genus. Lex data a Moſe: legem dñi ſignificabat: & ipſe legiſlator, ipſum Ieſum ſummũ & maximũ καὶ ἀιώνιον ęterñq; legiſlatorem. Dux exercitus Ieſus filius Naue, proxime Ieſum chriſtum referebat: qui aſcendens in altum captiuã duxit captiuitatẽ. Dedit dona hominibus. & ipe pulcherrimus fortiſſimuſq; equo inſidens cãdido, hoc eſt puriſſimę humanitati ſuę innixus, exiuit vincens vt vinceret. Tabernaculũ & templa, & tanta ſeries cerimoniarũ, quid aliud monſtrabant: q̃ pulcherrimam eccleſiam pulchra varietate circũamictam. Deniq; ſacrificia & alia id genus ſimilitudines erant cœleſtium ſacramentorum in ipſius quidem eccleſiæ, quę regni cœlorum nomenclatura, a domino cenſetur. Typum etiam & ſimilitudinem pretendebant omnes veteris teſtamenti patres, domini Ieſu. Nun tibi iſtec omnia vibebuntur in ſimilitudinibus cõnumerãda? Erant nimirum ſimilitudines quædam impreſſæ cœleſtium. Inſpice (inquit) ad Moſem dominus: & fac ſcd'm exẽplar quod tibi in monte monſtratuz eſt. At argenti diſtinctiones & nõ magno incendio inuenias, coartata tot a moſe tradita p̃cepta. In breues a ꝓphetis inſtitutiones & pene euangelica p̃cepta, auctor eſt Paulus hebreus qui demũ in eã venere ſniam: vt iuſtus ex fide viueret. nec q̃ inſtituto cetera oĩa icluderent. Iuſt⁹ (inqt) me⁹ ex fide viuit. Id q̃d oportune recẽſet Apl's. Vt circulo q̃dã ſit redit⁹ in p̃ſcoz p̃m fidẽ: q fide nõ legib⁹ viuebãt. eaſdẽ repromiſſiões p̃meriti. Lege Apl'm ad hebręos ſcribẽtẽ, q pl'cherrio Catalogo .i. de lectu ſiue numeratiõe fidei refert efficientias. ĩ alio q̃dã ꝓpheta ita loquit̃ dñs ſiue vice dñi angelus. Ego deſponſabo te in fide, in iuſtitia &

veritate. Hę breuiſſimę erant vermiculationes argẽti: odoramenta q̃dam noue legis q̃ pauciſſimis pceptis contenta fuit: talia repromittunt Angeli cũ ſimilitudines tũ vermiculationes: ſed q̃ haud in perfectũ deducant quomodo ſimilitudo ſequẽtium/p̃mę tabulę ſſuerunt/q̃ in typo legis a Moſe cõminutę ſunt/tametſi digito dei conſcriptę: lege Ioannẽ Baptiſtã hebrę̃. Sed reliqua p̃ſequamur. Dño Ieſu fœlix initium & conſummationez p̃ſtante cui eſt oĩs gloria & imperium.

Libri Primi. Homilia.X.

CVm eſſet rex ĩ accubitu ſuo: nardus mea dedit odorem ſuũ. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter vbera mea cõmorabitur. Botrus cypri dilectus me⁹ mihi: in vineis engaddi. Totũ epithalamiũ/drãma contiꝫ net variam videlicet introductionẽ perſonarũ alterne loquẽtium. Primũ quidem ſupplex ſponſa/tametſi innumerabilib⁹ cũ ratione tũ gratiæ donis locupletior/tñ oſcula poſcit ſponſi: oſcula tandem cõſequitur, cuius odoris fragrantiã ſentientes adoleſcentulę aiunt. Curremus in odorem vnguentoꝝ tuorum: introducitur ſpõſa in cellaria: vbi ſuam recognoſcens nigredinẽ: non tñ vſq̃ eo ſe deiẽcit qui pulchritudinẽ commemoret. Ne ab adoleſcentulis forte habeatur contemptui. Deniq̃ ſollicita qđ abiiſſet dilectus iterũ eum/cui⁹ antea efflagitauerat oſcula q̃rit ſpõſum: ſed vbi paſcat/vbi cubet in meridie. Ne ſi forte nimirum ſe ſubſtrahat ſponſus: euagari incipiat nõ tam poſt ſodales: q̃ poſt greges ſodaliũ. Meret̃ illa obteſtatione ſua, iterum cõgreſſus ſponſi/eiuſq̃ ſed paulo aſperiora verba. Deinde poſt increpatiões laudes & pulchritudinis & virtutis ſponſę/ſed q̃ de fontibus manarint ſaluatoris p̃ſequitur. Aſſimilauerat quippe ſponſus eam equitatui ſuo in curribus Pharaonis/hoc eſt ſimilẽ feecerat. In colli tandem & genarum laudib⁹ ſermonem clauſerat. Cuius etiã p̃ſpecta pulchritudine & incõparabili venuſtate/munera qualia poſſunt p̃mittunt ſodales ſponſi. Demũ recũbit rex in ſponſæ ſinibus: mira eius illectus pulchritudine. Ibi cõquieſcit: vt dicere poſſit. Hęc requies mea/hic habitabo qm̃ elegi eam. Sion quippe ero & diuina q̃dam ſpecula erat ſpõſa: & habitatio cœleſtis ſponſi/in ſyon eſt. At ſponſa ſentiẽs amoꝝ ſpõſi fragrãtiam/& ſuas oẽs cũ vires tũ efficiẽtias tantis ſpõſi auctas viribus/ait. Dũ eſſet rex in accubitu ſuo: nard⁹ mea dedit odorẽ ſuuz. Atq̃ vt recti⁹ ſingula in epithalamio cognoſcãtur: effuge tibi ideã ſponſi & ſponſæ/ſit ſpõſus pulcherrim⁹ oĩ ſpecie decor⁹/opib⁹ digni tate & honore incõparabilis demũ oĩ laude & gloria lõge p̃ſtans: & tales & tãtas, vt a nemine ſuparari poſſit. Cõtra vero/ſpõſam pulcherrimã & virtute plurima clariſſimã: q̃ tñ claritas ab ſpõſi largitate p̃fluxerit. Obſerua elegãtẽ deſcriptionẽ ſpõſæ: in calce. vj. libri de dignitate Sacerdotali Ioannis Antiocheni cognometo Chriſoſtomi. Ardet ſpõſus nõ parũ nec iniuria q̃dẽ in eius cœleſtes amores: & cõtra ſponſa tãtæ charitatis donata inſignibus/ęſtuat in amplex⁹/in oſcula ſpõſi/eũdẽ in meliorib⁹ ardorib⁹: haud reuerita/q̃rit: quo alti⁹ tãti radij in eã imprimantur: & purior ſit ignis/q̃q̃d in ſacris vtriuſq̃ pectorib⁹ cõtinetur: diuina incẽdia ſũt ſyncerior eſt flãma. Nõ refugit ſpõſus ſpõſam: ſed illius cõtinetur & laudat pulchritudinẽ: & ſodales admirãtes reddit. In meridie & tãto feruoris ęſtu placide in eius recũbit ſinib⁹: tali accubitu q̃cũq̃ in ſpõſa ſunt/in diuinos ſuſcitãs ęſt⁹: in admirabilẽ fragrãtiã. Cietur vires cũ corporis tum aię in vnã efficientiã. Nardus/quo inũcta eſt ſpõſa/tũ maxime p̃p̃ ſponſi cõtactũ dat odorem ſuũ: & vt canit eccl̃ia, νάρδος μου ἔδωκεν ἡδύτητα εὐωδίας .i. nardus mea dedit ſuauitatẽ boni odoris/qđ εὐωδία ſignificat. Hac ĩ toto epithalamio corã p̃poſita idea & exẽplari: mirũ q̃ facilẽ & obuiã parabit ĩ diuinas & myſticas intelligẽtias aſcẽſum. Pulcherrim⁹ ſpõſus ille eſt: qui ſpecioſus eſt forma ſup filios hoiz: in quo ſunt oẽs theſauri ſapientię & ſcię recõditi: & cuius mię/bonitatis/clemẽtię/& perinde oĩm virtutũ nõ eſt numerus: infinita p̃tendens/qui eſt infinitus: ĩmenſa prope largitus/qui etiam immenſus eſt. Amat/ſiquidem ĩmiſſus eſt amor/q ſuapte naſa & noie non amare non põt. Sed p̃cipue ſponſam amat: ipam vcz eccleſiam/ſiue de Gẽtibus ſiue de Iudęis lz paucioꝝ rib⁹ cõgregatã: quã vnice deſpõſauit in fide/in iuſtitia & veritate: in eius recũbit ſinibus: qñ legem gr̃ę in eiuſdẽ impreſſit aĩo. Vt antea cecinerat Propheta. & Dãdo (inquit) leges meas in mẽtib⁹ eorum & in corde coꝝ ſubſcribam eos. At vbi charitas eſt: deus eſt. Signaculuz quippe eſt Spiritus ſancti gr̃æ eius quoq̃ p̃ſentis/& in q̃cunq̃ optima maxima parationis. Recũbit ob eaz cauſam in ſinibus cuiuſcũq̃ fidelis & deum timentis animę: Recũbit in eccleſiæ adytis & arcanis receſſibus: diuina ſacramẽtoꝝ inſtitutione peracta: ſeptiformi dato ſpũ: ſeptẽplici erecto in oẽm exhibitionez gratiæ: data illis/& virtutibus q̃ olim in protectionem/haud deducebant/forma: poſita mẽſa & vino quod miſcet ſapientia: hortata ſingulos vt veniant & comederent panem ſuum: & biberent/qđ miſcuerat vinũ. Præcipua ĩ eo ſympoſio vocata ſpõſa: in cui⁹ ſinib⁹ recũberet. In cui⁹ typo/in Geneſi de Iuda dictũ eſt. id qđ de Xp̃o ĩtelligit catul⁹ Leõis Iuda. Ad p̃dã fili mi aſcẽdiſti requieſcẽs accubuiſti vt leo & q̃ſi leena q̃s ſuſcitabit eũ?

econtrario vero ſponſa in ſinibus recūbit ſponſę: vt Ioannes typū & figuram gerens eccl'ię in ſinibus ſeruatoris, quo tpe exiſtimandum eſt etiā dominum: in eius recubuiſſe ſinibus. Data illi multorum abditorꝝ & ſacrorꝝ myſteriorum reuelatiōe. Sunt in eccleſia multiplices aīæ: aliæ maiores, alię minores. In minoribus etiā conquieſcit dñs. Nec ſine diuinis q̄ donat muneribus: & magis in meliorib⁹ (quippe q̄ meliora habeant diuinorū incēdia & ingētiora ſignacula) in quibus ſeſe contineri poſſit dñs. Per ſingulos grad⁹ percurre: quo uſq; ad maximas peruetū ſit: in quibus placidior dñi quies: meliora & diuturniora ſtatiua ſint. Et ī maximis, gradus etiā ſunt. Suſpice quęſo, illā fœliciſſimam parthenon, i. virginem, de qua in p̄ſentiarum nobis eſt ſermo: ſane quā, diuinis chariſmatibus repleuit dñs, & oīm virtutum inſignib⁹. Lectulū ſibi ſternēs floridiſſimū ī quo ſuauiſſime & pluſq; ſpiritualiter & diuine recumberet. Quo accubitu, ardētius affecta, incredibilib⁹ incendijs & amore ſuccenſa, ſentiens oēs eius cū vires tum virtutes diuinis ſplendoribus longe illuſtriſſimas Ait. Dū eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuuz. Nardus paru⁹ & humilis frutex eſt: fragrantior tñ. Dum igitur rex in ſinib⁹ meis in hoc tantillo vtero meo, in quo accubitum ſuum dignatus eſt efficere: & incōparabilibus virtutum ornamētis, inſignire: nardus mea, mea humilitas qua vel ſola gratiſſima fui regi ſc'orū immēſo καὶ ὑπέρω de meis viſceribus hoc eſt altiſſimo placēs, ſuū tū dedit odorem: tū me mire exaltauit ꝓpt illā dñs. qui (vt Cāticū meū erit in perpetuam eccl'ie ſubilationē & laudis meę p̄conio.) Depoſuit potentes de ſede: & exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes. Humilitas hoc tāto recubitu exaltatur: ſuperbia deprimitur. Viden vt cōtactu recūbentes: ſuū habet, non antea odorem. Omnis quippe virtus, a ſumma virtute habet odoris frāgrantiā: nō tam ſuam, q̄ illius, cuius cōtactu digna efficitur. Chriſti bonus odor (ait Apl'us) ſumus alijs vitę, in vitam. Sed vnde habebatis odoriferi viri: vt eſſetis odor, niſi ab illo, qui ipſa eſt fragrantia virtutū & ingentis charitatis odorū incenſum. Ille & loquutio veſtra. Non em̄ vos eſtis (inquit) qui loquimini: ſed ſp̄us p̄ris veſtri: qui loquitur in vobis ex quo nec mēdaces eſſe poteratis: veritate in vobis loquēte. Ille oīs per ſuam gratiā honos veſter. Id q̄d aperte dicit Apl'us. Gratia dei ſum id quod ſum: & gr̄a eius in me vacua non fuit. Vnde nec ſibi, ſed illi gratiæ, & deo ſoli: vnde ille theſaurus oīs, honores, deferri volebant. Omnis quippe, vl' pro arcanis referēte eccl'ia, honos illi & gloria: qui in laudatiſſimis quibuſq; ip̄a laus eſt & gl'ia. Et in hūc modū de odore diſſeras. Eſt em̄ illi omnia in omnib⁹, Propterea nardus mea nō tam ſuum aut meū, q̄ ſponſi dedit odorem. Recubitus in virginea deipara fuit admirabilis: q̄n ſupra oēs in matrem illam p̄cipue ſibi delegit, in ſanctiſſimā theotocon, i. deiparam, in dei cōceptricem q̄ oīm omnes ī ſe virtutes, vnice & ſanctime ſtringeret. Antea certis humanitatis finibus cōtinebatur: At cū dñi mater effecta eſt, diuinitatem cōtinens in immenſum, ſuas vires qua fas erat, extendit: capaciſſima reddita, ſupior cœlo, oīb⁹ angelicis numinibus amplior: & ſi innumerabiles accipias, omnes longiſſime ſuperabit. Hoc ius maternū & tam ſingularia continens virgmis & deiparæ priuilegia habet: vt q̄ diuinitatem quoquo modo comprehenderet illi peniṫ q̄tum quidē tali matri licebat, & dicere dignū, ſeſe coextenderet: verbo vnigenito dei patris: hæc diuina & vltramūdana peragente myſteria, vt decebat nāq;: vt qui ſibi humanitatem in tantā amplitudinem admouerat: ſuam puriſſimā etiam matrem in ſimilem pene ſortē aſſumeret. Honorauit obſequētiſſimus filius, illam vt matrem vt ſanctiſſimā theotocon: haud parentis ęterni obaudiens p̄cepto: quo illam, ſupra omne quicquid dici aut cogitari p̄t: ſublimaret: & tantis decoraret faſtigijs. At diuino partu fœcunda, ta virgo: ſuos prius humiles cogitatus in altū erexit: & q̄ prius ſub literę magiſterio, & tāt illis ſenſibus ſpiritalibus, ſubq; diſcipulatu angelico verſabatur: tū diuina fulta diſciplina maiores ſuſcepit conatus, & cœleſtis diſciplinę incrementa. Di dicit atq; experta tunc eſſe virginem parere poſſe: & virginitatem, cū omni benedictione, non amplius ſub maledicto, fœcūditatē ſuſcipere: deū hominem fieri poſſe: & verbū (inquit) caro factuz eſt: & habitauit in nobis. & contra hoiem deum. Finitū infinito in eandē perſonam & hypoſtaſim poſſe connecti: & tam extrema in vnū pulcherrime, ſupra oēm poteſtatem, intelligentiā & conceptum diuinā ſemp excipio, coire poſſe conſpiraq; q̄. Cognouit tū portas ſion ſuper oīa tabernacula Iacob, & portas cœli diuino hoc verbo q̄d habebat clauem Dauid reſeratum iri: q̄n illud vniuerſale p̄tm̄ humani generis, cruce ſubſtuliſſet antea perpetuo ob ſcelus immane parētum clauſas. Vidit clariſſime recondita & multiplici velamēto clauſa in xp̄o Ieſu veriſſimæ luce apertiſſime abſoluī. Iāiāq; p̄ſciebat illud dñicum verbū q̄d nouiſſime protulit Ieſus, Cōſummatū eſt, & alia in hunc modū innumerabilia, Quid nō reuelaſſet vnigenita dei ſapiētia, illo tā ſancto vtero concluſa, ſuæ matri de ſe, de tota diuinitate, deq; republica & cœleſti & humana optime meritę. Tunc nardus ſua, hoc eſt humilitas, humilis illi cogita-

tus: & omnis ei⁹ virtus humilitate insignis, dedere odorem suum. Fulgebant hoc non parū humilitate, eius oēs virtutes: perinde ac coruscare, & diuinos nosce ascensus charitate solent. Hoc singulare matris priuilegium: q̄ propter eius humilitatē si discretis viris credimus, delecta in matrem domini esset. vt hmmilitas in sortē pene charitatis: virtutuz alioquin formatricis assciscseretur. Possum⁹ & diuinas ascēsiones adhuc moliri in pantagian & oīsapientem dñi Iesu seruatoris nr̄i animā: q̄ & oībona & omniscia diuina vnigeniti sui dñi Iesu (quam hypostaticam vocāt) vnione reddita est. Existimāt plęriq; aīas, siue quascūq; formas maxime spiritales vicem quādam materię p̄stare diuinis. Illis illabuntur diuinę pristinę, immanēt non solū operatione: sed ipsa tota entelechia. Nec em̄ placet qđ de presentia in multiplici ordine & relatu sine operatione a plęrisq; confingitur. Qđ diuinitati singulari priuilegio tātū seruatum est. At conatus iste pulcherrimus nūq; cessat: quousq; tādem fuerit expletus. Conatus materię in pulcherrimā formarū rationalem vez, & intelligētem animam sese agit: idq; tandem vt assetuimus assequitur. Afficitur & aīa cœlestibus luminibus cū purgantibus tū illuminantibus tum perficiētib⁹. Sed accidentaria sunt hęc & q̄ nequaq; eius pulcherrimū in sup̄mam formaruz desiderium absoluere possint. Abeunt quidē redeuntq; facile hę diuine Angelicoz numinum p scala Iacob ascendentiū & descendentiū efficientię. Essentia diuina opus: q̄ suapte entelechia illam perficiat: idq; perpetuo. Hac tanta aīa: & peinde humana natura: in vnitatem hypostaseos, in eandē personā susceptā. Tam illustratā ni maxime, vniuersam humanā gentem, si hoc tam egregiū munus, vni illarū eueniret certissimum erat, tum perinde atq; tota materia perfecta haberetur: si vel vna ei⁹ portio animę cōmitteretur, ratione perfruenti. Hoc tandez illi vni Iesu aīæ contigerit: vt tanto vniretur in eādem hypostasim exemplari: atq; vt innixa esset sup dilectum suum. In cuius sinibus verbū æternum, a seculis absconditum, reclinatorium faceret: ipsa tū in diuinas laudes coacta: & sese mire agente. Dū esset (inqt) rex in accubitu suo: nardus mea dedit odorem suum: sponsi & regis ęterni dedit odorem sibi: inde desumptum quem suum fecerat. Hęc tantilla & finitior suapte natura sors mea, īmensi contactu effecta est omni scia. Illa omni sancta atq; infinita sapientia, in mentem meā a diuino fonte deriuata. Tūc odor emanauit supra oēs odores suauissimus: & vires aīę in diuinum fontē intentę: diuinis affecte sunt efficientis. Egenti visione animi verbi, tum oīm: nullo vel tantillo p̄termisso in eo exemplari. Totis em̄ sapiētię alia illā cōplexa sum, diuinitatem: illā maxime immensam sapientiam, q̄ vel sola in cōe cū tali aīa & in tantam sublimitatem euecta, venire poterat. Et quod Lucifer temerario ausu tētauerat: nec fuerat consequutus: hoc dñi Iesu aīa assequeretur. Moliebatur in infinituz ille siue in sapiētiam vt etiā dici potest siue oīpotētiam vt plericq; existimant ob quod eius pctm̄ irremediabile sit. Sed neutrum ob tam superbā temeritatem, a se assecutus. At nihil lenitatis siue audaciq; in hac pᵱssima anima: q̄ magis suscepta est, aut diuina passa: cq; de q̄ frustra tentauerit. Hoc igitur pulcherrimo leta munere: pulchre totius eccleſiæ cq; dispositissimū ordinē vidit: singulas electorum aīas hoc insignis virtutis & humilitatis odore, donauit. Optimus ille & maximus odor. etiā supra omnem Apostolicā sortem: vt de matre antea diximus. Illis effecta: deinde diuinis perfruitionib⁹ vtebatur. Cui⁹ imitatione & diuino, haud siue ingenti vnione participatu, rationalis, quandoq; in diuinam sortē susciperētur aīæ, cum visurę ineffabilem lucē tum beata diunitate perfruiturę, illi vt capiti (quomodo sanctoz habet etiam traditio) connexe. Veluti si cordium multitudo plurima, optimo maximo cordi diuino nexu cōnectas: absq; uo vitam spūalem & beatam sumant immortalitatem. Viden pulcherrimū ordinem siue mystice siue moraliter hæc verba intelligas. Vt totum epithalamium, in cœlestes & diuinas aīas cenſeretur: & quodam meliore ascēsu & mystico propter ecclesiæ mysteria, & diuina illius cum xp̄o sponsalia & amores, in eandē immaculatā ecclesiam referemus. At si ad pietissimam dñi matrem ipsius ecclesiæ reginam & principem. De qua in p̄sens sermo noster ē, ipsi oīa pulcherrime sane videbis cōuenire siue morales, siue allegoricos & quod magis est literales quos vocant sensus suspecxeris Sanctificata em̄ fuerant oīa membra siue liniamenta illius supersancti corporis: tum ꝓpter virginalem decorem tum ꝓpter fœlicissimum & per oīa salutarē eius conceptum & ptum. Sanctificauerat tabernaculum suū altissimuz: ipsa vero ciuitas dei & mōs habitationis eius. Circūdederat veluti circa munitissima iuteri⁹ exteriusq; delibuta iustissimū Noe & recētiorē lōge ātiquo meliorē noa: & alia q̄dam arca interi⁹ exteriusq; deaurata suauissimū & omne in se delectamentum habens, mansus est ille vnigenitus, qui habet funiculum auream virgam in manu tēplum suū: sed diuinis & vltramūdanis mēsuris: idq; ex oī parte, vt nihil in ea p̄termitteret non sanctificatum non emēsum: sed virga directiōis virga regni sui, vno suo eodēq; multiplici palmo. Propterea forte scriptura tm̄ in illis describendis liniamentis īmoratur. At si forte superiore q̄dā gradu: in diuinā Iesu aīam, ascensum

feceris: videbis oĩa veluti in lapidem angularem quadrare cum allegoricos tum mysticos & morales ipsos quoq; literales, vel introscripta prima literę fronte, & anagogicos intellectus. Quid enĩ non transcendens & anagogicnm, in illa sanctissima purissima & omni capace vnigenito dei coęterno filio vinctissime vt sic dicam conuicta aĩa in eandem personā, in eādem hypostasim, in vnū & eūdem dn̄m nostrum Iesum xp̄m. At si hyperagiā supersanctam & superpurissimam eius carnē & humanitatem suspicias: etiam a verbo susceptam: in personam & hypostasim: quid huic literę tm̄ egregiam formā, & ineffabiles diuinosq; amores prosequutę, non cōueniat. Est enim super pulchra & oēm formam, excedens illa illius carnis purissimę cōpago: ille membroꝝ ordo & series ille admirabilis filius. Lapis quippe per oĩa angularis qui factus est in caput anguli: vt quatergeminū sensuū parietem in se cōnecteret: qui innumerabiles alios etiam cōplecteretur sensus: adeo illi propter quem oĩa, consentiētes: vt nihil magis. Hic est ascensus in ampliora continue festinans & gradibꝰ in gradus, sed ampliores ipsos & inferiores continetes, semper protensus. Vt summa, infima in ordine spirituali complectūtur: quemadmodum in vegetali sensili & ratiōali anima videre est. Vires, suprema, inferorum habent: & sensilis vegetalem cōtinet: rationalis verovtramq;: deus omnium vires & potestates, & quo quædam ad illum vt immēsam potestatem magis accedunt plura ideo cōtinent, est ordo quidē in diuinis longe constantior q̄ incorporalibus. Sed de his per digressionem tm̄ dixerimus. At ne interim istud omittamus: cū de vno interp̄tabimur, ceteros intelligat lector. Pręcipue in laudes virginis epythalamium sumpsimus explis candum: quod in illa facile oēs intelligātur. Eiusnāq; anima sponsa spūs sancti, non dispari q̄ alię sorte, immo celsiori ratione est oĩm virtutum plenissima & gratiarū. Typus maximus ipsius ecclesię fuit: in quavidelicet passionis vnigeniti filij sui tp̄e, tota fuerit (fide in ea singulariter remanēte) ecclesia: & de nulla magis, in ecclesiæ mystico corpore cōsistēti dici potest. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Nec de alio quopiaꝫ (animam Iesu semper excipio) id magis intelligi. Quæ est ista: quæ progredit quasi aurora consurgens: pulchra vt luna: electa vt sol: terribilis vt castrorum acies ordinata, & Quæ est ista q̄ ascendit dealbata, innixa super dilectum suum: & alia id genus, innumera. Est ipsa quoq; hominum deiq; singularis mediatrix deum homine, & hominem deo mire consilians. At in medio extrema, facile conijcere est: siue Iesu animam, siue inferiores accipias. Quid quod in ipsa matre magis relucet filius, tum ob singularia insignia, ab eodem omnipotente in matrem prodeuntia: tum propter admirandum materni iuris (q̄ mater videlicet domini & dei sit) stupendumq; priuilegium. In eadem quippe domino Iesu matre si plerisq; credimus, omnes aliorum prominent gratiæ, priuilegia, munera, gradꝰ & supra illa omnia incomparabilis & eminentior proxime post deum, omnium efficiendorum & auctoritas & potestas. Per ipsam enim veluti intercedentem, omnes ecclesiastici gradus, & ordines consistunt. Relucent in vultu eiusdem splendido maxime interno, superioris mundi lucidissima lumina: quæ illam vt longe superiorem solem suspiciunt, admirantur: amant: & omni cum reuerentia, quacūq; illustrauerit parte prosequuntur. Mirātur illam: quæ longo interuallo superat omnium Angelorum potestates quos omnis incredibili sorte continet. Atq; ob hanc vnam causam: nouuꝫ explanationis genus nasti videamur. Vt sponsam intelligamus, hāc quæ in iugi adhuc certamine est, verum etiam, idq; superiori & anagogica sorte, supernorum ciuium ciuitatem: quā ecclesiam triumphantem appellant. Imitatur hæc inferior, illam superiorem: in cuius imitatione sua eius haud minima prominet dignitas. Hanc supnam & extimam ecclesiam primitiuoꝝ, & eorum qui in cœlo conscripti sunt, vocat Apostolus. Et quāq; Angelos non apprehendit semen Habraę apprehendit dominus: tamē illos vt animas quascunq; in diuinam Hierusalem conscendentem sibi conciliat & vnit sapientia, & beata visione, fidei respondente, in iustitia nimirum stringit, qua vna & pietate summū deum reuerentur: & cœlesti timore cōtremiscant: atq; in veritate (quę charitatem beatam perfruitionęꝫ & angelicas omnis virtutes comp̄hendat) fœliciter connectit. Nec isti obuiā ire possunt: seu minus conuenire ea verba. Nigra sum sed formosa filiæ Hierusalem. Et filij matris meę pugnauerunt contra me: posuerūt me custodem in vineis, & nolite me interrogare quia fusca sum: quia decolorauit me sol: & alia id genus: quæ non plane conuenire videntur. At sipientissimę dn̄i matri antea conuenire monstrauimus: quid non cōuenient illi superne Hierusalē: q̄ hanc vnigeniti parentem recognoscit vt matreꝫ? Quaꝫ si forte nigrā intelligere nō possis: intellige deū ipsum purissimum tm̄ actum esse: cętera potetiæ & cuipiam suscipiendi finitiori imperfectioni permixta. Deum ipsum vt sinceram immensamq; lucem esse ad quam si cetera conferas lumina: magis splendores & vmbras videbis: q̄ lumina. Nō iniuria igitur illa cœlestium animorum ecclesia, nigrā se dicit, sed formosam & obiecta solis (vt maiore aduentate luce, minora prope extingui vidē,

tur) eandem fuscam redditam: qua ratiõe sol ipse sua p̃sentia eãdem decoloraſſe videtur. Nec absonum est, quod ait. Filij matris meę pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis. Vidit nẽpe Ioannes in retectione p̃lium magnum in cœlo Michael & angeli eius pugnabant cum draco ne: & cũ angelis eius intellige. Sed quis ille draco est nisi Lucifer qui mane oriebatur. Qui dixit. Ascẽdam in cœlum: & ero similis altissimo. Angeli vero eius, hi sunt: qui eiusdem assensere superbię: ꝓpriam quanda etiam expetẽtes exaltationẽ. Oẽs filij erat matris diuinitatis, aut sapiẽtiæ siue illius supnę Hierusalem, hoc est ecclesię. Si omnes in gratia vt plerique existimant cõditos fuisse intelligas: siue (vt melius est) in donis & muneribꝰ plurimis q̃ gratuita appellant: oẽs illi nutibus contrijs pugnauerunt contra illam dñi sponsam: q̃ dominicis (ob eam rẽ confirmatiõe susceptã) paruit dictis. At q̃ sunt vineę in quibus per refugas illos spũs, posita est, extima illa eccl'ia custos? aut quãnam electicij illi & reprobi auctoritate habebãt vt illam ponerent custodem? Imperij quippe hęc tãta functio: & non parui muneris est. Fuit vt hoc etiam interim absoluamus eorũ ruina: occasio humani procreãdi generis. Quo sedes ille vacuę fœlicibus animabꝰ replerentur: illa immodica instaurata ruina: sanctissimis Angelis in earum quãdiu hic peregrinantur: constitutis tutelam. Sunt plures per orbem dispersę ecclesiæ, aut si maius innumerabiles animæ. Illis omnibus sacratissimi presiciuntur angeli & ponunt custodes in vineis. Vna quecꝫ anima in vineam a domino sabaoth eodẽꝫ clementissimo agricola cum erecta: tum diligẽtius exculta. Vinea domini sabaoth, domus israel est: quæ domus sumus nos, teste Apostolo: si per patientiam & expectationem fiduciam habeamꝰ. Illorum igitur ruina, nostræ salutis occasio fuit. Illorum etiam casus quædam veluti causa vt in custodem magna domini liberalitate vltramũ damnam susciperemus ecclesiam: quæ etiam ob tantũ munus non parum lętaretur, dicente dño. Quia gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiam agente. Et in Thobia (tametsi liber ille in canone non habeatur) Raphael angelus, siue ille ex supernis siue ex medijs aut infimis ordinibꝰ esset Thobiæ præces & supplicationes offerebat domino. In Apocalypsi quoꝫ plurimum incensum offerebat Angelus ante altare aureum: incensum quidem de supplicationibus sanctorum, atꝫ ob eam rem, dicit. Perfecerunt me custodem in vineis: & vniuersa loquitur ecclesia. Omnes enim instar filij mittunt id quod testimonio Esaię abũ de comprobatum est delegato vno ex seraphim a domino prophetæ, vt caculo ignito eius purgaret labia q̃q̃ facer Dionysius inter minores illum supputet. Nec referre quod assistẽtes illi haud ministri dicantur. Frequentius enim assistunt: rarius vero destinantur: mittunturve inde a principio & assiduo suo munere desumpto nomĩe. Sed de his hactenus.

Libri Primi. Homilia. xj.

Asciculus myrrhę dilectus meus mihi: inter vbera mea cõmorabitur. Habet quicũqꝫ amor hic existẽs quẽdam langorem defectionemqꝫ: & ꝓinde amaritudinem non paruã. Et amãs quisquis ille est: tantisper duꝫ peregrinatur a domino mœre, deficit, languet. Fulsite me floribus (inqt) stipate me malis, quia amore langueo. Sunt & diuinę propterea liquefactiones: q̃ prope defectionem quandam, habentur. Aia mea liquefacta est: vt dilectus meus loquutus est. & q̃q̃ pñs sit amatus, tamen ꝓpter ingentẽ amantis in eũ reuerẽtiã cõturbatio q̃dã est. Aia mea cõturbata est (inqt) ꝓpter quadrigas Aminadab: quem dñm saluatorem in epithalamio intelligere possumus vere etiã sponsa, in aliam intelligentiã, ne quid aduersi spõso acciderit: timet illi plusqꝫ sibi: p̃se ferebant etiaꝫ oẽs veteris testamenti patres vt antea diximus typum tanti domini & seruatoris nostri. Vide, quid ait Propheta. Deficit in salutare tuum aia mea: & in verbũ tuum superperaui. Defecerũt oculi mei in eloquium tuum, dicentes qñ consolaberis me. Aperte tristitiam dicit in amante esse: q̃ consolatione egeat. Et quo magis q̃dam dilecta sunt: eo magis mẽtẽ tristitia & mœrore afficiunt: si fortasse subitrahãtur aut nõ plenius habeantur. ꝓpter qđ dicit. Quam dilecta tabernacula tua dñe virtutũ: ideo concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes quando consolaberis me. Tãtam tñ vim habet hęc cuiusuis optimis maximi languor, mœror siue defectio: vt suauitatem non paruam inducat: vt simul esse videantur mœror & gaudium: & scit q̃dam in aia contrariorum mire resonans harmonia, sit quidam ex oppositis admirabilis contẽtus. quomodo in dñi Iesu aia & pientissima eius matre fuisse fideliter & pie credimus. simul resonantibus immẽso gaudio & mœrore incõparabili gaudio & tristitia. ipso in taꝫ incõparabilem cõtẽtum recepto mœrore. Affirmãtem nẽpe tum habet sensum. Sunt cñ in harmonia amoris, oia amabilia: vt in harmonia lucis oia lucida. Adeo vt ipso mœrore nõ parum gaudeat amãs. Viden quid in hãc intelligentiam ait? Fasciculus myrrhę, id qđ mœrorẽ & amaritudinem interꝑtamur dilectus meus mihi: tamen inter vbera mea cõmorabitur. Volo

ego hanc amaritudinem/lachrymæ meę ſunt mihi dulciſſimę panis die ac nocte. Recordatio amati mei alebat ſuper oēs pietiſſimas παρθενομήτορας, parthenomitoros hoc eſt virginis & matris/animæ/mihi ſuauiſſima eſt: & propterea inter vbera mea/hoc eſt in mediis cordis mei penetralib⁹ cōmorabitur. Eſt illi⁹ mihi recordatio & abſentia faſciculus myrrhę: & ipſe totus cum eius vitā erūnis laboribus/algore/eſtu/ingenti inedia/& talibus id genus miſeriis quas ſponte ſuſcepit pleniſſimam/cūcę eius paſſionem ſeu caſum amariſſimum triſtitiam & mortem conſidero/mihi faſciculus myrrhę ſuauiſſimus quidē ille tū eſt. Si quidęz ex iſtis ſuis laboribus/pœna & morte: maxim⁹ & incōparabilis fructus/honor vtilitas humano generi acceſſit. Atcę ob eam rem talis vtcūcę me mę rore afficiens: tamē inter vbera mea commorabitur. Aſſiduum illum in aīo habebo: aſſiduū in mēte: & in omni cogitatu meo. Et quātum in me eſt: vt ille me paſcit: ego quocę illum paſcā: illum hac lactis dulcedine penetralibus mei cordis iugiter manante inebriabo ego ſiue pueri illuz more/ſiue viri/quod illi plurimum ſit in me cōplacitum tali lacte afficiam. Hauriet ille de fontib⁹ vtcūcę meis: vt ego de ſuis īcredili gaudio hauriо. Fuit ille oliz puer/inter vbera mea ſurgens: me illius ecōtrario cum ſanctiſſimam animam & diuinitatem/& tam immēſum amorem ſuggente: & pene ſi diceri dignum abſumente: nec eīi ſugendo ſatiari poterā. Ipſe vero tali officio/cęcę immerita ego nō vacabat: haud aliter de me matre dulcedinem & verbi & amoris & diuarum (quas in me infuderat) rationum hauriens perinde ac ſi mei (tanta ei⁹ erat dignatio) indigus tum fuiſſet/at ipſe qui omnium eſt ſufficientia bonorum noſtrorum vt quidā cecinit non eget. Subditus mihi fuit quandocę dilectus meus/in milibus ſelectiſſimus/vt qui omnium maximus eſſet: ſubditus tamen/ob ingentem amorem/quo plurimum ardebat/efficeretur. Exiſtima o quicunqę fidelis quæ tum mihi ſed cū mira dulcedine ineſſet amaritudo. Cernebam tū vniuerſi regem & dominum exinaniſſe ſemet ipſum: & formam ſerui ſumpſiſſe & tali obedientia inſignem: vt vituperanda immo vero ſi fructum aſpicias pulcherrima morte occuberet: & iam tum a puero/ab ipſo quocę exordio conceptus & partus ſim: eam qualemcunqę ſubire haud recuſaret. Reſipiſce/o quicūcę a tali te fructu egregie mortis ſubſtrahis. & de more meo ſuſcipe faſciculū myrrhę/in mediis/tui cordis arcanis. Sit hæc myrrha/hic faſciculus tibi ſuauiſſimus ob talium tantorumcę amorum recordationem. Reſpice ab exordio ęternumcę amantē: reſpice ad blaſphemias vſcę & vituperanda execrandacę in eum intecta probra/a mantem. Suſpice quæſo eundem vſcę ad ſanguinem/duram falſamcę accuſationem/ad vulnera ſpineum diadema crucem & mortem vſcę amantem. Aſpice vt ī inferni penetralia deſcenderit: nō alio actus cę amoris eiuſcę immenſi ſtimulo: vt triduanus in ſepulchro fuit vt diebus quadraginta poſt glorioſam reſurrectionem exhibitionem ſui teſtibus a deo preordinatis facit. quo te & ſuæ & tuæ gloriæ futuræ/etiā reſurrectionis faceret certiorem. At quid non faceret amor/illius prȩcipue qui immenſus amor eſt: pertingens a ſummis ad infima vſcę: & contra ab infimis ad ſumma omnia diſponens ſuauiter/mirifice in tales ęſtus amo reſcę incendens? quidam non eleganter de tanto amore in perſona Chriſti in hunc modū cecinit.

¶Hic me ſydereo deſcendere iuſſit olympo:
Hic me crudeli vulnere fixit amor.
Langueo: nec quiſcę noſtro ſuccurrit amori:
Quem nequeunt duræ frangere iura crucis.
Sed audi q̄ſo ipm te mirum immodū adhortātē/
Si cupis ergo animi mihi ſigna rependere gratis.
Dilige: pro tantis ſat mihi ſolus amor.

Sit frequens o cœleſtis cum eccleſia tum ſanctior q̄cūcę aia tantorum in te beneficiorum recordatio. Aſpice te nō poſſe/nec te quidem/o virgo & mater mea/digna pro tantis rependere poſſe. Infinita quippe ſunt. Frequentius ingemina. Faſciculus myrrhę dilectus meus mihi. Quo pacto eīi mihi nō talis faſciculus erit? Siquidem eius in me ingentia beneficia conſiderare haud abnuam: & quæ non digna eram vt tali dignarer amabo: & magis quidem amante: tamē dignam fecit. Quo enim in meliora ego ſufficior faſtigia in ſublimiores honores: vt aut ſpōſa proxima ſiue dilecta/ſoror aut mater (id quod maximum eſt) ſim: eo magis omnis amaritudinis ratio/in me eſſe debet qđ imerens illis tamen donec muneribus tantis talīū afficiar honoribus & gloria. Sed quid retribuam domino/pro omnibus quæ retribuit mihi? in meliora vt ſuſcipiar conabor. Calicem namcę ſalutaris accipiam: & nomē domini inuocabo. Adhortabor in hunc modum animam meam. Benedic anima mea domino: & noli obliuiſci omnes retributiones eius. In vna tanti datoris memoria/omnis retributio/omnis benedictio conſiſtit animæ. In melioris & ardentioris amoris: immo vero in calicis/paſſionis (vt eccleſiaſtico vocabulo vtar) afflictioniſcę & amaritudinis ſuſceptione. Quid aliud illud eſt: calicem ſalutaris accipiam: & nomē domini inuocabo? niſi faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter vbera mea commorabitur? hoc eſt in pulcherrima memoria: in ipo animo/& egregia ob id mēte mea/quod illo vno affecta ſit/commorabitur. Poſſet ne ſonorius vnū alteri re-

ſpondere,ſufficere amato has pulcherrimas vires ſortiri,illo vno affici non alio quocunq;. Sit omnis quicūq; amor: quæcūq; recordatio, propter illum tantum tamq; eximij ſeruatoris & ducis ardentem amorem,in illum oia referantur qui principium omnium eſt omnis boni,atq; vt boni ſint iſti amores,cā & initialis origo,charitas vna,vnā habens traducem q̄q̄ diuerſos effectus. Illum habet ꝓpoſitum obiectum:in quem omnia reducit: inq; diuinum illud & admirabile granarium,ſiue dominicam cellam comportat. In defunctū & de cruce depoſitū frequens ingeminabat virgo,hęc & talia verba. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi:inter vbera mea cōmorabitur. in medijs etiā vt verba ſonant,ſinibus meis. Illum egovberibus admouebo defunctum,ſed propter omnium ſalutem:quæ viuens ob eandem ſalutem,per oīa ſalutaris ſuxit. Hic commorabitur aſſidue mecū,illuz ego ſtringam:nec a meis diuellíſinā complexibus Nolite quæſo filię Hieruſalem a tantis illum vberibus amouere. Hic locus,vt olim requietiōis eius eſt. Idem ſit mihi non myrrha ſolum:ſed faſciculꝰ myrrhę & mœroris qui & gaudij. Talibus terram cœlumq; replebat,ſed modeſtiſſimis querelis,pulcherrima virgo. Vt omniū angelorum ciere poſſet his fletibus lachrymas:,& ſpiritalia & ſaxea hominum corda in fletum mouere. Et poſt domini aſcēſum,vitę,mortis & locorum diuinas agebat enarrationes. Nec enim ipſo corpore aut externo inceſſu,ſed ſpiritu illa iugiter peragrabat loca. Extantis & tam aſſidue repetitis,faſciculum amaroris componens:tota,in dilecto,tametſi ſuam ſubſtrahente præſentiam,erat,& dilectus per admirabiles exceſſus mentis in ea: vt faſciculus myrrhæ in medijs illis vberibus. Recordabatur priſtinotū amorum,& tantarum in illis ſinibus ſuſceptarum ſuauitatum:ſed mire in diuinas aſcenſiones,virginem puriſſiſſimam tum exuſcitabat. Ipſam quoq; tum erigebat in ſuam recordationem in ſui mirabiles complexus ſponſus idemq; filius. Vt non aliud mens cogitare poſſet,ſiue dormiens ſiuevigilans. Ferunt nempe ipſam in diuina ſemper extaſi fuiſſe,atq; animo ſemp,& ſuperiori illo, quo donata erat lumine fidem omnez,plane excedente, illum candidum & rubicundum cōtuebatur. Credibile namq; frequentiores altioreſq; cum patribus priſcis tum recētioribus filijs,viſiones fuiſſe perpeſſam:& ſanctas totius eccleſiaſtici ſucceſſus ſed in ſuperiore longe lumine,q̄ propheticum ſit reuelationes:Moſe ſuperior & dauide,ipō quoq; Ioanne. Poterat ipſa ſi dicere dignū introire ſanctum ſanctorum,hoc eſt cœlū,quod dominus ſemel introiuit,ęterna redemptione inuēta:& quod melioribus lōge ob ipſam purificauerat ſiue perusum reddiderat ſacrificijs,q̄ illis vetuſtioribus: Ipſa (vt diximus) non parum coagente, Atq; tātis patefactis aditibus: & quæ ſacramenta, immo vero apertiſſime res ſunt: illa coram videret,& ſi forte non iugiter & perpetuo facie ad faciem,alio qui tūvere immortalis & beata fuiſſet,in ſuperiori tamen continenter lumine,non prorſus eiuſce muneris expers vt reuelata facie de more Pauli, diuinitatis interī penetraret aditus:ſanctiſſimoſq; totius ſupercœleſtis Trinitatis receſſus. Plericq; etiam Ioanni dum in ſinu recūberet domini & Moſi cum in monte ageret ipſi etiam Stephano ꝓ magno munere id datum exiſtimāt. At frequens fuit in ſinibus dominicis virgo: frequentior q̄ Moſes in monte:ſed in eo monte qui ſupra verticem omnium montium collocatus eſt. de quo memīt Eſayas. Vidit quoq; ipſos cœlos meliori ſorte q̄ Stephanus omnium ſupma,& maxima retectos. Pulchre igitur ex ſua eccleſię,& omnium perſona cantabat huiuſcemodi hymenęum. Faſciculus myrrhę dilectus meus mihi:inter vbera mea commorabitur. Et ante egreſſum & poſt fœlicem exitum,Ieſus Chriſtus aſſidue in matre erat:illi innixus,in vna illa,ardentiori incumbens amore:non ſine (q̄ diu hic erat) defectionibꝰ admirādis multis,ſanctis & fœlicibꝰ extaſibus. Hoc munere per ipſam fœlicibus etiam animabus conceſſo. Canit hoc idem eccleſia:propter eas quas diximus cauſas,& plura perſecutionum hereſum & diuiſionū genera. Quibus tamen nulla re ab ſponſo diuellitur,ſed omnia in crementū & cumulos ſuę fœlicitatis ſupputat. Omnia quippe illi cooperantur in bonum:& fœliciſſima incrementa, quæ propter Chriſtum perpetitur. Turbatur nauicula Petri:& plerumq; fluctuat,ſed Chriſtum habens ſubmergitur nunq; certiſſimam habens domini pollicitationem. Ego vobiſcum ſum: vſq; ad conſummationem ſeculi:vt confidentius dicere poſſit. Inter vbera mea cōmorabitur, tametſi faſciculus myrrhę:tametſi ipſe mihi amaritudinis & perſequutionum cauſa,ſit. His artibus,me pergrinam,in promiſſam matrem meam in cœleſtem Hieruſalem & beatam viuentium terram conſcendere, volebat. Poteſtis (inquit) calicem meum bibere? calicem quidem meuz bibetis. Nihil euenit quod non antea fuerit mihi prędictum. Perſequentur (inquit) vos de ciuitate in ciuitatē. Tum vero maxime gaudebant diuini illi heroes:quod digni habiti eſſent pro nomine Ieſu contumeliam pati. Putas ne matrem tum gauiſum,in filiorum perſequutione fuiſſe:incredibili nimirum gaudio geſtiebat: cernēs milites ſuos ſtrenuiſſimos & viciſſe: & egregium reportaſſe de hoſte triumphū. Experiebatur quotidiano illo conflictu: ſe haud eſſe a domino Ieſu

derelictam: qui velut filius (tanta eius erat dignatio) in vberib⁹ matris moraretur: vt illa superiancta sed ab eodem sanctificata suggeret vbera. Nō recusaret ipsius q̄q̄ ꝙthiopissę & olim meretricis amplexus. non refugeret vbera. lac tum dulcissimum continentia, a diuinis etiam vberibus manans. Habet & sua vbera sponsus, in quorum laudes dicit ecclesia imo & domini mater. Quia melíora sunt vbera tua vino fragrantia vnguētis optimis. Vbera in epithalamio frequentius nominātur quę in diuinam significationem vt alia omnia in scripturis suscipiuntur: & pro interioribus mētis penetralibus. & huiuscemodi tropi mirabiles in diuina pręstant ascensus: ex his nimirum corporeis, meliora cognoscuntur sacramenta. Talis diuinarum scripturarum ars est. Myrrham erudíti mystice incorruptionem interpretantur, & proinde immortalitatem. Hanc & multitiplicem habet in suo sponso, sponsa: quæcunq; ea sit. haurit de fontibus Iesu seruatoris immortalitatis innumerabiles species: virtutes primū quę suapte entelechia perpetuę immortalesq; habentur. Est autez Christus omnis virtus: & quod magis admireris fons & originale principium omnis virtutis. Charismata, munera, gratię beatitates, spiritus fruct⁹, maiorem retinent immortalitatis speciem: & ipse totus dominus Iesus eminentius hoc retinet munus: sese in omnia bona exhibens. Veni (inquit) ad Moysen & ostendam tibi omne bonum. Hæ sunt rationes immortalitatis quæ in vno domino Iesu habentur: & in tanta eius diuinitate. Hic admirabilis fasciculus: in medíis vberibus sponsæ Paruulus enim & delicatus est: & paruulus natus est nobis: cuius tamen imperium super humerum eius. Et q̄q̄ paruulus, tamen deus magnus super omnes deos: pater futuri seculi prīceps pacis. Víden hoiem simul & deuz immortalem & quod fasciculus est ob ingentem humilitatem & sui ipsius exinanitionem: exinaniuit enim semetipsum formam serui accipiens. Hoc diuinum promptuariū & arcam omnium bonorum: & beatissime immortalitatis ex lignis sethim sibi deligit sponsa, super aurum & lapidem preciosum multum. Totus nēpe desiderabilis est hic dilectus: haud momentaneam sed diutius mansuram præstans fœlicitatem. Afficiunt corruptione, voluptates: & quæ cunq; sensibília, decidentia sunt. Hic supra res omnes, pręstat immortalitatem: meliore sorte q̄ lignum vitę: cuius esus erat in prępcepto protoplasto adę: vt eandem immortalitatem consequeretur. Sed nō tam lignum q̄ ipse dominus, obseruatam obedientiam, immortalitatem pręstabat: at hic dilect⁹ ex sese: deus nempe est. egregia immortalitate affícit. Virtus clara & ternaq; est: sed non potest ipsa nuda virt⁹, nec tā virtus q̄ imago virtutis suopte ingenio nisi vmbratilem nominis & famę donare immortalitatē. Ipse vero dīs & spōsus sua virtute donat, quippe qui κατὰ ὀυσίαν. immortalitas & incorruptio est. Fulgore suo immenso irradiātur omnes ἀρεταὶ hoc est virtutes: vt in altum deducant. Lex vetus & p̄ceptorum tanta numerositas, occasio siue potius declaratio si credimus Apostolo p̄uaricationis & mortis fuere: nihil nisi terrenā & vmbratilem promissionē pollicebantur & si p̄tē derēt diam. At dīs Iesus apertis cœlestib⁹ adytis antea perpetuo clausis regnum cœlorum & pulchram non frustra pollicetur incorruptionem. Vnus hic fasciculus myrrhę est. Nec enim plures inuenias. Hic vnus via, veritas, & vita est, vita vero perennis κὰιἀιωνίη. Vide vt aperte hanc monstrauit & pollicitus est vitam. Quivero bona (inquit) egerint ibunt in vitam æternam. Venerāda regina cœlorum & domini mater contemptui pene habitis cęteris omnibus, in vna sui pientissimi filij immortalitate morabatur: in illam dies noctesq; intenta: illam omnib⁹, nedum sibi, largitum iri poscebat & pulchrum ex admirabilib⁹ filij dignitatibus cogebat myrrhę fasciculū, atq; in hāc sententiam de eccl'ia & cœlesti quacūq; anima disseras: ne frequēter eadē repetere cogamur. Possent multo plura huc afferri vl' hinc potius educi, Fōs quippe inexhaustus est, sed breuitati studeamus.

Libri Primi. Homilia. xij.

BOtrus cypri dilect⁹ meus mihi in vineis Engaddi. botrum, in bonā partem vt hoc loco & alijs pleriscq; atq; in malam accipi in scripturis obseruamus. Vua eorum ait, vua fellis, & botrus amarissimus, botrus, collectionem vuarum habet, integer quippe vuę racem⁹ est, in quo incomparabilis charitas & pax designatur. Christus dominus etiam botri expressiōe significatur. Nam torcular calcauit solus: & de gentibus non erat vir cū eo. Expressit ipse in prędo crucis de humanitate sua preciosissima sanguinem suum p̄ catholica oīm ablutione & gloria. Hāc ipse pro oīm salute calcari voluit: conculcari permisit. Vt vinū lętificās cor hoīs, deū quoq; & hoies, vniuersis p̄ferret, in lauachrum (dealbantur quippe hoc sanguine aię) in potum in refrigerium in sanctificationem exprimeret. Hoc vino & tam p̄cioso sanguine inebriantur, ab vbertate domus dīni: hoc vno veluti regia purpura vestes, cādidę alioquin, inficiuntur: non eius solū sed oīm in tantam salutem accurrentium, & vestes eius (ait Ioannes) erant respersę sanguinę, & nomē eius verbū dei. Vestes domini, humanitas eius, & sancta mēbra

sunt:quæ a diuina feruntur hypostasi sustentantur q̄z/in eandem hypostasim assumpta.Oīa erant respersa purissimo eius sanguine: quo etiam sumus redempti. Nam a planta pedis vsq̄z ad vertícem capitis non est in eo sanitas. Omnia dilacerata/omnia pene dilaniata: vt non esset in eo species nec̄z decor.Sed botrus hic/floritionis botrus est: & virga illa q̄ ex sese absq̄z adiectitio humore floreat.Flos quidem campi/& lilium cōuallium:absq; quo/flores oēs habent:vt fructus parturiant. Lilium de more sponsę/inter spinas. Lux ipse quidē in tenebris lucet,& tenebrę eam non comphenderunt. Malus etiā inter ligna siluarum. Viden vt hic botrus noster/botrus mœroris vel tristitię: botrus cypri est. Tali botro inebriat sponsa/ab vbertate domus dei:inde illo suscepto vino: quod miscet sapiētia. Dñs hoc cœlesti vino efficitur:veluti dormiens & crapulatus a vino.Vt ambobus spōso spōsaq̄z pro cellario dominico inebriatis: in miros exardescant amores/præcipua charitate insignes/tali incredibiliter ęstuāte amore (Lege quę de amore & cratere sacer Dionysius disserit) nūq̄z ista.cessante flamma:id quod & botri ratio continet/ꝓpter quod tantis ęstibus efferuescens spōsa/ait. Botrus cypri dilectus meus mihi/in vineis engaddi.Hoc botro redempta & abunde satiata/sancta fuit ecclesia/& beatissima mater hauriens non vnum/sed multiplices fontes eosq̄z suauissimos/de hoc cœlesti botro manantes.Fuit mihi in persona omniū & sua(ait domini mater) fascicu/lus myrrhę:quo propter immortalitatem & diuinam incorruptionez interius exteriusq̄z delinirer. & tali fierem incorrupta incorruptibili vnguēto: cuius odore olim repleretur tota domus ecclesię. Nūc botro isto in cibum potumq̄z atq̄z omne delectamentum reficerer:hoc eodem in quo prętiosissimus filij mei vnigeniti sanguis contineretur/recrearer: veluti cœlesti manna & aqua de petra manante. Nāq̄z illis oībus longe fœlicior/hic florídissimus botrus est meliori me donās/q̄z olim (vt paulo antea diximus) lignuz vitę/immortalitate. Mihi (ait) est hic destinatus botrus.filius quippe meus est. Vt ex me in omnes hęc tanta salus prodeat:& me auctricem salutis & fœcūdam saluatrícem/recognoscāt. Sed botrus hic cypri/mihi est/sed in vineis engaddi.Engaddi fontē hedi ꝓpter baptismū, siue oculū tentationis: q̄n eccl'ia dicat. Leuaui oc'los ī mōtes. alibi mōs Galaad dicta/qđ aceruū testimonij ītērptant·Testis q̄q̄z est eccl'ia/sicut luna pfecta (q̄ tantę attestatur solis lucí) in cœlo fidelis. Nō pōt hic botr⁹ me⁹ nisi in talib⁹ vineis/dño attestātib⁹/in eccl'ia.ſ.q̄ vna ē spōsa vna electa dñi/inueníri. Nō est salus/nisi in eccl'ia. Nō est fides/nisi in eadē spōsa & regina. Nō est charitas:nulla formata virtus/nisi in ecclesía.nō est dilectus hic botrus:nisi in ecclesía. Vna est spōsa/nō plures. Vna est electa/vna immaculata: nō plures. Mentiuntur & seipsos fallunt:qui extra ecclesiaz salutem se posse consequi confidūt.Non est salus omni cārni:nisi in arca. Vnus currus est diuino ardore fulgurans/candore cœlesti radians/igne diuino calescens:qui possit sanctum Heliam in cœlum sustollere. Vnum taberuaculum: non multa. Vnum templum/in quo verius sacrificetur: non plura eonspícies:vnum altare incensi/vnum tantum altare sacrificij. Nec quisq̄z alienígena potest de hoc botro esse:tantū illi qui cœlesti tabernaculo:hoc est ecclesię dominicę spōsę deseruiūt.Obserua quod dicit. Invineis pluratiue/sed engaddi: In singulari non sine mysterio multitudinem vna ratione complicans. In omni nempe loco sacrificatur nomini dñi hostia munda,& videbunt per/amplius & perfectius fortasse omnes fines terrę: salutare dei nostri. Multę sunt em̄ ecclesiæ singulares per vniuersum dispersę:vna concluse domini catholica & vniuersali ecclesia. Earum omniuz vna fides est: vnum baptisma/vnus dominus noster Iesus Christus. Omnes/vnus mons Galaad: omnes vna ratione non multiplici ritu/domino testimonium reddunt:vt olim reddebant Apostoli.Et nisi testes sint ī catholica haud recipiūtur ecclesia,haud q̄q̄z sibi locum vēdicant.Si em̄ sibi nō domino attestantur mendaces sunt:reprobi sunt testante Psalmista. Omnis homo mendax. Etiaz aduerte aceruum testimonij ecclesię esse,nisi enim vnaq̄q̄z in vniuersum omnibus consenserit: fidez non habet:periclitatur/& pessima heresi submergitur tandem. Non potest in tam celebri confessu considere:non potest testimonium dicere/nō sententiam ferre. vt quodcūq̄z ligatū per omnia fuerit:ligatum sit & in cœlis:& quodcunq̄z solutum/etiam in cœlo solutum sit. Rogaui pro te Petre (ait dominus) vt nō deficiat fides tua. Tua inq̄z non tuæ pluratiue, Inconsutilis quippe & nesciens scissuram mea tunica est. Ipsiusq̄z etiā dñi ossa haud fuere cōminuta. Nō diuidit Iesus xp̄s. Vn⁹ quidē est:eadēq̄z ꝑsona,haud diuersę. Viden vt ex sacramētis sacramēta pullulāt:vt iā noua instituatur eccl'ia:& a Salomone īmo vero ab spū scto & mirifico verbo/pri cōsubstātiali & coessentiali/noua sacramēta panduntur. Multiplex in veteri lege erat sacrificiorum ritus:at vnus tm̄ ꝑ oī sacrificio oī litatione & holocausto, botrus in eccl'ia est/in aceruo testimonij est. Attestantur oīa isti purissimo botro:istivineę quam de ęgypto/de faucibus Pharaonis eduxit dñs: & in paradiso trāsplātauit cœlesti/electis inde gentibus/hereticis vcz & in sesta & detestanda opinione perseuerantibus viris:

alijs quoq; incõsutilẽ dñi tunicam diuidere nisis. Spera semper meliora, gratia domini nostri Iesu christi cui cum patre & spiritu sancto ẽ honor & imperium in seculoꝝ secula. Amen.

Libri Primi. Homilia. xiij.

ECce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra es: oculi tui columbarũ. Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. Assimilauerat sponsus sponsam equitatui suo in curribus Pharaonis. Adeo vt esset sponsa terribilis ob eam causam sicut castrorum acies ordinata: & nõ quorumcunq; castrorum sed dominicorum: sed dei equitatus qui admirabilis est de spiritibus angelicis: & numerositate & prẽstantia eorum equitatuꝝ: quibus non valet resistere omnis potestas, siue in cœlo siue in terra. Ea admiranda specie & decore donauerat pulcherrimus sponsus amicam suam & matrem venerandam ante omnem creaturam supra vniuersum ipm. Vt merito dicere posset. Ab initio & ante secula ἐκτίσθην hoc est creata sum: & vsq; ad futurum seculum non desinam: & in habitatione sancta corã ipso ministraui. Subdit. Et sic in syon firmata: quam eadem formauit dominus siue disposuit in initio viarum suarum. Quæ omnia in singularem & super sanctam matrem domini referuntur. Existimant eruditi illam sanctissimam theotocon proxime post Christum dignitate honore & gloria: supra omnes designatã esset: quæ esset oim regina & dña: & pulcherria forma sup filios oim: siue (vt aiunt) definita declarata & prẽdestinata. Nec iniuria: vt quæ mater domini futura esset: omnium ꝑma post ipsum vnigenitum deligeretur, O virgo singularis super omnes fœminas, hẽc tua iam tum erãt præconia laudis, & venerationis tituli & celeberrimi tantæ matris honores. Laudauerat sponsus genas pro exteriori ordine & virginali si credibile est pudore (erant enim in ea omnia consummatissima) atq; illa potestate quæ virginitati data est. Vt fœcunda fieret: & vsq; adeo exaltata: vt deum ipsuꝝ pareret: & de adumbratione & tanto spiritussancti complexu: incomparabili fœcũditate deũ hominem conciperet: ingenti tum mũdo exorto miraculo & inenarrabili efficientia: quæ ipsius mundanæ machinẽ & vniuersorum superaret efficientiam, dignitatem, vtilitatem & totius vniuersi decorem. Per hoc ipsa namq; effecta est incomparabilis, omni humanæ creaturẽ & ipsis etiamnũ virtutibus angelicis: in admiranda fastigia & honores sublimata, in sede maiestatis filij. Talia namq; & tanta eidem sanctissimæ virgini & matri donata sunt: vt robur, decus & pulchritudo totius ecclesiæ tum extimẽ, tum citimẽ effici mœreretur. Propterea collum eius sicut monilia in quo secunda eius laus consistit: qd' totum ecclesiæ corpus, nõ solũ ingẽti robore, sed qd' magis miteris pulchritudine: & specie sustẽtaret. Ad quã vt ad filiũ diceret pater (quæ eẽ de vnigenito dicta sunt & matri ascribi posse videntur). Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere procede & regna. Et iterum. Accingere gladio tuo super fœmur tuum potentissime. Vt superior & longe rubustior Penthesilea aut quacunq; alia potestate, omnes conteras hostes. Propter quod illam toto sole circũamictam & corona duodecim stellarum insignem (vt luna hoc est vniuersa mutabilis potestas sub pedibus eius, sit) describit Ioannes. Talem & tantam (quæ freta sit suis meritorum prerogatiuis) etiã angeli circũambiunt: vt cœlesti agmine circũ valata terribilis per omnia appareat refugis spiritib⁹ promineatq; vt castrorum acies ordinata, honorata vndiq; de more filij cœlestium agminum honoribus. Id quod sodales, ꝑ murenulis siue similitudinibus auri cum distinctionibus argẽti supputant. Donant (vt diximus) quæ possunt: nec talia suscipere indignatur spõsa: alioquin omni gratia decore & singulari venustate plenissima. Quã talem & tantam, vt vniuerso mundo esset admirabilis, contuitus sponsus & verbum illud ẽternum a seculis absconditum, vnigenitus eius filius, ait. Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra es: hac data per me singulari forma & specie, incomparabilis: eleuata supra omnem decorem & speciem mirẽ pulchra & formosa es: incomparabiliter, de more angelico omni puritate insignis, multiplici munere naturali & virtute indita ꝑstabilis. Pulchra es. His nempe virtutibus a me infusis & tanta mentis claritate: vt facile in diuina conscendas: omnium potes vincere angelorum dignitatem. Ecce tu pulchra es ingeminantis & magis admirantis propter subitarium aliquod mundo exortum, vox est. Miratur namq; illam filiꝰ: & omnes admirantes, eius pulchritudinem, gloriam & formam facit. Causa vero tantẽ admirationis, hæc est. Quod ipsa ob insignem puritatem velut liliũ inter spinas exorta est: lilium quidem conuallium: lilium in media gentium Iudẽorumq; aspitate & saxea duritia exortum. Atq; iterum pulchra, quoniam meliora incrementa suscepit meritorum & gratiæ. Omni nempe efficientia sua merebatur. Omnis eius actio & cogitatio virtus erat, charitas erat: gratia (vt sic dicam) erat. Qua mirũ, imodũ idq; iugiter circũfundebatur, Vt non solum gratiam susciperet: sed eandem etiam toti mundo exhiberet, Talis namq; & tanta hæc sacratissima

virgo erat omni laude dignissima: vt non sibi/sed toti mundo prodesse vellet & iam iamq; cum ab eius exortu tum ipso toto vitę decursu prodesset. Dignum quippe erat/vt illum imitaretur: qui vel ab exordio & sibi & toti humano generi meruit: honorem/gratiã/regias & diuinas aulas/& ipijs ipsis aut quibusuis peccatoribus: qui tñ in dñm suos conatus intendunt eam/q̃ nullius p̃terq; diuinę potestatis est/iustificationẽ: illi tanto & tali cui? vno in omnes merito & primæ gratiæ profectum & incremẽta addens. Vt multipliciter ex vitę successu/& tantis virtutum insignibus idem/haud aliud/p̃meruerit in manifestationem merita etiaz augens id qd' q̃q; dispari sorte de eius sanctissima matre dicere haud impium videretur: vt quoquo modo vel p̃mœrendo vel impetrando fieret/tum licet & par est tantarum rerum particeps. Superauit nãq; illo suo primo merito multorum milium mẽrentiuz fœlicitatem. Vt merito possit angelicis numinibus conferri. Ea tamen lege/vt posset meliore addere augmenta & diuina, vt sic dicam auctaria. Id quod incõparabilẽ illam per omnia reddit. Potiora quippe sunt merita vnigeniti sui propter mirabilem & oẽm virtutem superantem/diuinę & humanæ vnionem. Accedit mater quoquo pacto ad filium/& p̃xima q̃tum fieri potest (salua semp vnigeniti filij dei dignitate & incõparabili merito) imitatione/eundẽ electũ super filios hominum cõsequitur. Et obserua qd' ait. Ecce p̃ his q̃ diximus/& p̃ articulo singularem notionẽ siue nomenclaturã addit. Quæ res ex græca obseruatione non parũ habet momenti. Grande eñ aliqd & diuinũ significat. Pulchra igitur interius vt in quã totis alis superinfunderet ipũs sanctus & vt aiũt toto suo illapsu sese in eã immitteret ipsa diuinitas. Pulchra exterius quã incõparabiliter exornarent cœlestium agmina virtutũ. Legimus pro templo quod vidit sup montem dñi Ezechiel, palmas & cherubim alata fuisse p̃ frequenti pene cõsessu: p̃ multiplici vndiq; ornatu sculpta. Paries & totius ecclesiæ munimẽtũ gloriosa & semp venerãda dñi mater est. Si murus est inquit: faciamus sup eum p̃pugnacula. Ego inquit murus: & vbera mea sicut turris ex quo facta sum corã eo/quasi pacem reperiens. Resonat in eandez laudẽ mater/filio fuit nãq; meliori adhuc sorte/& tabernaculũ & tẽplum & veriores illis (vt p̃ singula mysteria: nedũ in vniuersum: data sit in mysteriũ & exemplar pelles Salomonis) q̃ nigricãtes siue rubricatę tutelã & p̃tectum p̃stant. Et (vt ad priora redeamus) illam singulari rõne & palmæ p̃pter ingentem virtutis & victoriæ gliaz: & cherubim ob singularis & oẽm aliã superiminẽtis scientiæ & luminis/tũ claritatẽ tũ plenitudinẽ: exornabant. Dedere & palmas & quisquidẽ eis perspicuũ erat/sempiterna illa numina pietissimæ matri. In ornamentum etiã ipsi accedunt extimi illi animi: qui & honore & gloria/ipsa etiaz naturali perspicuitate/& gr̃æ lumine/ornatissimi sunt. Donant sua munera diui: & oĩa in ea recognoscunt mr̃e: q̃cũq; per singulos distributa sunt. In vnã illã enixius intendunt. Et obserua/vt cherubim sese respicientia p̃ archa & p̃piciatorio dñi alas extendunt: sese i mutuas alternasue laudes tantę ὡσαβεννομίτορος .i. virginis matris hortãtur illã, se respicientes/respiciũt: alas (in quibus cõtẽplatio est) & oẽm conatũ in eam laudãdã efferendãq; extendunt. Illi velut sup dilectam post tãrũ p̃piciatorium innitũtur. In eadem. p̃ templo Salomonis veluti in liberiori spatio incedũt totis pẽnis volitant/quęcũq; iussa regine promptissimi. Accincti sunt/sublato siue suspenso in diuina diuinę parentis iussa pede. Qd' si administratorij spũs sunt i ministeriũ missi: iussis parebũt matris: ministri eiusdẽ erunt. Ecce tu pulchra es iquit hac gemina/& quã ego exhibeo & quã angelici spũs/illa. s. flãmãtia menia mundi: & possunt in quẽdã veluti ornatũ & decus suę reginę accedentes largiũtur pulchritudine. Possumus & alia ratione interp̃tari. Ecce tu pulchra es amica mea: pulchra nimirũ ante fœlicem illũ conceptum: vt digna esset (qualecũq; illud meritum vel dignitas sit) q̃ cõmercium sine absq; omni cõfusione vnionem dei & hoĩs susciperes/atq; fœlicissime contineres: & mater dñi esse mereris. Incõparabilis tum, (vt quidam ait) oĩbus q̃ sub cœlo sunt virginibus/ipsis etiam angelicis numinibus: quarum ministerio & frequenti tum visione tũ visitatiõe dignabaris. At multo pulcherrima illa exundante & obũbrante suscepta gratia: illo vnigenito dei filio in tuo vtero/& tanta diuinitate suscepta. Vt non iam virgineo decore/esses insignis: sed in eos gradus euecta: vt iure materno p̃xima illius & eiusdem dei esses. Fœlix quidem ante conceptum: at longe post cõceptum fœlicior. Meliori tunc veneratione ab angelicis numinib?/& omni si dicere dignum creatura dignata. Tum maxime genua flexit tuus ille Gabriel: quando verbuz illud breuiatum/suscepto tanto mũdi auctore/expleuisti. Ecce inquiens ancilla domini/fiat mihi secundum verbum tuum. Credibile namq; est omnem cœlestem curiam & angelicos exercitus obuiam gratulabundos/tum tibi aduenisse: tuam ineffabili exultasse lętitia: & cum laudibus & iubilis opus supra omnem admirationem admirabile/fuisse prosequutos: ad pedes tuos illam ferentes diuinitatem q̃ anima sustinet tũc prouolutos nõ sine ingẽti reuerẽtia & honore tũ sibi delatis assurrexeris tu ineffabili humilitate & benignitate tua

antea illi: tum cum te singulari ratione salutauit. O incomparabilis super omnem creatam substantiam: quis digne tua laudum prȩconia cõmemorare poterit? quis Angelorum tunc festiuitatem: admiranda & omnibus seculis predicanda mysteria? illorum simul gaudia? & internos eorũ est & sermones de tanto solis iustitiȩ exortu? tum patuit illud sacramentum a seculis absconditum in deo, qui omnia creauit vt innotesceret principatibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiã quȩ iam tum primum erat in Maria & Ioseph, multiformis sapientia dei. Antea inuespere huius seculi immo perpetua nocte iacentes eramus: tunc redditum est nobis diluculum: pulcherrimo iam exoriente sole iustitiȩ: & illud tam celebre qđ vocant θεωρία hoc est manere quo magna dei benignitate nobis exhibito, poteramus omnes simul iubilãdo cãtare. Repleti sumus mane misericordia tua: exultauimus & delectati sumus. Habet suum mane & absolutum diem sol hic, quæ in mortalibus oculis cernimus: habuit etiamnum suum mane in suo exortu sol iustitiȩ: demũ vt opus salutis expleret secundum successus suos & incrementa, dies hic nobis, spiritualis cõtinẽtur est: & nobis & angelicis animis perpetuo festiuus, (respõdent cm̃ corporalia spiritualib?). Hȩc illa dies quam fecit dominus: exultemus & letemur in ea. Nec mirũ cuiq̃ videri debet: cœlestes aios omnes tũ gratila bundos adueniſſe: & vix supmi ordinis quosuis excluserim. Quãq̃ em̃ illi iugiter assistant (teste Daniele) domino: singularis tm̃ veniẽdi & vt niterentur, ratio hic fuit eorum nimirum cã agebatur. Venerat namq̃ vnigenitus dei filius coequalis & consubstantialis & simul cum patre & spiritu sancto infinitus atq̃ immensus, pacificaturus quæ in cœlo & in terra sunt: & ipse erat caput ecclesiȩ: & cui (teste Apl'o) oĩa seruiunt siue angeli siue archangeli siue principatus siue dn̄ationes siue potestates: ipsa quoq̃ haud dispari ratione cherubĩ & seraphĩ, qui (vt canit Ecclesia) incessabili voce proclamant. Sãctus. Sanctus. Sãctus dn̄s deus exercituũ: qui est (vt Ioannes addet) q erat & qui venturus est. Assistunt dn̄o sup solitũ excelsum eleuato, seraphim alter ad alterũ clamãtia eũdem hymnũ. Sanct?, sanctus, sanct? dn̄s deus sabaoth. Solitũ excelsuz dn̄i & tã incõparabilis thronus, q̃ supueneranda & gloriosa semp virgo Maria mater dn̄i est: q̃ velut arca deifera eleuat in sublime, & tãq̃ maximus dn̄i thronus sup cœlos & cœlestia oĩa numina est. De quo ait ꝓpheta thronus deus in seculũ seculi: iugi ȩternitate. s, filij sui perfruens de quo fortasse canitur mĩa dn̄i snp cœlos exaltata est. Quid mirũ igitur si illi vt filio assistant angelici ciues etiã supmi in mĩsterũ, in obsequium, in perpetuas laudes? & q̃q̃ in ea re mĩstri vtcũq̃ sunt: haud tm̃ simpliciter ministri, sed multo magis tanto assistentes filio & matri. Erat nãq̃ virgo adeo eleuata super oẽm dignitatẽ vt totum esset diuinũ haud humanũ qđ in ea esse cõspiciebatur: & cõstanti fide fuisse intelligebatur. Illã igitur superni animi velut alterã reginam & ineffabili participatu deã & tanti dn̄i parentem reuerẽter suspiciebant: & dignis efferebant laudib?: totasimul resonante curia cœlesti. Quin igitur in eã venerandam aduolasset: haud fortasse tũ relicto illi? diuinę θεωριας & contemplationis fastigio. Erat etiã ingens facinus, diuinæ charitatis efficientia: ob quã causam de spũ sancto conceptus est. Sapientia in eã rem totas immiserat vires suȩ infinitudinis & immẽsitatis. In thronuz cum miȩ tum pietatis non solum dn̄i mater, sed tãta illa Iesu humanitas aia & corpus subleuata erant, id quod Ioãnes in reuelatione aperte dicit sub typo equi candidi. Cur igitur suas diuinas nomenclaturas suatum lumina nõ attulisset, supma cœlestium numinum fastigia, cherubim seraphim & celsę illę diuinitatis sedes, quas thronos vocat Apl'us, & alia id genus sacratissimoz Angeloz nomina. Venere igitur, nec quisq̃ ibit inficias tãtæ congratulaturi intm̃. Possemus hanc geminatã collaudationẽ in exteriorem, ꝓpter corporis & pulchritudinem & puritatẽ incõtaminatũ atq̃ internum aiæ decorem referre. Nesciebat fomitẽ siue legem carnis (quã nũ cupant) illud sacratissimum deiparæ virginis corpus, nesciebat vllã rebellionem: quaz gratia oĩs, vicem originalis iustitiȩ habens, prȩuerat super infuderatq̃: diuinos non soluz in hoies sed in cœlestia etiã numina, illis suis oculis & tota specie sua, afflabat honores. Tanta quippe & tam cœlestis gr̃a, ex illo assidue vultu, manabat: vt eẽt gratia plena: ab oĩbus passim vel a temeratoribus ipsis incõparabilis & super oẽs sancta & admirabilis indicaretur. Repleuerat nãq̃ eam interne, sol iustitiȩ: illam, magnitudine quadam gr̃æ, q̃ proxima esset gloriæ illustrauerat. vt non posset tali & tanto lumine ipsum externe corpus non affici. Rapiebat ad se vis interior, exteriorem: & sui consimilem pene reddebat: eãdemq̃ incorrupta, incorruptam faciebat: vt posset imitatione filij tum dicere. Non dabis sanctam tuam, videre corruptionem. Dignatus est ipse dominam eam, ea laudis sublimitate, vt purissimos eius sanguines in suum formandum sumeret corpus. Quãtum igitur decoris pulchritudinis & venustatis, illi carni purissimę affuisse tum creditum est. Siquidem vnigeniti dei filij assumpta caro, ex ea formata sit. Omnium igitur etiam ipsius Eue excessit nec iniuria innocentia & candore, puritatem. De interna

aníme pulchritudine taceo. Quippe que vas ſin/gulare erat domini/ continens manna puriſſimū: aurum quidē mūdū,in vſus ſempiterni regis pre/paratu: arca interius exteriuſq deaurata. Altare incenſi, In ambitu: vt litent dño ſtant Angeloru ordines: duplici corona inſignes:in tam celebre θυσιαστηριον qđ nulli aſcēſus ſunt. Nemo enim in eius pōt accedere dignitatem: que oēs longe ſupe rat. Nihil denicq eſt puritatis/nihil decoris/ nihil pulchritudinis: qđ totum in tanta & tali virgine nō reſplendeat. At vt antea diſſeruimus illā pcipue laudat verbū dei, a pulchritudine illa pcipue interna & mira penetrabili: quā ipſe ſuo admiran/do cōceptu infudit: quātam prius nō habuit vni/uerſus orbis: & ab externa/quā admouent ſua aut illuſtratione aut obſequio/diuini ſpūs. Quæ mu nera aut pulchritudine: ſi ad diuinam cōparētur/ externe tm̄ ſunt: tm̄ dñs illabitur: illi haud q̄q̄ illa buntur. Non agunt in eū ſecretiorē modū/ exte/rius illi animi. Quæ explanatio magis prioribus reſpondet. Aſſimilauerat eā ſibi dñs: & ſuis illumi nandi functionib⁹ & munerib⁹ etiā illuſtrauerant Angeli: quos etiā participes tante ſuæ efficientiæ eſſe volunt: vt aliarū id genus ſacratiſſimarū tele/tarum/& ſecretionū illuminationū: de quib⁹ ātea quoq dixim⁹. Gratia dñi Ieſu/cui cum patre & ſpū. ſ. omnis honor & gloria. Amen.

Libri Primi. Homilia. xiiij.

O Culi tui colūbarū. Columba mitiſſi ma/nuncia pacis/diluuij tpe fuit. Colūbe ſpecie ſpūs ſanctus ſup dñi caput reſedit. In ſanctos aliquos ſimilitudine eade/ſed nō in pa rem reſidētiam (hoc nāq vnigeniti peculiare mu nus) aduolans,diuinū ſignificabat ſpm̄. Lege. ſ. amphilochiū in vita Baſilij Magni. Diuinor imo dei ipſius ſignificatrix colūba, & colūbæ pa/ter/filius/& ſpūs ſanctus (vt alio loco diximus) ſunt. Illæ quidem colūbe/q̄ pro feneſtris eterni/tatis,hanc vnā virginem vniuerſam eccleſiā & ſin gulas quaſq aias aſpiciunt. His colūbis/ oculi cō parantur ſponſæ/ & matris: q̄ ſe ſanctiſſimā pfert & oi veneratione digniſſimā. & typū eccleſiæ & ſanctarum aiarum veluti oim regina & anteſigna na gerit. Oēs igitur in eius perſona (niſi ſingula/ria q̄dam eius ſint) intelligamus. Id qđ in ſingulis intellectū ſit explanatiōibus. At qui ſunt oculi tui o dilecta mea (inquit) qui ſunt oculi illi/niſi qui ca paces diuinitatis ſunt: & poſſunt immortalibus & immēſitate oia ſuperantibus columbis conferri. Vt quemadmodū ſe cōtinentur ille: & benignio/re aſpectu gratulabunde/amant/complectuntur: tu quoq illa videas/ſed interno oculo/ admirāda ſpectacula: non mundi quidem,ſed æternitatis/ infinitudinem illam. ſ. & immēſitatem/altitudine oia penetrantem/amplitudinem, q̄ vniuerſa q̄q̄ infinita ambiat/& illud ſecretiſſimū profundum/ cuius nullus finis eſt: nullū fundū. Abyſſus quip/pe diuitiarum eſt. Propter quod dicebat quidam. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientie dei/q̄q̄ incomprehenſibilia iudicia eius: & inueſtigabiles vie eius. Sūt columbæ q̄ lacte ſunt lote: & reſidēt iuxta fluenta pleniſſima. Quas angelicos mons/ ipſas quoq cœleſtes aias/iuxta fluenta gratiæ re/ſidentes poſſumus intelligere: quibus conferatur regina cœloru/& mūdi ſingularis domina. Om/nium quippe habuit & meditata & cœleſtes con/templationes pulchritudinem quoq & candorē. Nec lota illo Ieſu precioſiſſimo lacte: ſed pre/uenta omni tali lauachro. Vt nō poſſet vlla labes aut ma cula in ea quicq vendicare: vt pote ab exortu ei⁹ ſacratiſſimi conceptus diuina ſuperinfuſa gratia: nulla in ea relicta abſtergenda macula. Qui enim fieri poteſt vt ſuperbenedicta & diuinis ditata lu/minibus/collis obuolueretur peccati tenebris: aut deo pxima/ſeceſſione ab eodem domino & deo ſuo vllas pateretur? Aut quomodo diuinas per/peſſi diſſimilitudines? quæ ſacratiſſimis erat ſin/gulariter inſignita illuſtrationibus: ſanctis etiam ſi militudinibus? vt nulla re labefactata/aut vlla fœ/data macula illa eius imago eſſet: ſed puram in ſe continuiſſet dei imaginem & ſimilitudinē. Quam tantam ſimilitudinem/ in participatu cœleſtium & diuinarū cū virtutum tū rationu intelligunt. Illis igitur cōfertur colūbis/iuxta fluenta pleniſ/ſima cōfidentibus/merita oim & virtutes conti/nēs nequaq tm̄ lacte (vt dixim⁹) lota: niſi de mo/re angelico intelligas Seceſſit nāq in eam ſpiritus ſanctus: proinde cōfirmāte vt angeli: ſiue coope rante quam nuncupāt ab eodem illuſtrata gratia. Vt qđ perfectum in oibus eſſet: id iure quodā pe/culiari ſibi vendicarent: nulli labi aut inurenti ma cule obnoxia. Habent angelici animi matutinum & verſpertinum cōtemplatum/ſiue talem quā vo cant conſiderationē. Habet etiam in cœleſti aula paradiſi/tales virgo ſanctiſſima conſiderationes/ oib⁹ ſuperius aīs ſublimiores ipſa etiā ſublimior. Set q̄q̄ diu hic agebat inter mortales/mortalis non erat talīū prſus expers/ſuperiorib⁹ vt antea dixi/ mus donata luminibus. Quibus veluti in verbo mirabili poſſet matutinas cōſideratiōes quoquo modo cōſequi: & huiuſcemodi fieri imitatrix cœ/leſtiū participaminū: q̄ ſummo illo adhuc morta/lis/perfruebatur olympo: de more vltra mūdano alteri⁹ odis canens: nunc in ſublimia eleuata: nūc in infima q̄cūq deſcēdens oia vero in diuinas & tanti vnigeniti filij ſui laudes & preconia referēs:

tota mente, toto ipso fœcūdata aīo, & qualicunq; in lumine illo, visione atq; diuina etiam perfruitione, & tanto amoris incēdio vera & singulari ratione verbigenā, q̄ tum in vtero tum in mēte deū conceperat. Lęta his gēmis oculis: et cœlestes apices cōtuebatur: & eisdem abunde perfruebaꝰ. Frequenter laudātur in epithalamio sponsæ oculi: & colūbę oculis conferuntur. De quibus alio loco & diximus. Si velis cōsicere horū in virgine oculorū pulchritudinem: videbis sane internorū in exterius effigiatam vtcūq; & cōpressam imaginem. Tales nāq; & tanti hi fuere oculi: vt mererētur regem vniuersę terræ. Frequentius idq; accurrente & fide & diuina in interius sapientia contueri. Toti illis admirabilibus Iesu oculis, Hi oculi intenti erāt toti illis infixi & inherentes: qui cœlū & quæ cūq; cōdita, præcipue in regiaꝫ dñi delectos, hoc est electorū numerum benignius aspicere poterāt. Vtriusq; & dñi Iesu & eius matris oculi, columbę erant oculi, amabiles plurimū: & diuinum efflantes amorem. Illis sese simul ingēti amore & incredibili benignitate, & oēs aspiciebant: in diuinum amorem fomenta p̄stabant: & in omnē erga omnes electos p̄cipue & efficaciter, cōmiserationem & pietatē, officia. Pleroq; crebuit: vt tales tamq; clementes oculos susciperent. Ait nāq; dñs, Tabita cumi hoc est vt nōnulli interpretantur, aspice, surge. Vult oēs talibus ipse seruator oculis donare. quos vt suscipiant, aspiciantq; hortatur. Nec huius pulcherrimi muneris & tātę pietatis expers erit sanctissima & beatissima virgo. Oībus incumbit: oībus insistit siue angelorū legatione siue peroratione aut ipsa sui fœlici exhibitione: qno assurgēt in diuinos fulgores & tales amoris radios suscipiendos. Quæ p̄ plateis exaltat vocem suam. Vsq; quo paruuli diligitis infantiā (inquit) & stulti ea q̄ sibi sunt noxia, Sꝫ de his hactenꝰ. Digredimur plerūq; nacta ex occurrētibus occasiōe. Nec enim opus adeo p̄cisum aut absolutum molimur: vt velimꝰ hoc passim legenda: nobis tantū & nostris vt quidā ait de rebus vtcūq; diuinis submurmurantes. Qui cuꝫ sumus vt rem perfectā aut absolutā scriptione polliceri possimus? sit igit venia ausis. Quæ de dño cōfisi tm̄ sumus aggressi. Annuat ille, & faueat cœptis: impleat nos illo spiritu, illo igne: quo sua p̄les, abstulit antiquam faciens noua secula noctem. Cuius est honor & imperiū per infinita secula. Amen.

Libri Primi. Homilia. xv.

ECce tu pulcher es dilecte mi & decorus. Respōdet veluti in dramate, alternū sponsa sponso. Pulchre dixit illustris Poeta, canamus alternū: amāt alterna camęnę. Naturali quippe lumine aut gratia gratis data etiā vtebātur, vt plerūq; pene diuina dicerēt. Canit alternū sponsa. Refert oēm suam pulchritudinem in sponsum & dilectum suum. Ecce (inqt) o amantissime virorū, tu pulcher es, pulcherrimū est verbū: de cuius pulchritudine habet mater: habet ecclesia: & quæcunq; electę animę: vt pulchrę sint. Viderat sponsa, in penetralia eius & cellā admissa, eiusdem dñi & dei sui pulchritudinem & incōparabilem venustatem. Pulchritudinis & aliorum, id genus, amplissima susceperat munera, monil & armillas, & de plenitudine eius abunde erāt vniuersi præcipue eius pulcherrima mater: vnde & oēs. Illa munera ipsa ab eodem (ex quo oīs pulchritudo) eadē recognoscit. Est em̄ verbū vnigenitusq; dei filius paternæ pulchritudinis & tanti splendoris p̄xima & coęterna imago, coessentialis, cōsubstantialisq;, oīs verioris pulchritudinis exēplar. Archetypon nāq; paternarum diuitiarū & innumerabilis illius thesauri vnicum prōptuarium est. Ex quo, in quo & per quem, oīa condita sunt: oīs exoritur bonitas, pulchritudo & sapientia, & quicquid bonū & perfectū est. Illa vnigenita sapientia & tāta pulchritudine, perfecti sunt cœli & oīs ornatus eorū. Vidit deus, ingenitus ille pater, quę cūq; in principio: hoc est in verbo (vt beatissimꝰ Hylarius explicat) p̄fecerat: & erant valde bona. Si bona & pulchra. Illa nempe sibi p̄xima sunt: vt ex alio loco scripturæ cōiicias. Produxit (inquit) dñs deus de humo omne lignū pulchrū visum: & ad vescendum suaue. Suauitas q̄ & bonitas, pulchritudini nectitur. Sunt em̄ rationes oēs & pulchritudinis & suauitatis & bonitatis cōnexe. Quarum simul facit participes dñs suas prorsusq; captu & p̄put ipse dignatur, creaturas. Inde igitur oīs pulchritudo. Nec illa per oīa admirabilis & immēsa pulchritudo solū collaudata est: sed pulchritudinis sibi adiecit indumētum. Pulchritudo (inquit) & decor indumētum eius: byssus & purpura vestis illius. Si indumētum dñi, suam humanitatem accipimus, nihil illa pulchriꝰ est: nihil em̄ decore & gloria magis illustro. Propterea in p̄s. vij̄. in eius laudē dicitur. Gloria & honore coronasti eum: & cōstituisti super opa manuum tuarum. Qui amictus est lumine, sicut vestimēto: siue claritatem illius humanitatis, siue patris aut ęterni tatis in qua ęternū est, accipias. Possemꝰ hęc oīa, in eccl̄iaꝫ & sanctorum aīas explicare. q̄ pro indumento & pulcherrimo & clarissimo dñi sunt. Sed ista per digressionē: & tm̄ ex occasione dicta sint. Pulcherrimum nēpe verbum. Quippe qui essentialis est pulchritudo q̄ oīs pulchritudinis: (vt Dionysius ait). Ab illa habet amantissima domini mater siue illius imitatione q̄cūq; sponsa & di-

lecta vt pulchra sit: illud latentius prędicat: & reuerenter recognoscit. Ecce tu pulcher es (inquit) & decorus. In.xliij. Psalm. prędicatur, Speciosus forma p̄ filijs hominum: & diffusam esse gratiā in labijs suis. Quę sunt eius, a patre laudes. in qua filij pulchritudine mirum in modum sibi complacet. Hic est (inquit) filius meus dilectus: in quo mihi complacui: ipsum audite. Videamus si vlla a matre & tanta deipara possit illi inesse pulchritudo. Pulchra est sponsa, a pulchritudine verbi: ab illius decore, omni virtutum charismatum & gratiarum vbertate prędita. Tale quippe dec⁹ ex omnibus ijs constare potest. Septemplici namq; spiritu, dominus erat insignis: & requieuit (inqt scriptura) alijs connumeratis super eū spiritus timoris domini. Vt columba in eius sanctissimo lauacro resedit super eū: quod de nullo alio fas est credere. His & talibus innumeris illustris ipse illustrē super omnes suam reddiderat parentem: & per illam alias: quas eius typo & analogia intellectas, p cuiusq; gradu volumus. De huiuscemodi fonte & pulcherrima emanatione, vnigenito suo: & p, inde sibi, congratulabatur virgo & mater. Collaudauerat ipse etiā filius, eam quaz in matre fecerat, pulchritudinem. Videamus si eam quam vtcūq; dedit pulchritudinem filio, possit collaudare mater: vt alternās, & pari quadam ratione sibi respondens, sit filij & matris cantilena. In sequentib⁹ legitur. Venite filię Hierusalem, & videte regem Salomonem in diademate suo: quo coronauit eum mater sua: in die desponsatiōis illi⁹ & in die letitiæ cordis eius. Viden vt coronat filium mī nec alio magis, coronabit, q̄ purissima & pulcherrima humanite, aut candidissima carne: ex purioribus sanguinibus matris in eiusdem sanctissimo vtero concepta. Hanc in candidam pulcherrimamq; & super omnes electam, contulit in munus, filio, mater. Illa, eum coronauit, in die desponsationis illius: & in die letitię cordis eius. Hanc pulchritudinem & insignem decorē in filio laudat: vt laudes, laudibus referat. Me pulchram (inquit) fecisti, Ego tibi in pulchritudinem & tantum decorem, id quod dederas exhibui. Non fui ingrata creatura, o fili. Non fuissem donare ausa: nisi efflagitasses. Non abnui, in tantam salutem postulatis. Me in ancillam, in filiam quoq;: demum in obsequentissimam matrem exhibēs, Munera nostra, illi qui bonorum nostrorum haud egebat, largita. Opificium suum, opifex, & filium parentes, mirum est, vt collaudari volunt: & collaudant ipsi. Non ausim ego haud dubie in diuinitatis cōscendere apices. Stupet anima in ea contuenda, aut vtcunq; suspicienda diuinitate: nec illam possum eloqui: quam comprehendere non valeo. ἀνεκφώνητον. i. Incloquibilis est: supra omnem intelligentiam & mentem eminentius si Dionysio. S. patri credimus, atq; infinitum collocata. De qua (inquit) p pheta. Generationem (de ęterna intelligens) eius qui enarrabit. Mea tantū, laudatio de filio meo ē. Hanc ego, quam vtcunq; mater dei pulchritudinem commemoro. Illum veneror decorem. Nec enim mea pulchritudo, non meus decor, tantus est: q̄q̄ sim mater: vt possim ad illam accedere: vt illi quę diuinitati mire coniuncta est, in eādem personam suscepta, meā possim ęquare. Homo quippe, deus: & verbum, caro factum: & habitauit in nobis. Ego tametsi mater domin, itantum creatura sum: haud vlla ratione creatrix. Tu meam soluz pulchritudinem q̄q̄ ingeminās, collaudasti. Ego tuam corporis pulchritudinem & ingentem, propter diuinitatis accessum decorē, collaudo, veneror, adoro. Et obserua, quod in his quos sponsa & mater dicit, laudibus, decor filij celebratur: in laudem sponsæ, tantum a filio collaudata pulchritudine. Id quod fortasse ob eam causam factū est, quo maior sit filij collaudatio: propter eum, quez a diuinitatis complexu suscepit, decorem. In cuius laudes illud etiam in Prouerbijs dicitur. Decor & pulchritudo indumentum eius: & Dominus regnauit decorem indutus est: indut⁹ est fortitudinem & præcinxit se. Quod hoc loco fortasse, propter differentiam aliquam obseruandaz est: tametsi decor nonnunq; ipsi etiam matri ascribitur: ea fortasse causa, quod in matrem domini suscepta sit. Illud namq; περίσσον quod de eorum interpretātur plus aliquid energię apud eruditos habet. In cuius laudes dicitur. Pulchra es & decora, sicut Hierusalem. Decus, omne genus ornamenti & pulchritudinis complectitur & propterea subdit egregia virgo, hoc tu prędipuo decore es insignis o fili. Plura sunt in tuas laudes q̄q̄ in meas suscipienda. Accinctus namq; illa mirabili potentia, es: quæ diuina, infinita & immensa est: Fortitudinē (ait) indutus est: & præcinxit se. Et apertius alio loco. Accingere gladio tuo, super fœmur tuum potentissime. Non nobis istud concessum fili: vt eam possimus participare omnipotentiam. Tuum hoc vt cunctipotens sis: & omne imperium & potestas super humerum tuum. Nempe regnum tuum, regnum æternum est, & potestas quæ nō auferetur: Vt in nomine tuo omne genu flectatur: cœlestium, terrestrium, & infernorum. Possumus pulchritudinem, in laudes humanitatis, & decorē: in diuinitatis diuinā venerationē, suscepta intelligere. Siue alterz in corpus alterū in aiam dñi Iesu, quorum diuersæ etiā magno mysterio, in ppiciatorio mēsurę sunt, explanare. Lege Origenē in explanatiōe Apli in Epla

ad Romanos. Basilius magnus in explanatione cuiusdam Psal. vt pulchrum & decorū differunt annotat. Tales sunt matris collaudationes: tales κατὰ ἀναλογίαν ecclesiæ & cuiuscūq; sponsę dñi aīæ: q̄ & templum dñi: & domus verbi & spūs sancti & verbigena (si Ioanni gerson credimus) est. Obserua vt mirum sibi vendicat locum, pręcipue in diuinis scripturis analogia: siue secundū ꝓportionem haud inepta, cōparatio. Cōueniunt quippe huiuscemodi dramata illis oībus, sed ꝓ cuiusq; sorte & natura, vt pleraq; alia in lege prophetis & psalmis, ipsi igitur dilecto & dilectę parenti, oīs ꝓ cuiusq; ratione veneratio. Amen.

Libri Primi. Homilia. xvj.

LEctulus noster floridus: & tigna domoꝝ nostrarum cedrina: laquearia cypressina. Eruditi lectulū in corpus interpręt antur. Constat oē humanum genus ex aīa & corpore. Habet eccl'ia, q̄ & corpus mysticum est, auctore Apl'o, suum κατὰ analogiam corpus. Oēs inquit Apl's vnum corpus sumus. Et plerūq; hoc vtitur genere loquendi. Corpus, nonnūq; essentia siue substātia dr: vt in eo loco Apl'i. In quo habitauit, loquens de Christo, oīs pleuitudo diuinitatis corporaliter. Habet etiā suum corpus dñs noster Iesus xps: hoc est suā pręciosissimā carnē. Ipsa quoq; virgo & mater dñi suum immaculatū & oī puritate illustre corpus: in quo reclinare & nouez menses agere dignatus est dñs. Propterea, vt ipsa eadē de spū sancto fœcundata dixit, Magnificat aīa mea dñm: & exultauit spūs meus in deo saluatori meo. Quia respexit humilitatē ancillę suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent oēs generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est: & sanctuz nomen eius. Diuinas virtutes quibus a filio donata erat p̄dicans, humilitatem, magnificētiam, exultationem, & alia ingentia animi munera: haud aliter nunc quoq; eodem rapta spū: eodē plena deo ait. Lectulus noster floridus. Hoc nimirū corpus abs te immaculatū: perfectū absolutū & inefabili puritate & gratia p̄uentū in quo ab exortu meus recubuit spūs: pari tuo munere immaculatus: tua quoq; admiranda diuinitas humanitasq; corporaliter recubuere, non reuerita hęc sacrosancta viscera. Hic lectulus noster floridus est, redolēs omni rosarium purpurearum albicantiumve & candentium liliorum & omnis generis violarum margaritarumve fragrantia, mira exornatus specie decore & incredibili pulchritudine. Sunt quippe in eo viuidę virtutes qualescūq; in eo esse possunt, non vnius, sed multiplicis generis, & omnigenę formę. Solent lectulos suos puerperæ pulcherrimis circūuallare floribus. Ego puerpera & q̄ tantum & talem virgo permanens concœpi, floribus incomparabiliter redolentibus lectulum nostrum adornaui: vt iugē p̄pararem filio meo & tanto spō so mansionem. Est domus, est aula, sunt secretiora triclinia, cella etiam vinaria vbi vinum lętificās cor hominis sanctis animabus & singulariter diuinæ sponsę exhibetur. Quæ omnia profectuū multiplices habent differentias. Est pro ampliore profectu lectulus floridus, qui nunc ab sponsa & regina cōmemoratur. Hunc incredibili sua gratia & charismatum vberioribus donis florētem & mire fragrantem atq; idoneum in omnia diuina & admiranda, qua fas est, reddit sponsus, idemq; filiꝰ: non parum coagente, & meritorum singulari efficatia, cooperante in ea cœlestia ornamenta, sponsa. Propterea simpliciter floridū dicit: in quo magis (vt ad proxima referatur) operā ipsius sponsi recognoscit: qui pulcher & decorus incōparabiliter est. Si talis igitur & tantus est: decet illum, lectulus floridissimus, eius decorem & pulchritudinem etiam referēs. Fecerat etiam, qui suapte entelechia & essentia formosus erat: suam etiā formosam sponsam: omni tali agendi & diuina operandi efficatia ab eo principaliter manante. Quid, ni igitur & floridum vtriusq; lectulum fecerit? & de suis immortalibus cū rationibus tum virtutibus insignem, & per omnia mirabilem: & talem tantumq; in quo rex Angelorum morari haud indignaretur: in diuinæ suæ matris eiusdemq; sponsæ castissimos veniens amplexus & vberiores amores, inenarrabili inde in sponsam ecclesiam effluēte gratia. Totum hoc cœleste munus, in gratiam & laudem sponsi, ipsa sponsa referente: quæ lectulum, domini corpus pari quadam ratione et ecclesiori sorte, floridum intelligeret. Vt quę florē campi haberet, & lilium conuallium haberet illud etiam euangelicum lilium: hoc est vnigenitum dei filium, quem pater vestit cœlestis: & tota Trinitas insigni humanitate decorauit. Non talis Salomō in oī gloria sua. Namq; teste dño, pluſq; Salomō hic: qui ętternus in sinu patris ętterno, manens exinaniuit semetipsum, formam serui accipiēs. Quo insignem redderet & incomparabilibus floribus donaret nostram hanc humanitatem: suam præcipue immaculataz sponsam ecclesiam. In qua & in quacunq; cœlesti anima velut in tali lectulo floridissimo placide admodum recumbit: nec mirum si Christum dominum lilio comparemus quando sacer Ambrosius, sanctos Angelos floribus euangelicis conferat. Et obserua vt ipse q̄ flos p̄cipue est: suo ipsius flore floridissimuz reddat lectulum. Et lectulum vocat spōsa, suum sacratissimum vterum, ꝓpter eius incomparabilem humilitatem. vt

iam tum redundantia sit virtutum animæ in corpus: quo olim (vt ita eruditis placet) erit in corpus glorioſæ animę influxus. Et q̄q̄ magnum & prope immensum sit, quod in ea esse creditur: tamen illius comparatione, qui vere immēsus est & rex sęculorum immortalis & inuisibilis, diminuta quadam ratione lectulum nuncupat. Et si de corpore domini intelligas, etiam propter mirabilem illam exinanitionem suam, lectulus est. Id quod aperte in. viij. Pš. monstratum est, iuxta. lxx. interpretationem. Minuisti eum (inquit) paulominus ab angelis: gloria & honore coronasti eum. Vidē vt minutus ab angelis est dominus noster Iesus xp̄s: id quod ſm humanitatem intelligendum est, & proinde lectulus est quod secundum aliam interpretationem euadit etiam manifestum. Minuisti eum (inquit) ab heloim. i. a deo: vt sacer interpretatur Hieronymus. Vt cumq̄ est minutus ille est, siue ab Angelis siue a Deo & proinde lectul⁹. Nec miteris si secūdum aliam interpretationem, pientissimam, reginę cœlorum, animaz, siue domini saluatoris aut aliam quācumq̄: lectulum interpretamur: cum sancti istud de corpore domini explicent siue de huiusce virginalis aut dominicę humanitatis materia. Vtraq̄ nāq̄ mire sanctificata erat. & propterea floridissima. Diximus em̄ in superioribus (id quod verum est) aīam nostrā in cœlestium susceptione, vicem in suscipiendo, molis aut materiæ prę̄stare. Habetq̄ vnaquęq̄ ingēs desiderium: vt deo committatur iūgaturq̄, illi lectuli vicem prę̄stet & tanti reclinatorij. Pulcherrime totum hoc in dñi Iesu anima, ꝓpter hypostaticam vnionem, successit: tota ob eam causam, illustrata animarum vniuersitate. Vt quemadmoduz dñs Iesus xp̄s deus & homo, vnigenitus dei fil⁹ esset: haud quidē adoptione filius: cęteri eius causa consequerentur: vt filij essent, & ipsę quoq̄ animæ p̄cipuæ filiæ. In quas cœlestes animas & in suam ecclesiam declinaret, veluti in lectulum florī dissimū deus. Id quod de venerandæ reginę aīa proxima ratione, post vnigeniti dei filij animā, & peculiarius q̄tuz ad litteram attinet intelligendū est, Quæ gloria & honore coronata est: & constituta super opera manuum domini: omnibus etiā post filium (ille nāq̄ semper excipiendus est) sub iectis sub pedib⁹ eius. Ipsa namq̄ sacratissima virgo ad dexteram considet filij: tanto cęteris etiam angelis altior effecta: quanto præ illis de more filij differentius nomen hereditauit. Cui em̄ aliquā do angelorum: tantum contulit munus, vt quem piā illorz in parētē susciperet taliue nomine nūcuparet. Hoc tm̄ sacratissimæ virgis peculiare munus, semen inquit Apl's Habrahæ apꝑhendit: Angelos non apprehēdit. Possum⁹ & alia ratiōe interp̄tari lectulū illū communem (nostrum em̄ dicit) crucem dñi nostri Iesu christi, esse. In illa mirifice dñs in redēptionis hūanæ cœleste mun⁹ conquieuit. Requeuit etiā dña cōparticeps (iuxta Apostoli hortamenta, q̄ prę̄nouerat) tribulationum effecta. vt in cōmunes etiam cōsolationes & gaudia, reciperetur: & secundum magnitudinem tribulationum diuinę etiam consolationes lętificarent. (secundum quod canitur) aīam eius. Roseus candidus & floridus, fuit hic lectulus, roseo sanguine domini Iesu purpureus. pulchre firmianus de cruce. Hæc monimenta tibi, si quando in mente suuabit voluere. Erunt vere stimuli virtutis, eruntq̄ hostis in insidias Clypei, quibus acer in omni, tutus eris, victorq̄ feres certamine palmā, addit. vitęq̄ beatę spe duras inter pœnas terrore fouebunt cœlesti pactiq̄ boni dulcedine pascent. Lege. xxvij. c. lib. iiij, di. insti. iusdem Firmiani de potentia crucis. Candidus propter candorem humanitatis dñicę in eo suffixam. Demū omni virtutum & gratiarū genere illustris. Siquidem dñs omnis virt⁹, oīs gratia & cœlestia per omnia, charismata est. Quid em̄ aliud ex vetustissimoruz testimonio dñs Iesus est: nisi iustitia, mia, pietas, veritas, oīs virtus, oīs denięq̄ gratia & bonitas: & quicquid diuinum cœleste & vltramūdanum dici potest? Talibus sertis & candētibus liliꝭ crux domini exornata est: & tam fœlici vsq̄ adeo vberate: vt abunde de tantis virtutibus possent suscipere oēs sanctorum animæ. Pulchre istud in quadā cœlesti ode, cōmemorante Cypriano. Inde imortalitas, inde fœlicitas, quies oīs & alia id genus: veluti ab arbore optima & fœcunda manant pulcherrimi flores: a tali fonte tales prodeunt salutis riuuli. Ipso IESV domino omnia efficiēte, cui est omnis honor & gloria,

Libri Primi. Homilia. xvij.

Igna domorum nostrarum cedrina: laq̄aria cypressina. Tigna in maiores trabes supputantur: laquearia in minores domus contignationes. Domos recensęt pia & supersancta mater dñi ꝓ egregia & incōparabili magnificentia' quarum tigna cedrina sunt, & laquearia cypressina: dom⁹ eccl'ia dei viui est iuxta Apl'm ędificata sup petrā q̄ est Xp̄s: vnū firmissimū fundamētū Apl'orum & Prophetarū. qd' Ioānes ī Apocalypsi in ea cœlestis Hierusalem de cœlo descendentis, admirabili visione, confirmat. Hæc in veterem & recentiorē distributa est: q̄ vno lapide angulari, iunctę sunt, dissoluto pariete medio factę vnū. Destruxit em̄ ille lapis, qui factus est in caput anguli, inimicitias, in corpe suo. Possum⁹ has domos in cœle-

ſtem quæ & mater noſtra: & citimam quæ adhuc militat eccleſias comparare. In vtraq; ſecundum primam & ſecundam interpretationem, maiores & minores ſunt: iuxta eam quam facit dñs in euã, gelio manſionum commemorationem. In domo patris mei (inquit) manſiones multæ ſunt. & in arca Noe iſto eode ſacramento manſiunculę erãt & triſtega & multę cum ſuperiores tum medię, & infimę portiões, vno omnes cubito, hoc eſt vno domino IESV chriſto, & vna eius fide concluſę, nec enim aliter ſalus eſt: q̃ in fide mediatoris dei & hominum. Pleręq; & in tẽplo & in tabernaculo etiam partes quas indifferẽtes domos ſiue τας ὁι κείας enumerare poſſum⁹. Hęc omnia iuxta Apoſtolum in figura illis contingebant, & erant meliorum ſacramenta q̃q̃ plurimum obteſta. In omnibus antea cõnumeratis & maiores & minores: nec eñ in tam diuerſis manſionibus per oĩa ęquales eſſe poſſunt. Sunt maiores veluti columnę in eccleſia dei, exaltati velut cedrus in libano: & pertingentes ad maiores & alioquin ĩ penetrabilioꝛes theorias: & ꝓfunda celſę diuinitatis quo poſſint alios illuminare arcana. Tales olim erãt Abrahã, Dauid, & Moſes, & reliquum ſanctiſſimorum Patriarcharum, typum dñi gerentium & Prophetarum, agmen. In recentiore vero gratię lege pro patribus illis filij quoq; ſanctiſſimi ſuccreuerunt Apoſtoli & in eoꝝ locum ſuffecti ſanctiſſimi Epiſcopi, Preſbyteri quoq; & totius eccleſiaſtici ordinis patres: Martyres, Virgines: quarum nõ inferior gradus eſt, & reliqua principalium aĩorum turba, & ipſe (ait Apoſtolus ad Epheſios) dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam aũt Prophetas, alios aũt Paſtores, & Doctores ad cõſummationem ſanctorum in opus miniſterij in ędificationẽ corporis Xp̃i. At in vltra mundana Hieruſalem, quid non cedros exaltatas cõtuebimur, eos oĩs qui in meliores venere profectus, in ſummos conſcendere gradus, quibus purgandi, illuminandi & ꝓficiendi primaria ſeu principalis poteſtas ineſt. Abſqua plurimam perfectionem ſuſcipiant idq; rẽuerentiſſime inferiores animi. Tali cedro eleuatę cõparatus eſt Lucifer, qui mane oriebatur: & perinde reliqui oẽs cœleſtes animi. Et q non poſſunt in altiſſimos eos gradus pertingere: inferiores ſunt nacti & pro domo dñi in laquearia & minores contignationes habẽtur. Cypreſſina tñ eadem laquearia ſunt, mirum efflantia odorem, cum bonę famæ tum vitæ ſanctioris. Vt dicere poſſint cum Apoſtolo. Chriſti bonus odor ſumus: alijs vitę, in vitam: alijs mortis in mortẽ. Sum⁹ pulcherrima virtute gratia & ſanctis chariſmatibus incorrupti oẽs: in diuinam immorralitatem, incorruptionẽ diuiniore cõſcenſuri inceſſu. Iſtud noſtra cypreſſo, cui conferimur, etiam ſignificãte, Enumerat Apl̃us in epl̃a ad Hebręos minores & maiores profectus. Sed acceſſiſtis (inquit) ad mõtem dei viuentis & ciuitatem ſanctam Hieruſalem cœleſtem: & multorum milium Angelorum frequentiam: & eccleſiam primitiuorum qui conſcripti ſunt in cœlis. Viden pulcherrimũ ordinem: & vt a minoribus ad maximos vſq; profectus belliſſima ſerie conſcendit. Id quod annotauit in quodam loco Adamantius. Ex his minoribus maioribuſq; pulcherrimus vtriuſq; eccleſię ordo conſurgit & inenarrabilis ſapientię diſpoſitio. Hanc ſapientia ſibi omnibuſq; domũ ędificat: excelſis columnis ſeptem & diſpoſita, mixto deſuper poſito vino menſa. Colũnę ſeptem a ſapiẽtia inciſę, vniuerſitatem oĩm graduum tametſi differentium, ſignificant. Nexus etiam, ſeptenarius numerus eſt: quod inuicem hi gradus inter ſe connexi ſunt & eccleſię ſimul etiam connexę. Id qđ nimirum vinum mixtum ſignificare põt. Nam vt calix in manu domini eſt, vini meri plenus mixto. Viden vt in matre domini & maiores & minores contineãtur: q̃ de ſe inclamans dicit. Ego quaſi cedrus exaltata ſum in libano, & quaſi cypreſſus in mõte ſyõ Decebat nãq; vt eadem domini mater & virgo, omnes tametſi differentes contineret: q̃ omnium regina & mater erat: omnium nutrix & alma gubernatrix. Ipſius namq; & filij hę dom⁹ pulchrę, ſibi nexę erant. Domus etiam vtriuſq; Bethleem eſt: in qua natus eſt dominus. Hoc etiam ſignificãte vocabulo: domus quippe panis interpretatur: vtrobiq; nobis cœleſtis quem diuinus offert Melchiſedech panis ꝓfertur. Sed vt propria quadam ratione hęc in domini dilectam & parentem referamus. Quę nam eſt alia domus panis: niſi illa incomparabilis virgo: q̃ panem cœleſtẽ, panem ſup ſubſtantialem, in ſuo ſuperuenerandovtero concluſit? Hæc eſt vna domus admirabilis, de qua dictum eſt. Pſalmo. xxiij. Quis aſcendet in montem domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius? ſubnexit. Innocẽs manibus & mundo corde. Sed quis ille innocẽs, niſi dominus noſter Ieſus chriſtus? ſiquidem nemo alius eſt qui faciat bonum: nõ eſt vſq; ad vnum. vide ſanctiſſ. Cyprianuꝫ in libro de Sion & Sina montibus. Et iterum interrogans ꝓpheta. Pſal. xiiij. ait. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Reſpondet dominus. Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. Sine macula vni genitus dei filius. Nam omnes ab Adam eo excepto & conſequenter eius puriſſima matre, peccauerunt: & egent gratia dei. Sanctus Cyprianus illud tabernaculum crucem interpretatur in Sion & Sina ſi eius eſt. Lactanti⁹ lib. iiij. ait dominũ cru-

cē ideo elegisse,quia eum illa exaltari fuit necesse, & oībus gentibus passionem innotescere,& ideo electa crux q̄ significaret illum tā conspicuum,in qua veluti in cedro exaltata orbē dimensus est,significans magnum ppl'm sub alas suas venturuꝫ et signum illud sublime frontibus suis suscepturū in cui⁹ typo iudęi limina ędium suarū de cruore agni notāt,cernis tigna domorum hoc est ecclesiarum cedrina,exaltata nimirum per gloriā & triumphum crucis.Propheta Zacharias alios omnis qui recte incedunt in via dn̄i,domui Dauid cōparat.Vt sufficiantur ipsi in reges & sint regale sacerdotiū,& gēs sc̄ta. Ipsam vero domū Dauid domui dei qđ propter singularęꝫ virginem dictū esse crediderim:quę domus Dauid erat:de domo Dauid exorta,& p̄cipua in ea,propter eius incōparabilē virtutum p̄stantiam domus Dauid erat: immo ipsa tm̄ domus Dauid,q̄ effecta est sua ingenti virtute & diuina gratia domus dei. Erat nā cꝫ consurgens pulcherrimis virtutum gradibus, & charismatum sacratiorib⁹ teletis:quouscꝫ summos ꝑfectus attingeret:vt mater dn̄i & singulari rōne dom⁹ dei,effici mereret. & a deo illa elęuata est virgo i sublime : vt nō vna domus,sed multę ꝑpter ꝑfectuum oīm in ea singularem eminētiā crederetur.Huius siue vnius siue multarū domorum, tigna hoc est meliora charismata siue tanta in ea spūssancti dona & fœlicitates,cedrinę sunt: exaltatę quidem super oēm creaturę eminentiam, proxime illam sup̄mam cedrum,q̄ dn̄s noster Iesus xp̄s est,assequutę. cui cedro se comparat, ipsa Quasi cedrus (inquit) exaltata sum. Non cedr⁹ ego quidem illa eleuatissima:sed tancꝫ illa,in proxımas sedes & dignitatem,sum exaltata. Sūt etiā minores illorum charismatum cōparatione,etiaꝫ in ea virtutes, quas omnes mirifice in se cōclusit. Possumus tigna cedrina,in fidē,spē & charitatē, diuinas virtutes,deum tm̄ respicientes, conferre: Laquearia cypressina moralibus,q̄ in ea etiam sibi locum vendicabant,cōparare virtutibus,q̄ immē sam prope modum in ea habebant fragrātiam & ı̄corruptionem.Erat nāꝫ arca de lignis Sethim, hoc est incorruptibilibus rationibus a dn̄o plasmata,aureum diuinumꝫ ferens propiciatorium. Hac ratione etiam multiplici circūamicta varietate.Hęc est illa vniuersa domus dn̄i:in qua iuxta testimonium Apostoli. Moyses fuit fidelis seruus. Huius em̄ illa vetustior typum gerebat. Hic est ille beatus vterus & venter qui portauit dominum redemptorem.Propter hanc tam exaltatam & eleuatam nacti sumus:vt domus & templū dn̄i essemus. Quæ domus (inquit Apostolus) sumus nos:si fiduciam & gloriam spei,vsꝫ ad finem firmam retineamus.& iterum. Templum dn̄i commemorans,quod vos estis ait. Domus etiam,dn̄i erat humanitas,& sacratissimū corpus dn̄i Iesu seruatoris: ipso sibi ferente testimonium.Soluite (inquit) templum hoc: & in tribus diebus excitabo illud. Viden vt templum & domus dn̄i est.Fuerunt in ea etiam inenarrabili & nuncꝫ satis laudata domo, tigna cedrina & laquearia cypressina, hoc est maiores & minores gradus ecclesię in illo,domino Iesu scilicet eminentius existentes:veluti in fonte & singulari principio:ab eodēcꝫ mirifice,diuino ordine & singulari dispositione exorti. Possumus & virtutes & singula charismata suprema & minora in eo accipere.Quæ tamen veluti in sole, in quo posuit dominus tabernaculum suum optima maxima,eadē cꝫ illustrissima,pro eius incomparabili sorte,erāt. Hæc est adhuc incomparabilior domus dn̄i: hę geminę sunt altissimæ & supremę domus dei: de quibus dicit mater dn̄i.Et tigna domoruꝫ nostrarum cedrina : & laquearia cypressina. Domum hanc, corpus esse probat Apostolus . Si domus inquit hæc terrestris dissoluatur : ędificationem habemus a deo,vtrincꝫ & terrestrem & spiritualē explicans.lege Basilium ī expla.Pš.xxvij. Qui tabernaculum corpus nostruꝫ interpretatur ex sententia Apostoli existētes in hoc tabernaculo ingemiscimus.Iob quocꝫ sanctissimus. Sicut domos luteas habitamus . & Apostolus habemus thesaurum in vasis fictilibus. Quæ tametsi terrestres ędes aut lutęę: ędificationem tamen habent a deo.Propter quod templum & domus dn̄i sunt. Siquidem diuina temperantia insignes ipsi obtemperauerit animo.Edificatam vidit instar ciuitatis pulcherrimę ciuitatem Hierusalem Ioannes in Apocalypsi. Sed viuis ex lapidibus. Id qđ in libro pastoris (si ille liber recipiendus est) apertius monstratur. contuitus est reuelante Angelo Hermas Pauli discipulus qui eundem librum conscripsit turrim pulcherrimam,angelorū manibus, ex quadratis lapidib⁹ vndicꝫ ædificatam. in cui⁹ structura, rudiores lapides , aut propter figuram inepti,nequacꝫ in tam cœleste opus admitterentur.Propter quod eanitur.quod cōstruitur in cœlo viuis ex lapidibus.i.ex Sanctorum,scilicet animabus,& spiritibus angelicis. Admirabile est videre quo pacto quidam in columnas , alij in fundamenta,aut parietes ędificantur: nonnulli protectum sunt,& alia id genus pleriꝫ. nec indignantur aliqui suffici in scandulas & pro officio domus diuina imbricamenta. Atcꝫ in fundamentuꝫ non tantum lapides externuntur:sed purissimum aurum assumitur.Incredibili omnia ordine & dispositione,a sapiētia ordinata.Nec refugit dominus Iesus Christus sese in fundamētū subijcere.

Ipso de se comparationem faciente: facta enarratione eius cœlestis domus: quæ esset fundata supra firmã petram. Quod mysterium Petro apertius nec iam sub inuolucro prodidit. Tu es petrus (inquit) & super hanc petram ędificabo ecclesiã meam. Existimant articulum hic vel hęc rem pximã designare loquẽti. Ipe vero sibi proximus: ipse verissima sup quam tota Ecclesia fundata est petra, ab ipo etiam ois solidior fides tum Petri tũ aliorum manabat: supra quã dom⁹ dñi etiam fundaretur. Pro ingenti & laude & remuneratiõe dabatur obstetricibus q̃ fuerant populi dñi in pueris seruatis saluatrices: ędificatio domoꝝ. Et ędificauit (ait scriptura) illis domos dñs. Sit igitur p ingenti nobis munere hęc incomparabilis a cœlesti domificatore domorũ nostrarum tãta diuinę matris & sanctarum animarum imitatõe ędificatio. Sit spiritalis tametsi corporeę molis aut si mauis cœlestis animæ huiusmodi structura exurgens in tigna, cedrinia & laquearia cypressina: ppter diuinas & humanas a diuinis & superiorib⁹ illustratas & vtcũqꝫ affiatas virtutes: vno verissime dño immittente & illapsus agente diuinos. Sit totum excelsum totum cypressinũ & incorrupti bile quidquid in nobis est. vt dicere possim⁹. Habemus thesaurum in vasis fictilibus. Vt restitutor sit dñs & melior reparator eius quod forte ppter hanc fragilem molẽ corrumpitur. Reddat duplicia: recipiat nos in vltramundana tabernacula: & diuinam domũ suam obuiam factus dato pro amplificandis hisce domibus auro ignito, data etiam stola & anulo & pro ingẽti pignore interfecto vitulo saginato in cœlestis conuiuij festiuitate nobis siue ois siue singulis quibusqꝫ occiso. Tam immensa nimirum & singularis est illius charitas: vt is agnus qui occisus est & viuit pro vno quoqꝫ offerri dicatur. Eius vna oblatiõe a deo in vnũ quemqꝫ vt in oẽs sufficiente. Talis cũ omni plausu & diuinis cantibus erit in domum dñi introductio. Nobis e domibus in meliores domos transeuntibus: veluti de virtute in virtutem exurgentibus. Et obserua in eum sensum quem dedimus de filij & matris geminis domib⁹ quod dicit domorum nostrarum. Erat nãqꝫ sacratissimum dñi Iesu corpus & proinde illa domus sue admirandę matris & oim sanctorũ singularis habitatio. Propter quod dicit dñs. Qui manducat meam carnem & bibit meũ sanguinem in me manet & ego in eo & longe quidẽ adhuc celsiori rõne matris domus erat. Q̃ in eo veluti in carne ab sese educta & tãto opificio suo eodẽqꝫ opifice resideret idqꝫ continenter dñi mater. Et contra corpus siue domus matris domus filij est. Hic habitabo (inquit) qm̃ elegi eam: & ponet in mia solium suuꝫ. Misericordia vtcumqꝫ dñi mater est. Quę mater mię est: & ois pietatis. Ergo singulari quodã priuilegio mia quędam. Et iterum ait Scriptura. Diffusa est gratia in cordibus nostris: ppter inhabitantem Spiritũ sanctum in nobis: multo ergo magis in ei⁹ habitãs matre: quæ regina ois puritatis est. Pulchrę igitur domorum nostrarum dicit. Poterat audere hęc cœlestis parens in filij & regnum & solium & domum, in quem diuinos ex oibus faciebat ascensus. Illo in oibus veteris testamẽti patribus perfruebatur. In tam cœlestibus imaginibus diuinũ contuebatur exẽplar: & illam venerãdam & super substãtialẽ patris imaginęꝫ cernebat. Illũ in Noa, seruatorem in Abraam patrẽ vniuersarum gẽtiũ: in Isaac vnicũ & admirandum pro oibus sacrificium: in Iacob vnice patrẽ cognoscentem: Israelem longe veriss̃imũ. Nemo (inquit) nouit patrẽ nisi filius: & cui voluerit filius reuelare. In Ioseph p̃cium mundi, immo ipsam p̃ciositatem venditã, Mosem Typum veriss̃imi legislatoris referentem: vt qualem cũqꝫ imaginem venerabatur: at multo magis in typo tm̃ exẽplar. Dauid & Salomonẽ Idida dñi mirata, alterum vt in quo cõplacituꝫ sit dño: alterum vt pacis significatorem: & illi⁹ quæ exuperat oẽm sensum, p̃monstratorem quẽdam. At multo magis in illis diuinum seruatorem suspiciebat colebatqꝫ. Nihil erat siue legis siue sacramẽti prophetici & verioris alicuius typi: ex quo diuinas assurrexiones in domum dñi non moliretur dei & hois mater, dña & regina nostra. In oibus immo ex oibus tum sacramentis tũ figuris oraculis etiã vniuersis ipso perfruebatur vnigenito filio suo: & sibi cœlestem parabat in singulis cuꝫ cedrinam mitę quidem eleuatam tum cypressiuam siue incorruptibilem & odoratissimã domũ. Possum⁹ & in domos ecclesias p vniuersum dispersas assumere q̃ etiam vinearum nũcupatione censentur. Mane inquit transeam⁹ ad vineas, sed plus nimio digressi sumus. Nunc ad consequentia descendamus ipso domino Iesu annuẽte cui est omnis honor & gloria. Amen.

¶ In Canticum Canticorum Liber Secundus. Homilia Prima.

EGo flos campi & lilium cõuallium. Hęc illę qui sponsus est, verbũ & sapientia patris est, de semetipso ad sodales & amicos loqui videtur. ait adamantius siue Hieronymus. Cãpus planities terrę dicitur cui cultura adhibetur: conualles saxosa magis & inculta indicant lo

ca. In campo/synagoga ex Iudeis/a pphetis & lege exculta/conuallies/saxosus & incultus gentiuꝫ locus. Dilectus igitur in Iudæorum populo/flos fuit. & qm̃ neminem ad perfectū adduxit lex: nō potuit in fructum pficere. In conualle tm̃ gentiuꝫ lilium effectus est/miro candore & pulchritudine illustre/& incōparabili fragrantia odorum: quem odorem spirans, dicebat Apostolus. Christi bon⁹ odor sum⁹ in oi loco: alijs vitę in vitam, alijs mortis/in mortem. Hoc liliū Pater cœlestis vestit. Neq; Salomon/in omni gloria sua indutus est sicut vnum ex istis. Candidus & rubicundus & elect⁹ ex milibus/iuxta hanc consequentiā ab sponsa in sequentibus collaudatur. Propter purissimam humanitatem: qua coronauit eum mater sua/in die desponsationis illius/& in die lętitię cordis ei⁹. Vestit etiam pater cœlestis/hoc cœleste & incōparabile super oēm gloriam Salomōis/lilium: testimonio ipsius etiam angeli ad purissimā matrem. Spiritus sanctus (ait) superueniet in te: & virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoq; qd̃ nascetur ex te sanctuꝫ/vocabitur filius dei. Cernis vt pater cœlestis vestit. Omnis supueneranda Trinitas hic ab Angelo venerabiliter explicatur. quid em̃ hic virtus altissimi/nisi vnigenitus patris/spūs sancti nomēclatura notissima est. Neq; em̃ aliam, ea nuncupatione sancti vꝫ Spūs personam itelligi volunt eruditi. Pulchre igitur flos campi, & liliū conuallū. Tantisper dū flos erat, vix alium aliquē ad sui perduxit similitudinem. Sed postq; misit pater filium suum, factum ex muliere ex deipara virgine, factū sub lege, & loquut⁹ est nobis in filio, quem constituit heredē uniuersorum per quem fecit & seculaqui est splendor & figura substātię eius/portans oia verbo virtutis suæ/tum ipse vnigenitus verū lilium/aliud pximum lilium ad similitudinem sui perduxit. Quod in sequētibus dicit. Sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias. Quod pulchre his verbis confirmat Hieronymus Homilia tertia in Canticum canticorum. Cū multo tēpore (inquit) flos fuisset in cāpo nullum dicit ex ipso campo florem ad imitationem sui ac similitudinem pcessisse: vbi vero factus est in conuallibus lilium: continuo etiā efficitur/proxima eius imitatione lilium. vt opere p̄cium fuerit, (qm̃ ipse effectus est lilium) vt etiā proxima sua. i. vnaq; anima q̄ ei appropinquat & exemplum eius imitatio nemq; sectatur/lilium fiat. Et illa maxime q̄ electa vt sol in sequentibus dicitur: & pxime ppter exiniam eius puritatem/cōfertur sponso. de qua specialiter Spūs sanctus. Tota putchra es amica mea & macula non est in te. Nonne candido/hæc immaculata confertur lilio. Hæc lilium vnum inter cetera pximum in Ideā, exemplar & speciem/cęteris ppositum. Vide vt in sequētibus hoc mysterium plane aperitur: ait enim. dilectus meus mihi & ego illi: qui pascitur inter lilia. Inenarrabili efficatia/hoc lilium/verbū. s. patris/vnigenitus fili⁹, qui est in sinu patris/vnicā matrem suā lilium fecit. quam etiam/eius fœcundata virginitate/liliorum pcreatricem reddidit. vt mater virginitatis, & totius virtutis/mater esset etiam oīm virginū. qd̃ Hieronym⁹ in quodam loco pulcherrime dicit, & ad Paulum & Eustochium. ad cuius inquit odoris fragrantiam/oīs illa cœlestis hierusalem lęta decurrit: quā circundabant flores rosarum & lilia conuallium. Eo quod oēs animæ martyrio tubricatę eam ęternæ dilectionis cōplectuntur amplexibus, & virginitatis splendore candidatę/ac si lilia in valle humilitatis circūdant eam/veneratiōnis gratia obsequētes. Subdit. Et ideo bene circūdant eā flores rosarum/& lilia cōuallium, vt virtutes/virtutibus fulciātur, & formositas decore castitatis/augeatur. Sed lilium hęc virgo/super oēs/oī candore/pulchritudine & sanctitate benedicta/a ptotypo/suum cādorem sortitur, lilio/a pulcherrima illa sapiētia/q̄ est candor lucis ętern̄ę & speculum sine macula. Existimāt eruditi angelos/speculā esse mundissima/at huius cōparatione incōparabilis & immensi speculi/aliquid potētię & negationis habere videntur. Quādo nec angeli sint mundi in conspectu eius. Ego inquit flos campi/& lilium cōuallium. Si simpliciter intelligamus & in campo & in cōuallibus, plurimū dignitatis habere vr̄. Et flos in campo est/nec vnus modo sed multiplices flores. Isaac sentiens vestimentoꝝ fragrantiā. Ecce odor filij mei (ait) sicut odor agri pleni, cui benedixit dn̄s. Pleni nimirum floribus multigenis, vt in oībus sanctis veteris testamenti/flos fuerit/alius & alius/p diuersitate charismatū & donoꝝ, & vnus flos fidei, de quo Apostol⁹ in̄ epistola ad Hebręos: p catalogo patrū quē texit: Vnus etiam iustitię, qm̃ omnes iustificati fuerint/ex fide mediatoris dei & hoīm. lege Augusti. in libro de ciuitate dei. Vbi istud latissime disputat. & pro gloria insigni/oēs titulu iustitię sortiti sunt: quō de plęrisq; exēpla in promptu sunt. Specialiter in ecclesia liliū est. Quādo in ea diuinū sit sanctarum virginū illustre p̄conium. quia multi filij desertę: magis q̄ eius q̄ filios habet. & dn̄s ipse. Sunt eunuchi qui se castrauerunt/ppter regnum cœloꝝ. Apostolus etiā diuinus p̄co & incōparabilis totius mundi magister. de virginibus præceptum dn̄i non habeo consilium aūt do: tanq; misericordiam cōsequutus a deo. & alibi. Volo autē oēs esse, sicut ego sum. & pulchre & ingenti miraculo. lilium in medijs est conuallibus/eisdem asperimis & saxosis. vt vbi abundauerat iniquitas &

ſpurcitia, ibi abundaret & gr̃a, exuberantior etiaꝫ gloria. Gloria nimirum virginitatis & totius cœleſtis vitæ & magiſterij, vt dicere poſſimus cum Apoſtolo. Conuerſatio noſtra in cœlis eſt. Vide quo ardore & ineffabili puritate dicebat Apoſtolus. Deſpondi enim vos vni viro, virginem caſtã exhibere xp̃o. vt non in pleriſq; ſanctis modo ſit ſpecies & fulgor virginitatis: ſed in vniuerſum, ecclesia ſancta & corpore & animo dño velut virgo q̃dam caſtiſſima exhibeatur, & poſſint oẽs ſancti cantare canticum nouũ, etiã in ſacramẽto myſtici numeri. Et nemo (inquit) poterat dicere canticum, niſi illa centum quadraginta quatuor milia, qui empti ſunt de terra, hi ſequuntur agnũ quocũq; ierit. Quod nõnulli exiſtimant de tota eccleſia, q̃ virginea tãdem offeretur dño, intelligi. Iuxta qd̃ forte dicit Apoſtol⁹ in epiſtola ad epheſios. Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eã lauacro aquæ, in verbo vitę. vt exhiberet ſibi ipſe glorioſam eccleſiam, non hebentem maculã aut rugam aut aliquid huiuſmodi. Sed vt ſit ſancta & immaculata. Et iuxta cõſequentiam dramatis. Lilium ipſe non tã ſibi q̃ eccl'iæ ſit. Decebat in epithalamio ſpũalitũ nuptia rũ, puritatẽ ſponſi & ſponſę p̃dicari: & in pulcherrimo typo lilij (quo nihil candidi⁹ eſt) nobis exhiberi. Vt nihil in eo carnale intelligerem⁹, ſed ſpiritualia omnia, qũo ex pleriſq; locis annotauim⁹: proinde neq; amoris nomenclaturam, vt ſuſpicio oĩs lapſus abſit, vſq; inleo comperias. Qd̃ belliſſime annotant Origenes & Hieronym⁹. O dulciſſime Ieſu ſumma & veriſſima bonitas flos campi puriſſimus, & lilium totius eccleſię tum ex gentibus tum ex Iudęs congregatę, effice nos tua immenſa poteſtate, lilia puriſſima. quo ſimus in glorioſiſſima eccleſia non habẽte maculam perpetuo concluſi, per temetipſum ſeruatorem oĩm, cui eſt cum patre & ſpũ ſancto oĩs honor & gl'ia. Amẽ.

Libri Secũdi. Homilia. ij.

SIcut liliũ inter ſpinas: ſic amica mea inter filias. Olim iter ſpinas velut flos quidam egregius antiqua erat Iſraelis ſynagoga, vndiq; circũuallata gentium carũq; inimicarum agminibus. Perſtitit tñ eccleſia illa domini tametſi paruula & tenella in fide: totum iudicio & prouidentiæ dñicę, relinquens: quicquid perturbatiõis aut moleſtię illi inferebatur. Eccleſia etiaꝫ degentibus, poſt dñi aduentũ congregata, veluti lilium inter ſpinas fuit agitata varijs hereticorum infidelium q; inſidijs, & tantarum perſequutionũ p̃cellis. De diuiſionibus q̃ in ea fuerũt taceo: quæ nõ paruo illi fuere & diſcrimini & periculo: tamẽ in iuſtitię & fidei puriſſimo candore, veluti lilium candidiſſimum, permanſit. Si tentationum & moleſtiarum genera q̃ poſt Adam primi parentis lapſum, nobis ab hoſtibus inferuntur, perſpiciam⁹ idq; attenti⁹, hęc diuina ẽt myſteria, quis nõ mirabitur vnãquãq; cœleſtem aĩam, velut lilium inter ſpinas conſurgere, candore niueo, ſed de ſponſo & dño Ieſu nitentem: & tanto viſam habitã & collaudatam, puriorem: quo impedimentorum vehementiores ſuperauerit impetus? Vt mereatur tandem ab ſponſo audire. Sicut liliuꝫ inter ſpinas: ſic amica mea inter filias. Spinę etiamnũ ſunt, tã multiplices & cõtrarie cogitationes, in quarũ medio poſita ſyncerior aĩa lilium etiã eſt inter ſpinas. Suſpice cœleſtes oĩs animas: lilia q̃dam cãdidiſſima eſſe, circũuallantia, lilium vnum: cui oẽs cõparentur puriſſimũ, qui eſt dñs noſter Ieſus xp̃s: omnis cãdoris & cœleſtis puritatis fons ſingularis. Erat illa ſanctiſſima dñi ſeruatoris humanitas, velut lilium: velut candor, tanq; incomparabilis puritas inter vepres, ſpinas & ſentes. Et ſpinę ferme oĩs animę, et mortales quicũq; ipſa tñ puriſſima puriſſime innitebatur diuinitati: de illius fonte limpidiſſimo. vniuerſum trahens cãdorem. Erat in eo lilio velut aurum fuluũ mundumq;, circũcluſa diuinitas alioquin incomp̃henſa, nulliſue circũcluſa terminis. Viden vt in lilio interanea q̃dam crocea veluti aurei floſculi prominent? Accipe illa in myſterio vel tantillo veſtigio, patrem filium & ſpiritum in eo contineri lilio, tametſi ipſum ſit lilium verbũ ęternum, a ſeculis abſcõditum. in quo vno tam cœleſtis candor tamq; incõparabilis obſolutius finiat terminetur ue vniuerſo illo cœleſti opificio tametſi tota efficiente diuinitate, in eo tñ ſingulariter expleto. Hęc ſunt excelſa illius etiam inenarrabilis generationis myſteria: q̃ omnem mentem, oẽm conceptum, etiam angelicum excedũt. Viden quãtas illi ſanctiſſimę aię, illi tanto candori, illi cœleſti per oĩa lilio intulerint iniurias, moleſtias blaſphemias, perſequutiones, tormenta? Illi mendatia & qd̃ dęmonium haberet & alia id genus exprobabant: ipſo oĩa omni eũ manſuetudine perferente: lilium nãq; erat inter ſpinas longe q̃ oĩa lilia melius. Deſcendamus tandem ad eam virginem q̃ puritate, gratia, pulchritudine, cãdore, cœleſtium oĩm muneruꝫ ſacratiſſimis energijs lilium de quo proxime diximus imitata, eundẽ ſupra mortales oẽs, incredibili ęq̃litate, retulit. Propterea nõ lilium ipſa: ſed ſicut lilium. Lilium nãq; dñs noſter Ieſus xp̃s erat eiuſq; ſacratiſſima & ſuperueneranda humanitas: illud p̃cipue lilium qd̃ veſtit pater cœleſtis: & cui Salomon in oĩ gloria ſua conferri non poteſt. Nam pluſq; Salomõ hic, vt idem ait dñs. Sicut igitur illud tam inefabile &

incomparabile lilium erat, Puriſſima virgo, proxima & pluſq; cœleſti imitatione. Non talis eccleſia vniuerſa, ſi illam beatiſſimam virginem dei matrē forte excipias, non q̄ cunq; ante eam fuit, anima, nec poſtea erit vt quidam eleganter cecinit. Nulli adeo viuax animi facundia nulli: tam fœlix aderit florentis gloria linguę, vt Marię poſſit laudes ęquare loquendo: quę data ſunt illi, nullis mortalibus vnq;: antea conceſſit vel poſt concedet olympus. Accipe quoſcūq; cœleſtes aīos: accipe ſimul omnes etiam aīas: vniuerſa ſuperat: q̄ pulchritudine & tanto decore oīa vincit. Puriſſimū ipſa continet aurum, puriſſimā in ſe gratiam & pluſq; cœleſti imitatione, veluti aureos floſculos ſuperſanctā circūcluſit Trinitatē. Erat nāq; domini mater. At q̄nam fuerit illi propinquior q̄ ea quam iure materno venerabatur, colebat, & ſi dicere licet (ob prȩceptum parentis) reuerebatur. In cuius laudes ait idem filius ſponſuſq;. Sicut lilium inter ſpinas ſic amica mea inter filias. Eius comparatione, filię ſunt veluti ſpinę, ſi ad lilia cōparentur. Maledixit terram poſt lapſum primi parentis dñs. Spinas inquit tibi & tribulos gignet. Diminutę fuerunt vſq; adeo & ſenticoſę ſpinoſęue reddit̨ generationes: vt diminuta quoq; ſcriptione & characterib⁹ ſcriberentur, poſt primi parentis lapſum: q̄ antea abſolutius notabant. Vniuerſum igitur genus humanuz ſpinę & tribuli: ſolo excepto dño Ieſu: qui velut lilium candidiſſimū fuit: & proxima illi eius amica & virgine puriſſima, virginitate & puritate incōparabili. Fuit em̄ abſq; omni macula alterū quoddam lilium. Ideo (ait) verbum ęternum ad eam. Sicut ego lilium vnum & ſingulare inter vniuerſas. humani generis labe originali infectas ſpinas, ſic amica mea inter filias, quaſcūq; ſcilicet animas. Illas em̄ intemerata & immaculata ſuperat: vt ego oēs. Obſerua, vt aperte illam dicit immaculatam & abſq; quacūq; labe conceptaz, ſiquidē ipſi dño IESV vt liliuz & vt puritas eſt: vt nihil in eo ſpinoſum cōferatur, & haud dubie hic locus etiaz ſi litterā ad viuum referare velis & plane litteralez tantū ſenſum intelligere, eam imitatione Chriſti p omnia īmaculatā oſtendit. Alioquin quo pacto, ſicut lilium inter ſpinas q̄ ipſa eademq; altera quę dā ex numero ſpina, ob maculā originalez fuiſſet? Nec cuipiā magis, hic ſenſus cōuenit: q̄ virgini puriſſimę: q̄ in ea re maxime, vt in reliquis omnibus imitata eſt ſuum vnigenitum filium lilium p̄ximum a lilio cœleſtē emanationē habens. Nec ip̄i humanitati Xp̄i tam conuenit: q̄ ipſum lilium eſt vt virgini: q̄ non ipſum lilium: nō ipſe dñs noſter Ieſus chriſtus ſed ſicut lilium illud quidem p omnia admirabile. Ipſa etiam illi cōparata & vtcunq; ęquata fundit⁹ incōparabilis eſt. Et obſerua quod ait, ſicut amica mea inter filias: id quod de fœlicibus aīabus intelligas, q̄ filię ſint dei. Simpl'r enim verbū emiſſum eſt, non vt alibi, & viderūt filij dei filias hoīm, quod de corruptis & malis intelligebatur: vt ſępe in ſcripturis hois nomē corruptelā culpam ſiue infirmitatem ſignificat. Lege Gregorium, niſi forte geminate p̄ferat̨, vt alio loco ex Origene diſſeruimus. Nec videretur dilectę, magna collaudatio: ſi corruptis aliquibus compare̊tur: & viden, vt ex hoc etiam loco eam per oīa immaculatam oſtendimus. Oēs filiæ vtcūq; ſanctę, quantumcūq; in cœleſtia tabernacula receptę: īn illius cōparatione ſunt veluti ſpinæ, veluti ex terra maledicta, & corruptione exortę, nec ob aliam cauſaz: niſi ob p̄cm̄ originale a parētib⁹ quoquo modo traductum ſiue contractum. Hoc nimirum generale. & vniuerſos cōplectitur. Vt iuxta Apoſtolum & ſanctoꝝ traditionem fuerint filij irę, p̄bant plęriq; ex Hebręis doctiſſimi viri eam labem vniuerſum genus humanū labefactaſſe idq; ſatis ex veteri teſtamento cōprobatum. lege Paulū hebręum in Dialogo. Fieri nāq; poteſt, idq; veriſſimum eſt: vt plures aliud non incurrerint p̄cipue infantuli: qui poſt vel ante ſanctum lauacrū decedunt. Ipſis igitur in ſpinas ea de re enumeratis: ſola virgo, vt liliū eſt: nec illi maledicto ſubdita: quā alteram terrā benedixit dñs. Benedixiſti domine (ait) terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob. Haud quidem illam terrā q̄ adhuc ſub maledicto eſt: eritq; vſq; in finem ſeculi. Decebat nāq; ſecundum Adam qui exēplar & veritas primis erat: longe fœliciorem & eminētiorem illo, ex terra nunq; maledicta, nec irę dei obnoxia, exoriri: vt prior ille ex non maledicta eductus & plaſmatus erat. Quis em̄ iræ dei ſubditam & idcirco perpetuę dānationi obnoxiā matrem dñi fecerit? iſtud haud dubie a p̄is auribus protſus abhorret, de qua & illud explicari potuit. Credo videre bona dñi in terra viuentium, Si em̄ viuentis dei terra fuit: ergo & omnium viuētium: qui in eo maxime viuente continentur, veluti in fonte & origine. Tota igitur pulchra: & macula non eſt in ea. Poſſumus filias, mētes angelicas, q̄ filię vltramundanę ſunt Hieruſalem, intelligere. Sed quomodo ſpinę ſint vix explicari poteſt niſi forte eius comparatiōe: vt lumina minora meliorę cōparata luci, tenebrę ſūt. Potuerūt nāq; peccare ab exortu illi, & fuerūt mutabilitati (vt ſacer ait Gregorius) obnoxij: nec in gra permāſere ſed muneribus tm̄ natiuis illuſtres. Ip̄a vero immaculata virgo & gratiam & perpetuam ſtabilitatem ſiue cōfirmationem ſtatim ab exortu nacta eſt: nequaq; amplius e bono in maluz vt illi mutabilis. Vt hanc vnam ſoli puriſſimo illas vero obviciſſitudinem lunę, comparare poſſis. exceſſit

nãq; illos & meritorum p̄rogatiuis & tantis gloriæ accedentibus/supra oēs/incrementis. Talē nãq; decebat esse: ex qua sol oriretur iustitię: in cuius laudes canitur. Fœlix nãq; es sacra virgo/& omni laude dignissima. Quia ex te ortus est sol iustitiæ Christus deus noster. sol ex sole prodiens. Obseruatur vt aperte sol in. xviij. Psalm̄. dicitur.

Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ,

Hoc est in sole posuit tabernaculuz suum. Subdit & ipse tanq; sponsus procedens de thalamo suo. Nec mirum si angelos in filias constituamus. Sumus nãq; in eorum sortē ascīti: nos vero filiæ Hierusalem (q̄ est teste Apostolo mater nostra) & ip̄i filiæ sint Hierusalem est necesse: vt fortasse totius corporis mystici vnūquodq; mēbrum: neq; masculina aut fœminea spectāda nomenclatura quādo ibi sexus nullus. P̄ris nomen apud vetustissimos in arcanis diuina nūcupatio est: qua parte omnes intelligentes seu rationales animos amplectitur & latissimo ambitu stringit. Propterea (ait dominus in euāgelio.) Nolite vobis vocare patrem sup̄ terram. Vnus est em̄ pater vester cœlestis: qui sub eadem nūcupatione nobis supplicandū esse statuit. Si pater noster est: pater igitur oīm haud dispari ratione erit. Habent etiam angelici animi si ad reginam cœlorum & eorūdem Angelorum dn̄am cōparentur/nonnihil tenebraruz. Quippe, qui illius luce quoquomodo egeant: absqua purgationem illuminationem & sacratissimas perfectiones post vnigenitum filium recipiāt. At p̄xime superior explanatio magis per omnia quadrat. Sed de his hactenus.

Libri Secūdi. Homilia. iij.

SIcut malus inter ligna siluarū: sic amicus meus inter filios. Sub vmbra illius quē desiderabam sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Alterne sunt odę/& cantilenę/vt diximus. Laudauerat sponsus matrem suam: vt liliū absq; macula omni puritate insigne: & hoc quidem inter spinas, vt ipsius lilij maior appareret candor. Ipsa vero sponsa & mater (vtrūq; em̄ complectimur/ne prolixiores simus) cernens filium suum vnigenitum eundemq; dei filium & verbū eternum se multo præstantiorem fœcundioremq;: vt pote auctorē vniuersę salutis/& antiquæ ruinæ/reparationis/a melioribus aliquibus sed de more amantium/collaudat. Intelligendū quippe est vtrūq; in mediis hortorum cāporum & siluaruz de angelicis forte numinibus & cœlestibus aiabus amęnitatibus cōstitisse/ex quibus talem quādam suscipiunt comparationem laudis Habet namq; huiuscemodi comparatio plurimum in hoc epithalamio siue cœlestium amorum cāticis energiæ. Proprium est amātium talia loca amœnissima & solitudines quęrere: in eis amœnari/& passim errare: quo se magis perfruantur: suos sine arbitris possint cōcelebrare amores/secretiora enarrare amoris incēdia: & momenta: ex oibus q̄rere: quo magis in meliora: semper inflāmentur. Existimat quicūq; amans/in suo amato/quicq; diuinum q̄d perscrutetur/quo semper ardentius perfruatur/latere: vnde nec potest amando aut cū amato colloquendo satiari: nūq; illius secretioris (q̄d nesciens q̄rit) cognoscendi expleri desiderio. quod in diuinis amoīb⁹ multo apertissimū est. Sod hebręi vocant arcanum secretum mysterium sacramētum. p̄s. cxj. In consilio iustorum/cabalistę mysteriū & sacramentū in terp̄tantur, q̄ pulchre in diuina amicitia & charitate sibi locū vendicant. Oīa igitur loca q̄rūt quo se magis ac magis perfruantur: & recondita noscant. Hęc vero inefabilia vt diuina oīa sunt. Sed ad explanationem veniamus. Collaudata est spōsa vt liliū sua pulchritudine & odore/cōtētū: magis aliquid in sponso, ab sponsa exigitur. Q̄m ip̄e o sponsa/est dn̄s deus tuus: & adorabunt eū: cui datę sunt' gentes hereditas & termini terrę: quos regat in virga ferrea. Erat em̄ redemptur⁹ Israel: & incōparabiles p̄ducturus fructus: qui nequaq; (vt in. j. Ps̄. dicitur) abijt in consilio impioz/& in via pc̄ōrum/non stetit. Vis videre arborē frugiferam: audi quid dicat. Et erit tanq; lignum/q̄d plantatum est secus decursus aquarum: quia fructum suum dabit in tp̄e suo, de quo loquitur Apostolus. Q̄n venit (inquit) plenitudo tēporis/misit deus filium suum natum ex mulhere factum sub lege: vt eos qui sub lege erant/redimeret. De eadē arbore loquens dn̄s in euangelio dicit. Nō potest arbor bona malos fructus facere. & alio loco lōge explicati⁹. Ego sum vitis vera & vos palmites qui manet in me & ego in eo: hic fert fructum multū: vt quicūq; palmites in eo nō manserint/& ea de causa fructum nō attulerint/in ignem mittātur & ardeant. Et fortasse iuxta mysticos intellectus dominus illa arbor vitę erat: q̄ in medio paradisi sub typo ecclesiæ plantata fuit & dominus Iesus factus ecclesię/medius. Ego in medio vestruz sum/ait. Et ego vobiscum sum/vsq; ad cōsummationē sęculi: in quē non licet sine patris volūtate venire aut eū vlla ratione cōtingere. Nisi pater meus (inquit) traxerit eum. Atq; ob hanc causam: illa fortasse arbor scientię boni & mali dn̄i seruatoris nostri, typū gessit. In quā absq; iussiōe diuina haud licebat temerare manus/aut inijcere/absq; mortis p̄iudicio: & qui de tanto fructu vitę & verę sapientiæ, manducat indigne: iudicium sibi manducat. Lege elegātissimū carmen diui Cypriani de ipie

temerantib⁹ hoc lignum, omnia quippe vel remotiuscua in eo, qui omnis decor est, & admirabilis conuenientia quadrant, veluti vt antea diximus in lapide angulari, e regione positi parietes conspirant. ¶ Sicut malus (inquit) inter ligna siluarum: sic amicus meus inter filios. Hieronymus interp̄tatur meliaz, ne in mali vocabulo sit ambiguitas. Malus arbor frugifera est: cuius fruct⁹ suauissimus odor⁹ & pulcherrimus visu est: & fortasse, talis quidam fuit vitę fructus, aut is qui scīētię boni & mali ab effectu (vt volunt) dictus est. Vtcūcp̄ est, pulcherrima arbor intelligitur suauiolentiā in floribus habens. Talis (inquit) est dilectus meus, sicut malus inter ligna siluarum. Siluę densissimę, erat vniuersum genus humanum, steriles & infructuosi illius homines, veluti ligna siluarum: q̄ nihil habent fructus, aut si quos habeāt siluestres sunt & amarissimi. Omnis ętas ab adolescētia sua prona est in malum: & videntes ftli⁹ dei filias hominuz qđ pulchrę essent: illis commixti sunt. Hac etiā vsq̄ ad dei filios qui de semine iustorz p̄cesserant, p̄cedente p̄uaricatione. At filius me⁹ (ait dñi mater) & q̄cunq̄ alia in hunc modum eius imitatione sponsa, sicut Malus est inter ligna siluarum. Cōferas vniuersum simul genus humanum, huic cōpares etiā iustos quoscūcp̄, qui in eam relati, etiam siluę sunt: cōferas etiam angelicas mentes & cœlestia q̄cunq̄ numina: siluæ sunt: in tenebris veluti iacentes & cęca, nocte aut perq̄ densissima vmbra positę. Ipse velut pulcherrima & fœcundissima malus inter ligna siluarum. Alij omēs vt diximus vel ipsa efficientia, aut efficiendi potestate p̄uaricationi addicti. Ipse illa tanta iunctura & cum diuinitate accessu prorsus immunis prorsus īmutabilis est. Illi etiā cœlestes animi, ante gratię aduentum, si sine gratia iuxta diuum Bonauenturam conditi fuerint, q̄q̄ aliter censerit Aquinas steriles & infœcundi: hic filius dei ab exordio fœcundissimus: & vsq̄ adeo vt nullus fieri potuerit ad tātā ei⁹ fœlicitatem accessus. Nulla incrementa addi. Ante omnes Angelos virtute, auctoritate, fœlicitate, collocatus vt in quinquagesimo scd'o Esaię capite legit, est dñs noster. Vis videre veteris legis patres ligna siluarz, vmbrę vicem & vsuz tm̄ afferentia, Audi Apostoluz. Vmbrā em̄ habēs lex futurorz bonorum non ipsam imaginem præsentium. Et oīa in figura illis contingebāt. Et alio loco de eisdem dicit Apl's. Omnes baptisati sunt in nube & in mari: & oēs eandem spiritualem escā manducauerunt: & eūdem potum biberunt. Bibebant autem de spiritali consequenti eos petra: petra aūt est Christ⁹. Sed subvelamine & vmbra, oīa illis contingebāt. Obtecta erat facies Moysi. Nec poterāt filij israel veluti ligna siluarz & obtusa corda intendere in eum: ꝓpter claritatez vultus eius. Haud quidem genuina siue sua, hęc erat originaliter claritas, sed de verbi ętemi ꝓdiens vultu & tāta visione. Ligna ergo siluarū parum admodum cūcp̄ amaricantem fructū afferentia. Vide (ne hoc interim omittamus) quos fruct⁹ attulere: quot ipī in eorz fidē & vnius dei cultum (quā theosebiāvocāt) recepe. Steriles quippe erant tametsi arbores essent, speciem aliquātam pulchri & boni p̄tendētes: sed siluę erant arbores, non pulcherrimi cāpi. At ecclesia vt ager cultissimus: & dñs Iesus verior vitis, meliores & fœcūdiores gignit. Nam in vniuersam terram exiuit sonus eorz: & in fines orbis terrę verba eorum. Prę fatum nācp̄ erat. Et cōuertētur ad dñm, non ad Moysen, vniuersi fines terrę. & iterum. Et videbit oīs caro salutare dei. Nēpe etiam lumen erat ad reuelationem gentium: & gloriam plebis tuæ Israel. Vt arbor vitæ esset fructus vitę afferens: in regnum cœlorz & immortalitatem apertis aditibus antea obseratis. Appropin quat (inquit) regnum cœlorz: patefactis diuinioris scīētię fontibus: aut vnius fontis pulcherrimis meatibus. Id quod Zacharias aperte dicit. Ad dādam (ait) scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum. Viden, vt arbor est scientię, sed ipī⁹ boni, sed sancti, sed ī gloriā & diuinā collaudationem asserētis. Nec scīētię mali arbor: nisi forte, quathen⁹ rectū est index sui & obliqui: nisi vt gnomo & regula rectiore, q̄cūcp̄ obliqua & metimur & cognoscimus. Illa, hac nostra longe inferior est. Habet em̄ illa mali cōmixtionem, etiam in ipsa nuncupatione: nisi contemplationem, eam mysticę vt Grego. theolo. intelligamus, q̄ bonum quidem erat: si oportune sumpta fuisset. Ad eam em̄ tute solum perfectiores attingere poterant mīme vero simplicioribus bona. Habet ista nullā. Iesus quippe est: Soter est: seruator siue saluator est. Pari quoq̄ ratione, illam arbotem vitæ longo interuallo superabat, illa: eadē, vitam hanc: qua vitales carpimus auras, non tam ex se cq̄ ex diuino constituto (vt plericp̄ autumāt) præstitisset. Hæc vitæ æternæ arbor: vitam īmortalem: vitam cœlestem spiritalem, & q̄ in visione dei consistit ex sese largitur, ī hanc ex suo cōstituto & incredibili efficiētia agit. Arnobius in cōmē. pri. Psal. vt lignum (ait) vitæ immortalitatē capiens. & Nazianzenus Aial (de hoie loquens) qđ hic informetur, alio vero transferatur & qđ finis est mysterij si ad deum declinauerit, diuininitatem assumat, ad hoc em̄ dirigit qđ hic est lumē, vt claritatē dei videamus & sustineamus. Propterea quidā ad eum dicebat. Verba (inquit) vitę ętemæ habes. Et ipse aptius hāc definit vitā. Hæc est vita æterna: vt videāt te deuz verum: & quē misisti Iesum Xp̄m. Huius arboris

odorem/illis cõmunem factum/dedere Apoſtoli: & oẽs ſancti: ſed potiſſime in vitam (hoc em̃ erat eorum & dñi p̃cipuum cõſtitutum). Decebat nãq; eum talem & tantã arborẽ eſſe: ſub vmbra cui⁹/ recũbere poſſet eccleſia vt proxime dixit: & de tãtis eius fructibus fœliciſſime & perenniter ſumere. Aſcendam (inquit) in palmã: & apprehẽdam fructus eius. Pauciſſimos aut nullos ſpiritales fructus dedit lex. Prima quidem (vt diximus) ſpiritaliuꝫ ſunt in ea momẽta & ſignificationes: omnibus in euãgelio patefactis. Et vſq; adeo hęc inerat illi ſterilitas: vt ſi qui gentilium illã edocti fuiſſent: haud tñ in fide continerentur: haud in cultu vnius veri dei perſiſterent. Nequaq; q̃ didicerant: promulgare volebant/audebantue & plurimis falſis/ diuinã veritatẽ obducebãt/inficiebantq; venenatis & falſis ſanctiſſima dogmata commiſcentes. Quemadmodum de Platone & nonnullis alijs teſtãtur Euſebius/Iuſtinus martyr/& plęriq; alij. Legę librũ de p̃paratione euangelica Euſebij citantis Clemẽtem Alexandrinum & Philonem Iudęoruꝫ diſertiſſimũ: lege Iuſtini paręneticon. i. admonitoriuꝫ ad gentes qui pluribus hęc p̃ſequitur. Et obſerua vt veterem legem & oẽs qui in ea erant, ſiluã dicit. Erat ibi immenſa prope p̃ceptorum numeroſitas & ſilua: quam enumerãt recentiores. In quib⁹ viuere etiam, dicente domino in Propheta/ non poterant. & Petrus teſtatur. nunc ergo (inquit) quid temptatis imponere iugũ ſuper ceruices diſcipulorũ: quod neq; nos neq; patres noſtri portare potuimus. Lex Chriſti euangelica breuiſſimis p̃ceptionibus contẽta claritatem & vitam mundo intulit. Erat nãq; dñs lux vera q̃ illumiuat omnem hoiem venientem in hunc mundũ: lux quidem mundi. Siluam ὕλην grẽci nũcupãt. Quo nomine materiam primã ſuapte natura obſcurã/rudem/confuſaneam/& imperceptibilem/intelligi volunt. Cui nimirum veteris inſtrumenti littera/ q̃ teſtimonio Pauli occidit & proinde/ niſi eidem illuceat ſol iuſtitię cõfuſa & obſcura ẽ aſcribi & cõparari poſſet. Noui vero teſtamẽti euangelica lex/ vni & pulcherrimæ arbori/pulcherrimos nec cõfuſaneos/& q̃ miram pulchritudinem & ſuauitatem habeant/fructus afferenti. Sed q̃ nam alia eſt lex noſtra: niſi dñs Ieſus xp̃s? ait mater dñi aut q̃ cũq; cœleſtis ſponſa? qui ipreſſus/illapſuſq; eſt in cordibus noſtris: eiuſdem etiam diffuſa charitate per Sp̃m ſanctum, qui datus eſt nobis. Et hic erat fructus o Eua (Auę nominat Tertullianus arcano forte myſterio) quem pulchrũ viſu & ſuauem ad guſtandum/potuiſſes lõge altius ſi perſtitiſſes/cognouiſſe: non ille quẽ putabas talem eſſe/& obaudiens p̃cepto dñico/ingenti p̃uaricatione comediſti. Ille tibi mortẽ intulit: hic vitam dediſſet. At melior ego Eua pulchrior & veneranda domini parens hunc fructum attuli. Vt audire meruerim. Et benedictus fructus ventris tui. Nec fructũ vnũ modo: ſed arborem ipam, in qua fructus plurimi inviero meo/atq; etiam in pulcherrima mẽte mea geſtaui. Abs qua poſſent oes abunde ſuſcipere: & ego vna cum vnigenito filio meo eademq; arbore cœleſti largiter donare. Paradiſus nãq; i Eden amœnitatis & cœleſtis voluptatis/regina cœlorũ & mater dñi erat. Hũc ab initio hortum voluptatis plantauit dñs. Quia primogenita ante omneꝫ creaturã: & plantauit in ea arborem vitę/dñm Ieſum: qui & arbor exaltata & vita eſt. Ego ſum (inquit) via/veritas/& vita. Poſuit etiã dñs in eo pulcherrimo horto hoiem: vt eum coleret: maiora totius fœlicitatis & ſingularis beatitatis incrementa daret: & illi/& per eum oibus. Sed quis ille tantus & talis hõ eſt? niſi mediator dei & hoim Xp̃s Ieſus? qui verbũ ęternum/in ęterno patris ſinu ęternum manens/caro factum eſt: & habitauit in nobis: ſed ipſa intercedente mediatrice. Intra ligna ſiluarum latent plęrũq; latrones: & timore in illis plęrũq; concutimur: oẽs inquit dñs Ieſus quotquot ante me venerunt fures fuerunt & latrones. Et viden vt illis crudelitatem exprobrat. Implete (inquit) menſurã patrum veſtroꝝ. Vt veniat oĩs ſanguis eoꝝ ſuper vos/a ſanguine Abel iuſti vſq; ad ſanguinem Zacharię filij Barachię: quem interfeciſtis inter templum & altare. Semper em̃ duręe ceruicis fuerunt: & reſtitere ſi Stephano credimus Spũi ſancto. Timorẽ igitur/velut ſilua cõdẽſa/etiam ſuis induxere. At in lege euangelica plęna libertas, maxime vero in ſuis & ſpũalib⁹ viris. Illa etiam lex timoris fuit. Erant nãq; timore pertrahẽdi/propter duritiem cordis eorũ. At lex euãgelica/lex ſpiritualis eſt. (vbi vero ſpũs dñi ibi libertas) lex igitur libertatis/lex gratię/& amoris eſt. Nec te moueant ſancti patres veteris teſtamẽti. Illi em̃ ſi eruditis credimus: non tã ſub lege, q̃ ſub euangelio erant. & euãgelici patres dicti iunt. Lege Hieronymũ & Aquinatem. de Abraham dixit dñs. Abrahã deſiderauit videre diẽ meũ, mortis & exceſſus dñici diem ſi Antiocheno credim⁹/ in ſermone in dictũ Apoſtoli, Cũ ſubiecta illi fuerint oĩa/Quẽ diem? (ait) mortis. ſcz: vidit & gauiſus eſt. de Moyſe. Si Moyſi crederetis/credere/tis, vtiq; & mihi: de me em̃ ille ſcripſit. Attulit etiã locupleti ſſimũ teſtimonium Dauid, quod de more euangelico comediſſet/& eius pueri panes propoſitionis. Eſaias euangelicus propheta/non tam propheta q̃ euãgeliſta a doctiſſimis viris celebratur. In hanc ergo intelligentiã, iſti excipiendi ſũt: aut ſi iſtis conferas tã noui q̃ veteris teſtamẽti patres cõparatione dñi, ligna ſiluarum fuere: vnum

pulcherrimum redemptionis & reparationis nostrę afferente dño fructū. Lege magnū Antonīū. Nec vllum ipsi fructū ex sese afferebāt: nisi illis inserto dño, veluti surculo, & arbore fœcūda, in ste rili: illo per eos, tm̄ vere fructū afferēte. Propterea dicebat. Nolite cogitare quomodo aut qd loquamini? Non em̄ vos estis qui loquimini: sed spūs patris dñi qui loquitur in vobis, cernis vt fructuz afferebat dñs: non illi, vsq̄ adeo vt vix qui in euāgelica lege erant: fructū ex sese afferre possent. Nimirum si isti vtcūq; sancti, ligna siluaꝝ dicantur: siquidē & ipsa eius mater & virgo: tm̄ illiū sit suo cādore & pulchritudine illustre. Solus dñs arbor pomifera, pulcherrimos & suauissimos fructꝰ afferens: arbor paradisi frugifera per singulos menses recētiores fructꝰ habēs. quos in duodecī Apl'os, & per eos in oēs gentes distribueret. Fructus salutis, aut tantoꝝ charismatū. Id qđ de xij. fructibꝰ spūs, intelligi potest. Olim in. xij. Prophetas & veteris testamenti patres eodē ferme sacramēto: ppt xij. panes ppōnis, &. xij. fontes, iuxta quos. lxx. palmę erāt, & in Patriarchas. xij. in quibus oēs significarent distribuerat. Lege venerādū Bedā in calce pene Apocalypsis q Patriarchas in. xij. fundamenta refert. Sunt & duodecim Prophetæ, nō sine mysterio eodeꝫ volumine conclusi. Viden vt recentiora, respondent veteribus: vt vna sit omnium merces dominus Iesus Christus, ipso, in parabola eorum qui mane & vesperi venerāt, quorum omnium fuit denarius vnus hoc idem explicāte. Ipse vnum singulare est, totiꝰ cœlestis ędificij fundamentum, cui cum patre & spiritu sctō est omnis honor & gloria. Amen.

Libri Secūdi. Homilia.iiij.

Vb vmbra illius quem desiderabam sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Dixerat proxime meliam, siue malum arborem, sponsam esse. Quę siuerat antea illum in meridie & in maximis ęstibus: quo tēpore sol desup maxime coquēs est: iam nacta p̄sentiam spōsi: quem, veluti pulcherrimā & frugiferā arborem, collaudat: amplꝰ aliquid dicit se sub illa arbore consedisse, & illius fructū q̄ dulcissimum fuisse gutturi suo. A duobus arborē fuisse cōprobans: ab vmbra & fructu. Nō possum satis mirari diuinę scripturę profunditatē & artē: q̄ diuinas res spiritalibus liniamentis: & sub eoꝝ velamine, describēs tanto tm̄ illo artificio & diuinore disciplina facit: vt prsus oia vel ex paucis sparsim positis argenti vermiculationibus, siue iuxta Hebręos punctis seu stigmatibus (niqod em̄ vocant pūctum stigma notā) spūalia intelligantur. Quis vnq̄ vmbram collaudauit amati, aut arborem esse prędicauit: & talem tātamq; arborē esse: vt eius fructꝰ sint dulces, gutturi suo? Spiritualiū nimirum reruz sunt traditiones: & plene licet sub verborū inuolucris exhibitiones. Existimant etiā vetustissimi hebręi nomen Salomonis in hoc volumine, deū significare: eademq; obseruatiōe, vt nomen diuinum censeri, vt nō passim integre nominatimve exprimeretur aut scriberetur. Decretum quippe super diuino Tetragrammaton nomine est: vt tantum simul vnoquoq; anno, idq; a Pōtifice maximo pro mysteriis, in ea parte q̄ sctā sanctorum dicitur nūcupatim, pferretur: alio quo cunq; tempore nefas, tanta illius nominis erat veneratio. Vanum existimabant & pene prophanū & contra diuinam pręceptionē: passim illud assumi. Id quod de Salomonis nomine (vt in hoc libro continetur) statutum est. Nec iniuria cum totus hic liber admirabilis sit, maximum Canticoꝝ Salomonis, immo & aliorum omnium pręciptū canticum, at quo pacto maximum: si cęteris spiritalibus constitutis hoc tantum carnale esset? Sed ad institutum veniamus. Sub vmbra illius quem desiderabam sedi inquit regina cœlorum & mundi domina. Concupiueram vnigenitum filiū meum in quo maxima salus totius mundi esset: eius olim promissi, desideraueram præsentiam: q̄ vniuerso maxime illuceret. Is vero in vterum meum descendens: & humanitatem ex meis suscipiens purissimis sanguinibus, ingens arbor contra omnes ęstus etiam mihi est. Siquidem immensus, tametsi vtero meo cōclusus. vt nō tā, inclusus in me sit: q̄ ego in eo (qui vniuersa pugillo complecti, tur) inclusa. Bellissime ad quendam dixit. Non in te: sed tu transmutaberis in me. Vis enim superior inferiorem complectitur: illi pro omni bono, pro omni consistentia & voluptate est. Estuabam (ait domini mater & virgo dilecta & soror) illo ingenti desiderio: vt salus olim promissa redderetur. Deplorabam non parum, vniuersę machinæ mundanæ calamitatem, ruinam & casum. Cernebam, vt omnia plena (tum crescente maxime & multiplicata humana gente) vitio scelere & ingenti calamitate essent. His malis vnicum quęrebam domini solamen: vnum tantum refrigerium. At videamus quo pacto ille vmbra est: qui immēsum lumen est. Amictus namq; est lumine, sicut vestimento: & habitat lucem inaccessibilem, & tenebræ in eo nō sunt. Sol quidē iustitię est. Si sol virtuti vni? est, vt verbi gra, iustitię, & oīm vtutū sit esse necesse. Sūt em̄ oēs vl' in maximo, maxime iunctæ immensum eū esse satis scripturæ aperiūt.

Cœlum inquit mihi sedes: & terra scabellum pedum meorum. Et in Esaia. Ego altus & sublimis habitans ęternitatem: & in Hieremia. Nūquid nō cœlum & terram ego impleo, dicit dñs: & in Psal. 138. Si ascendero in cœlum tu illic es: si descendero in infernum ades. Habet ille tñ pēnas quibus ꝓtegamur. Sub vmbra (inquit) alarum tuarū protege me. & in Malachia. Sub illius iustitię pennis, sanitas est. Suis protegentibus & extensis alis protegere videbantur ꝓpiciatorium duo Cherubim: qui plenitudo sciētię interpretantur. Et duo Seraphim, in Esaia, senas vnusquisq; alas habētes: duabus velabant caput, duabus iterum pedes, duabus volabāt. Hi plenitudo siue incendiuꝫ amoris dicuntur. Istos & illos nonnulli in filium & spūm sctm̄ referunt, vel ex ipsa nois significatiōe: in curru dñi animalia pennata sunt. Vmbram igitur dñi aliquā esse illis mysteriis ostenditur. At q̄nam hęc vmbra sit: non satis explicari potest. Non poterāt filij Israel intendere in Mosen: quod cōsuetudine diuinarū eloquutionū, glorificata esset facies vultus eius. Si tāta gl'ia serui sit: qualē putas dñi esse? Si (inquit Apl's) hæc dissērēs magnifico ꝑmo sensu quo in cęteris (vt qdā ait) vtit, de quo ait, nos aūt sensū Xp̄i habem⁹ mysteriū mortis ī lr̄is defor matū, in lapidibus, fuit ad gloriaꝫ: vt non possent intendere filij Israel in facie Moysi ꝓpter gloriaꝫ vultus eius: q̄ aboletur: quomō non magis mysterium spūs, erit in gloria? & paulo post subdit. & non sicut Moses ponebat velamen sup faciē suaꝫ. vt non ītenderent filij Israel in faciem vultus eius. Et si tant⁹ hois vnius splendor, q̄tus infiniti, splēdor erit: vt nō possimus tametsi sublimiores illis, effecti, in eam lucem intēdere: nisi sub velamento: haud quidē valebimus in tantā maiestatē intēdere nisi breuiatum fiat verbū dñi super terrā. Lege Ioan. Antioche. in lib. de incōprehēsi. dei. & Basil. Mag. cōtra Eunomiū. & Firmianū in. iij. de cœlesti electore qui de corpis etiaꝫ assumptiōe perfectus fuit: vt ostēdam (inquit) neq; hoiem ꝓfecta doctrina esse posse, nisi sit idē deus, vt auctoritate cœlesti, nēcessitatem parendi hoibus imponat, neq; deum (pie intellige vt Augusti. Bernar. & alij intelligūt) nisi mortali corpore indueretur, vt p̄cepta sua factis adimplendo, cęteros parendi necessitate constringat, vt qđ redimendi nō fuit modus aptior (ait Augustinus.) Neq; etiam docēdi p̄ceptore factis implēte q̄ docet. Lege Aquinatem in. 3. parte. Existimant eruditi similitudine, cognitionem fieri: effectus finitior q̄tum ad humanitatem attinet, & nobis consimilis: qui īmensus erat. Velamento sancta sanctoꝝ obducta erant: accepit dñs qui sanctus sanctoꝝ est, velamentum hoc est carnē suā: qua veluti interstite quodā eoq; admirando speculo, immensum possemus contueri lumen. & obserua, vt hoc tēpore multo oīa fœlicissima sunt. Velamen erat Moses immo tāti seruatoris velaminis imago q̄dam vmbra & typus obducitur eius facies: quod de eloquutione verbi & Christi, glorificata esset: altero quodaꝫ velamine. Id qđ fortasse, secundo exteriori in tabernaculo dñi velo, significabatur. Quo reserato, solum interius conspiciebatur velum: nondū mysteriis quæ sub eo continerentur ꝓditis. reuelatis oculis a domino opus vt consideres mirabilia de lege vetustiore. q̄ iam antiquata ē: & formę sunt ait Cyrill⁹ Alex. eorum q̄ geri debent in ecclesia. Alioquine q; legerentur in eadē nisi ex his ędificatio quædā audientibus p̄beretur. & idem in Leuiticuꝫ. sicut verbū dei ex Maria: carne vestitū ꝓcessit. & aliud erat qđ videbatur, aliud qđ intelligebatur, ita cuꝫ per Prophetas ꝓferr̄ verbū non absq; cōpetentibus indumētis ꝓfertur. Nā sicut ibi carnis ita hic litterę velamine tegitur, vt littera aspiciatur tanq; caro, latens vero sensus tanq; diuinitas sentiatur. Cęterum in eadem lege veteri, tñ fere dñi carnez alterum quoddā velamen videbis. Eius em̄ sacratissimę incarnatiōis & mysteria & locupletiora testimonia vberius ibi cōtinentur. Diuinitatis vero āplissima sacramēta vix vt scintillę ꝓminēt, & q̄dā vermiculatiōes argēti. Si vero velamē dñi Iesu reseres & cōsideres mirabilia q̄ in eo, inq; ei⁹ lege cōtinēt: videbis sane, vtcūq; his oculis adhuc ad tātā lucē cęcutientibus: illi⁹ tātę lucis īmēsitatē: plane conspicies trinū & vnū, illū admirabilē solē: considerabis lōge mirabiliora de lege ei⁹. Audi qd ait dñs ad Philippū. Philippe qui videt me, videt & p̄rem meū. & iterū. Paracletus aūt Spūs, quē mittet pater in noīe meo, ille vos docebit omnia. Vides mysteriū sacratissimę Trinitatis aptissime reseratū. Ite (inquit) baptisantes in noie patris & filij & spūs sancti. apertissime Ioānes in prima q̄ sine scrupulo ei⁹ est, tria sunt q̄ testimoniū dant in cœlo, p̄ verbū & spūs, & hi tres vnū sūt. quē locū ab hęreticis forte subtractū, se restituisse cōtēdit sacer Hieronym⁹. Et qđ illo velamine reserato oīa cognoscam⁹. Nemo (ait) pōt venire ad patrē, nisi p me. & nēo cognoscit p̄rem, nisi filius, & cui voluerit fili⁹ reuelare. In Apocalypsi de humanitate & tātovelamēto adhuc explicat⁹. Et nemo (inqt) inuēt⁹ est: q aperiret librū & solueret signacula ei⁹: nisi agn⁹ q occisus ē: & viuit. Et iterū. Dign⁹ est agn⁹ qui occisus est: accipe librū & soluere signacula ei⁹. Hac humanitate, veluti sub vmbra quadā & tāto velamēto, possum⁹ altissima diuinitatis sacramēta pscrutari: ibi mirabili pace & quiete considere sub illa nimirum tā ingēti & amabili arbore pacato vel maxime tanto ardore animi:

& diuina cognoſcendi,deſiderio. Sub hac maxime ſub qua in daniele oēs aues cœli recipi poſſūt: quieuit & conſedit mater dñi:q̄ tametſi illū in vtero geſtaret:tamen ſub illius pulcherrima conquieſcebat vmbra/omni repleta gratia & Spū ſancto plenissima:eminentiorem ſuſpiciens vnigenitum filium ſuum/veluti cedrum exaltatā/immo omnē arborem viſu pulcherrimā & mire omni ſpirituali fructu fœcundam, longe altius cęteris omnibus diuina myſteria intelligens.Fons diuinorum myſteriorum vnde alij omnes haurirēt effecta:& ſingularis per quam dominus ingreditur porta: admirabilis & reuerēda ſi dicere auſim ędituа.Vis diuina noſcere:cōcede ad eam quæ vna omnes (vt cōcinit eccleſia) hęreſes interemit:prodito & condonato per eā vniuerſo mundo diuino lumine. Ars illa ipſa theotocos.i.deipara diuina & rerum omnium ideę & exemplaria:ipſum archetypō artis paternę:omnium efficiēdorum ratio quædam ſed ſcd'o loco poſt vnigenitum/& ſupputatio. In ea veluti in archa pulcherrima & toti⁹ cœleſtis magiſterij ſingulari promptuario/concluſa ſunt omnia. Ipſa ſub vmbra proxime ſedet filij: & fructus illius dulcis gutturi ſuo. Cogitabat ipſa ſumma diligētia myſteria filij eadem cōferens in corde ſuo. Audiebat eius ſecretiſſima & ſanctiſſima inſtituta, Vt dicere poſſet.Quam dulcia faucibus meis eloquia tua/ſuper mel ori meo, quę illi dulciora erāt ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον: hoc eſt ſuper mel & fauū. Nos vero ſub tantę reginę vmbra pulcherrimo & amabili conceſſu ſedimus:& per omnia ſub vmbra melię/& pomiferę arboris:hoc eſt domino Ieſu conſedimus:& fructus eius dulcis gutturi noſtro: ei⁹ lex:eius oēs inſtitutiōes & chariſmata/nobis per matrem exhibita:& monſtrata dulciſſima fuerūt. Diximus frequenter dñm Ieſum oēs virtutes eſſe: multiplicem,eum eſſe fructum: qui & vnus fructus eſt:is quidem dulciſſimus. Namq̄ dominus Ieſus pro ingēti fructu nobis datus/nobis natus eſt. Et obſeruavt noua myſteria veteribus conſentiant:& vetera recentioribus:vt rota ſit in medio rotę:nouum vcz in veteri: & vetus in nouo.Pulchrę dicit Grego. Theol. oſtendit dñs viſibilia in lege vmbratilem quandam deſignationē rerū inuiſibilium eſſe. & credo ſane nil ex his temere aut citra rationem,terreſtreue eſſe inſtitutuz, neq̄ dei legiſlatione vel Moyſis & ꝓinde cuiuſuis ꝓphętę vt Salomonis/indignum myſterio.cuius admodum difficile ſit ſi quis a tenuiora deſcendere velit/ex ſingulis vmbris,ſingulas inuenire ſpeculationes,ſolum cōtemplabilia his qui Moſaica ſunt virtute,aut cū propinque ad illius acceſſerint doctrinam. quandoquidem & in ipſo montedeus p imaginationē comprehenditur ab hoibus.& hoc ideo,quia ipe parūper e domeſtica deſcendit ſpecula.Addit,cęterum q̄tum nobis poſſibile eſt ita differamus vt non nimium inepti neq̄ nimium ridiculi videamur,ſed ad rem. Audi quid ait dominus in Euangelio. Qui manducat meā carnem & bibit meum ſanguinem,habet vitam ętternam: & ego reſuſcitabo eū in nouiſſimo die. Et iterū, qui manducat me:ipſe viuet ꝓpter me. Et qui manducat hunc panem:viuet in ętternum. Non tam dulce māna/alioquin oīne delectamētum habens.Patres(inquit)veſtri comederūt manna in deſerto: & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem: viuet in ętternum.Longe noſter cibus dñs Ieſus/veteri/ſuauior eſt.Hic veritas:ille typ⁹ & figura.Illo incircūciſi veſcebantur in deſerto. Hoc vno tantum circūciſi & ſecunda quidem (q̄ ſpiritalis eſt) circūciſione.Non poſſunt filij Iſrael/niſi hoc viſ promiſſę terrę eſſe panes:longe quidē illo manna ſuauiores:de quo dicebant. Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Aſcenſus quippe eſt ex illis cibis ad hunc ſpiritualē & cœleſtem. Sicut inquit Alexandri, patriarcha,in explanatione poculi,de vmbra aſcendimus ad veritatem ſpiritualis.ita etiam de cibis qui per vmbrā dicuntur/aſcēdimus ad eos,qui per ſpiritum veri ſunt & ne putent nos vim inferre ſcripturis.omnes ait Apoſtolus candē eſcam ſpūalem manducauerūt. qui hæc dicit per traditam ſibi veriſſimę doctrinę ſcientiā. Ab hac vmbra igitur debent ad veritatem aſcendere Chriſtiani quibus Apoſtolorum curę eſſe debet auctoritas/vt ex ſcripturis ſecūdum intelligentiam eorum intellectum capiant. Quid igitur māna oſtendebat niſi panem hūc Angelorum & cœleſtem.Omnes ait Apoſtolus vnuz ſumus qui de vno pane & calice participamus. Hunc agnū verū & imaculatū/ſine lactucis agreſtibus/comedimus. Olim abſq̄ illis non licebat illo typico veſci. De quo fructu ſuauiſſimo ſub ſchemate aquę/ait dñs. Qui biberit ex aqua:quam ego dabo ei non ſitiet in ętternum.Viden vt vis illius aquę illius ſpiritalis potus: optima maxima eſt. Exiſtimant doctiſſimi viri/fœlicitatem/cui ſemper comes eſt voluptas/in aio aut ſpū magis/cōſiſtere: q̄ in corporeis voluptatib⁹:q̄ i generatione cōſiſtūt. Quod apertiſſime de ſui corporis eſu loquēs explicat dicens.Verba q̄ ego locutus ſum vobis/ſpūs & vita ſunt: & pauloante. Spūs eſt qui viuificat caro nō ꝓdeſt qcq̄.Maximā vero fœlicitatē/maxīa ſequitur voluptas. Iucundiſſima nāq̄ eſt. Vt i Deliaco carmine.Sūme eſt iucundū ex aſtrea qd' gignitur alma.Illi⁹ igr cibi dñici & pot⁹ vſus/veluti maxīe in ſacramēto ſpūalis/ſuauiſſim⁹ eſt:& haud dubie i gutture/& i ſacramētoz velamīe recept⁹/dulciſſim⁹ & ꝑ quā ſuauis ē gutti mētis. Eſt ei qui

dam secretior tactus & gustus in mente: & talium sensuum organa q̄dam sed in proportione quam analogiam vocant. Quibus spiritales recipiantur sapores: propter quę spiritalia organa, & diuinus guttur, ait. Et fructus eius dulcis gutturi meo. Cū autem & ipso corporali ministerio, tanta symbola recipiamus: & ob eam rem spiritales recreetur sensus: existimādum est e mente circulo quodam & diuina agitatione iterum spiritualem quēdam saporem redundare in corpus, corporeosue sensus. Et vt plęrumq; ipsum corpus animas trahit: haud aliter animam, ipsum in se rapere corpus & vtcūq; (qua fas est) spiritale reddere. Non possunt latere diuini in anima radij: quin in corpore ꝓmineant. Id quod certissimo experimento, compertus est. Propter quod ait, quæcunq; illa sit siue cœlestis anima, siue incōparabilis ecclesia: siue regina mundi & domini mater. Et fructus eius dulcis gutturi meo. Sedent sub vmbra illius: quē desiderabant. Est enim maxime super omnes filios hominū desiderabilis. Sub vmbra & signis illorum accidentium quæ transmutatione siue transsubstantiatione (quam dicūt) facta, tantum remanent. Et fructus, hoc est tam cœlestis humanitas diuinumq; verbum & tota ipsa diuinitas, q̄ dulcissimus est gutturi earum. Istud quidem si credimus eruditis magis reginæ cœlorum peculiare est, quæ supra omnes sanctos & deiferos viros exaltata: immo super omnes choros Angelos (vt diximus) sublimata: hoc tanto cibo & fructu, fructu quidę ventris sui, mirifice & supra captum omnem perfruebatur. Habet huius tanti sacramenti ratio (si esum cum sacramento spiritalem accipias) vt fide manducetur. Crede (inquit) & manducasti. credidit ipsa super omnes: maxima & ingenti charitate suam fidem non parum illustrante, etiā illustris. Illis candoribus, illis diuinis splendoribus, mire coruscans, in hac parte etiam longe superior angelis effecta: qui tametsi domino Iesu eiusq; innocentissima humanitate perfruantur: haud tamen in sacramenti proprietate aut fide suscipiūt. Nec enim, fidem eorum habent: quę clarissime cōspiciunt: haud tamen lumine suo Iesum vt in sacramento est vident: fortasse in verbo & omni mirifico exemplari diuina, s. essentia: id eadem tum annuente diuinitate. Istud enim munus omnem excellit finitiorem potestatem, tantum diuinę functionis munus est: aut cui per eandem sit forte cōcessum. Atq; ista eadem sacratissima virgo quod fide sumi tantum sacramentum oporteat, vt certiori sacratissimi symboli ꝓprietate etiam ipso domino Iheſu eiusdem sacramenti auctore (in quo cum clarissime videret, nequaq; fides eē poterat) perfruebatur, vescebaturq; sub velamento illorū signorum, veluti in sacratissima vmbra, immorata. Haud ipse quidem dominus sub vmbra esse poterat: qui diuino circūamictus erat lumine & clarissima luce. Toto ipso obtutu, hęc ingentia miracula & seipsum tam mirabilem in eo sacramento, cernebat: idq; intuitiue vt Neotherici aiūt. Quid enim non vidisset ille immensus, etiam si naturam humanam spectes, sapientię oculis infinitis. Fructus ille dulcissimus erat matri: quod filius vnigenitus esset, electus ex milibus: forma & pulchritudine, sapientia immēsaq; virtute & laude, omnes antecellens. Gloria namq; patris seu matris, filius sapiens est. Hic vero, ipsa erat infinita sapientia, immensa pulchritudo & gloria. Quis enim illi, tā incomparabili magis amore inhesisset, siue deus, siue angelus? Siquidem illam ipe super omnes angelos & homines veluti sanctissimum semen Habraę apprehendens in mirabilem parentem delegerat. Toto igitur conatu, ingentib⁹ viribus, omni amoris incēdio, illi inherebat: innixa illa super dilectum suum: sub mirabilibus etiā symbolis mire oblectata. Adde fructus istos sub vmbra & illo velamento iucundiores salubrioresq;, & incomparabilem lętitiam afferentes. Magis enim recondita plus in stuporem & omnem admirationem conuertunt, auctore Paulo hebræo in Dialogo. Meremur illis magis atq; vniuersum oblectamur. Habent plęrumq; ipsa spectacula propter rerum inuolucra & latentiores significationes cum admiratione tum incredibilem iucunditatem. Hic vero rerum facies pulcherrimę & sunt & sub vmbra & sacratissimorum signorum in tegumento, significantur, & tot recondita pro cerimonijs pandūtur mysteria. Hoc vno, certissima fide, etiā ante eiusdem institutionem, in omnib⁹ olim sacrificijs & typis, & tātis figuris, admirabili cum iucūditate, veluti sub vmbra illius quem desideraue rat, spiritaliter vescens, perfruebatur, semper promerens, cottidie seipsa melior. At longe plenione cum fide, tum spiritu, post eiusdem domini & dei sui cōceptum & partum. Ita eodem nempe sacramento sub vmbra illius & humanitatis velamento, incredibiliter in spiritu ipso altiore & puriore fide replebat satiata ab vbertate, illi⁹ inenarrabilis dom⁹ sapientię: tota cū Beniamin in excessu mētis posita. Nec cessabat tā incōparabilib⁹ gratijs, nouas cōtinue addere, e cœlesti perfruitione formas, virtutes, καὶ τὰς χάριτας, i. grās & taliū maxima incrementa. Maior nempe atq; ardentior illi inerat ipsius eiusdem sacramenti post eius institutionem, & vsus, & cœlestis manducatio. Vt pulcherrimos sibi gradus virtutum & charisma tum faceret: quousq; tandem in summa fastigia (quando vix possunt vlteriores gradus suspici)

peruenisset. Existimant plꝛicꝫ ipsam eandem sæ/pissime sub illis accidentibus sacratissimū corpus & sanguinem & spiritaliter & in sacramento susce pisse/vel ministrante Ioanne idida dñi & cœlestis matris ministro idꝫ haud dubie & creditum est/ & ab oībus passim receptum. Propterea sępe repe tens ingeminabat. Sub vmbra illius quem desíde rabam ego singularis eius mater & virgo vt pote innocens innocentissimum susceptura/sedi/ om/ni quiete/incredibili mentis tranquillitate, vt non esset quod amplius desiderare possem: & fructus eius qui charitas est: & exhuberātissima fœlicitas, & omnis perfruitio cꝫtuꝫ hic contingere poterat dulcis gutturi meo: quam dulcedinem & mihi & mei obseruatorib⁹ & qui mane vigilant ad me im petrauí. Obserua vt meo/dicit. Super omnes em̄ singulariter ipsa (vt diximus) perfruebatur. Et viden pulcherrimum succession & meliores sem/ per succedente mundo profectus. Olim sub vm/ bra legis/sacrificiorum & tantorum typorum me diatorem contuentes/deo ipso (vtcunꝫ mortali bus licet) perfruebanť: susciplendi in sinus Abra hę: quo tandem Christo aduenίente in cœlestes mansiones & hereditatem admissi coronarentur. Ipso namꝫ domino Ihesu mundo exorto, iā pe/nein sancta ingressi/sub illius cœlestis humanita/ tis velamento/diuina contuemur: res immensas conspicimus: & meliore quidem prouentu/& p/ pinquioribus gradibus/vt per ipsum hoiem (ait sacer Hieronymus) deum discere incipiamus: & ascensus nobis per eundem in patrem parare: lon ge fœliciori cꝫ per scalam Iacob gradu. Et viden/ vt omnia sibi symbola pulcherrime consentiunt. In morte domini, primū templi velum (vt erudi/ ti existimant) scissum est: alio adhuc integro ma/ nente: ꝙ videlicet nondum patefacta esset om/ nium cœlestium sacramentorum & arcanorum si uevt Paulus ait/sanctorum, via. Cottidie in illa fit ascensus: meliora panduntur mysteria: quousꝫ fuerit cōpletus numerus fratrum. Tū erit domi/ nus Iesus, postcꝫ reddiderit regnuꝫ deo & patri/ omnia in omnibus: scd'o iam patefacto templi ve/ lo. Sancta sancto rum hoc est ipsum cœlum/& q̄ in eo continentur mysteria erunt reserata: nullo tamē/vel accidentaliter proficiendi relicto loco/ omnibus tunc plęne & abunde sufficientibus. Et obserua quod simpliciter ait. Sub vmbra illi⁹ quē desiderabam sedi: nec quis ille esset explicat: & fer me hoc in toto epithalamio obseruatū. Existimat sponsa seu dñi mater/(in quam præcipue hanc interpretationem suscepimus) hunc suum desíde rabilem filium ob suam immensam lucem omni/ bus patere propter suam pulchritudinem/qua ip/ sa sydera vincit/vniuersis esse desiderabilem. Pro/ pterea in sequentibus rogantibus adolescentu/ lis. Qualis est dilectus tuus ex dilecto o pulcherri ma mulierum/ qualis est dilectus tuus ex dilecto: & queremus eum tecum. Respondit/ dilectus me us candidus & rubicundus/electus ex milib⁹. Vi den vt in pulchritudine sit: omnium quippe affi/ cit obtutus/omnibus desiderabilis est/qui omnis pulchritudo/omnis suauitas est. Scitum est Philo sophorum, omnes homines naturaliter bonū ap/ petere. At ipse optima maxima probitas & boni/ tas est. Scire desiderant vniuersi. ille sapiētia & sci/ entia & prudentia est, eaꝫ' æonia & immensa/se/ di inquit/quiescentis habitum, aut iudicantis ostē dit: magis in epithalamio incomparabili pace/ca/ dem exuperante omnem sensum quiescētis. Huic appetitui prope immēso nulla quies est/ quousꝫ ad maximum aliquod desiderabile sit peruētum: qui omnem appetendi rationem explere possit. At vide quantus & qualis ille est: sub quo incōpa rabilis sponsa: immo/& super omnes exaltata ma/ ter/non solum quiescit: sed sub vmbra illius etiam quiescere potest, sed quæ proxima quædam luci sit vmbra. Nec enim remotiores/nisi in aliquo ve stigio hoc præstare poterant admotiore & vici/ niore vmbra, proxime hoc exhibente. Hęcvmbra (vt dixim⁹) de domini Iesu corpore venit & mi/ re hæc recreat: cōtra omnes ęstus/singulare reme dium est quo/vt perpetuo recrearemur/nobiscuꝫ fore vsque ad consummationem sęculi pollicita/ tionem fecit. Vt in fortitudine huius admirabilis cibi, toto isto vitæ decursu: quod in quadragena rię sacramento explicatur. Possemus vsqꝫ ad ciui tatem Hierusalem instar Helię conscēdere qui in fortitudine cibi angelici/illo dierum spacio/ per/ uenit'vsqꝫ ad montem dei Oreb. Et aduerte vt in/ comparabilis conformitas hinc inde est. Quie/ scit & inhabitet dominus in suis. Super quem (in quit) inhabitabo nisi super humilem & mansue/ tum & tremētem sermones meos? Contra vero ta lis quicunꝫ humilis etiam in domino/quiescit. Vt sit vtrinꝫ quædam diuina immeatio & quies in quiete. In me manet (inquit) & ego in eo. In maximis maxime atꝫ penetrabiliter per omnem virtutem manet: vt illi in eo. Posuit gradus haruꝫ diuinarum inhabitationum. maximivero sint Re gine cœlorum de qua vtinam pro dignitate mul tus sermo nobis esset: & iterpretabilis, quomodo dicit, Apostolus. Aspiret vnigenitus quo digna de diuina eius parente dicamus: cui cum patre & spiritus est omnis honor & gloria. Amen.

INtroduxit me Rex in cellam vinariam: ordinauit in me charitatem. Fulsite me floribus: stipate me malis: quia amore langueo. Semper in melio res ꝓfectus euehit sponsam/sponsus: qui maxime incõparabilis est/diuitijs/pulchritudi ne/omni amandi ratione/& sapientia. Introduxe rat antea in cellaria sua: multiplices diuitias illi o stendens/immensas rationes/innumerabilesq; di uinitatis sue opes. Nunc meliore nimirum ꝓuetu celsiore ꝓfectu in vnã inducit cellam vini. Antea nõ explicauerat scriptura, q̃ nam illa cellaria essẽt: hic explicat. Ibi multitudo: hic vnitas/ipsa multi tudine ꝓfectior. Et fortasse ea cellaria/imaginibus & sanctis simulacris repleta erãt & multigena di uitiarum varietate: hic vero suum in se incõpara bilem & pene passibilem (vt dicit Antiochenus) amorem ostendit: quo veluti inebriatus est/præ illius/incredibili in eã/q̃ pulcherrima est super fi lias hoim/amoris incendio. Hoc tali vino/suam etiam vult inebriari sponsam. Vt sit in amore que dam æqualitas. Hoc vino præcipue faciente: illo videlicet/quod lętificat deum & homines. Et vi de/vt ingentia hic ipsius ecclesiæ contexũtur my steria. Dixerat simpliciter sub vmbra illius/quem desiderabam sedi: & fructꝰ eiꝰ dulcis gutturi meo. Absolute fructum cõmemorans. Id qđ de sacra tissima synaxi intelligenduꝫ esse/monstratum est. in quã sententiam pedibus (vt aiunt) veniunt plę rique eruditissimi viri: & id quidem per q̃ rationali ter. Nec enim alius fructus illo melior esse potest. At vero quod simpliciter enunciatur prȩcipue in diuinis eloquijs: de maximo quoq; in eo genere/ intelligendũ esse ois ratio consentit, Sequuti ve ro illam interꝑtationẽ/Synaxim & sacratissimam eucharistiam & tanta symbola/intelligere debe mus: ex corpore & sanguine dñico ĩtegratum iri, in quibꝰ mystico. s. pane & vino/corpore. s. & san guine dñi Ihesu/perfecta ratio huius tanti sacra menti consurgit. Propterea diuina mater in perso na totius ecclesię dicit. Introduxit me rex in cellã vinariã: ordinauit in me charitatem. Nõ putabat sibi satis factum sponsus: si eam cibo sui incompa rabilis corporis recreasset: nisi sanguinem suuꝫ/in reparationem humani generis/destinatum/exhi beret in potum. Cibo nempe & potu reficimur so lidamurq; & quicquid deperditum est/abũde re paratur. Cõparationem diximus spiritualium/ad corporea esse. Talibus modis/menti/vt corpori/ licet dispare forte solamina sunt: & diuinę deper ditorum restaurationes. Id quod pulcherrime/in quodã loco aperit. A fructu frumenti & vini mul tiplicati sunt. Hebraica littera nõ habet olei vt ab solutius sit mysterium: & aptius monstretur tantę rei sacramentum. Et viden/quod dicit. Multiplica ri eos illo fructu, id qđ spiritualiter intelligendum est. Hoc quippe munere donatę credentium ani mę multiplicabantur/in actibus Aplicis. Frangẽ tes (inquit) circa domos panem/sumebant cibũ cũ exultatione. Addit. Dñs aũt augebat qui salui fiebant, quotidie in idipsum. Propterea synaxis & cõmunio ecclesiastico vocabulo/dicebaꝫ. Qđ in communi ob huiusce sacrationis synaxis effica tiam/plȩriq; non credentiũ venirent. Calix bene dictionis cui benedicimꝰ nõne cõmunicatio (ait Aplus) sanguinis Xp̃i est? Et panis/quẽ frangi mus/nonne participatio corporis dñi est? q̃si effu sio & largitas in multos sit. Hoc breuissimis qui busdam argenti distinctionibus & tantillis signis olim explicatum est in Genesi. Melchisedech rex Salem obtulit/panẽ & vinum. Erat cñ Sacerdos dei altissimi: ille quidem Rex iustitiæ ex ipso nomi ne: & rex pacis/illa oblatione monstrauit illum fu turum Sacerdotem/ex Hebrȩorum etiã sententia/ de quo dicit Scriptura. Tu es sacerdos in ęternum secũdum ordinem Melchisedech. Quippe qui rex pacis & rex iustitiæ erat. Cyprianus ad Cęcilium: in sacerdote Melchisedech/sacrificum dñici sacra mentũ ꝑfiguratum videmus. Nam qui magis Sa cerdos dei summi q̃ dñs Iheſus: qui sacrificiũ deo patri obtulit suum corpus & sanguinem: & circa Abraham benedictio ad nr̃m populum pertinet. prȩcedit ante/imago in pane & vino. Et q̃ q̃ huꝰ citimę Rex esset dñs: tamen verioris adhuc Hieru salem rex erat. De quo dicit. Regnum meũ nõ est de hoc mundo. Fœlicius quidẽ est: q̃ vt mũdanũ sit. Diuinum nãq; est. Hic sacerdos magnus obla turus erat: hoc monstrante Melchisedech: panem & vinum: vt vetustissimi etiã autumant: lege Pau lum hebrȩum: & elegantem epl̃am Samuelis. Sed quid opus panem & vinum offerre? quod abũde fecerat Melchisedech/nisi lõge altius aliquid illis mysterijs offerretur. Caro inquit mea/vere est ci bus: & sanguis meꝰ vere est potus. Habet fortasse illa particula vere/emphasim non paruã. Hic nẽpe cibus & hic potus verissimi sunt: verissime mentẽ reficiũt. Huic tantę rei, verbis dñicis/auctore Ba silio magno/attestãtibus. Et in Psal. xc. vbi nos ha bemus. Memoriam fecit mirabilium suorum mise ricors & miserator dñs: escam dedit timentibꝰ se. Vna iuxta hebraicum interꝑtatio habet. Placẽtu la in capitibus Sacerdotum, veneranda illo vela mentorum obtẽtu designans mysteria. Hoc vnuꝫ est sacrificium laudis/de quo dicitur. Sacrificium laudis honorificauit me, & sacrificiũ iustitiæ. Sa crificate sacrificium iustitię & sperate in dño. Iu stitia nẽpe & ois laudatio dñs Iesus est. Verissimꝰ panis/qui de cœlo descendit. De quo dictum est.

Panem angelorꝝ manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia. Et haud dispari ratiõe, sanguis hic olim in sacramentis celebratus est. Oia (inqt Apostolus) in sanguine mundabãtur: & sine sanguinis aspersione, non est remissio. De quo dixit Moses. Hic est sanguis testamenti quod mandauit ad vos deus. Et dñs Iesus per ꝓprium sanguinem introiuit semel in sancta: ɇterna redemptione inuenta. Inuenimus (ait Cyprianus) circa Noe hoc idem p̃cucurrisse, qđ vinum bibit, qđ inebriatus est, quod nuditas patris a medio filio denotata est. Calix vero hic inebrians per ꝯ optimus est. Qñ sic inebriat, vt sobrios faciat ad spiritalem sapietiam redigat, a sopore seculari ad intellectũ dei qsꝯ resipiscat, & mœstum pectus diuinę indulgentiæ lętitia resoluatur. Quod tũc demũ potest lętificare in ecclesia dñi bibentem: si qđ bibitur, dominicam teneat veritatem, & in princi. Qñ aliquid deo inspirante & mãdante prȩcipitur, necesse est dño seruus fidelis obtẽperet, nihil arroganter assumat, faciat qđ iubetur. In hanc cellam introducitur pulcherrima dñi mater, & amabilis dñi spõsa: quam mille sequutæ, hinc atꝯ hinc glomerantur oreades, hoc est cœlestes & vltramundanę virgines, quarũ conuersatio in montibus ɇternis. Illa pharetram (si ludere in re tam seria lꝛ) in qua iacula diuini amoris recepta sunt, fert humero: gradiẽsꝯ deas supemmet oẽs. Sequit illã ecclesia in vestitu deaurato, circũdata varietate. Et afferũt regi virgines post eã, ꝓxime ei⁹ afferuntur tibi dño & deo, in lętitia & exultatione. Non licebat tp̃e legis esse aut bibere sanguinem, huius veritatis sanguis p̃figuratiuũ. Indigni quippe, adhuc in vmbra legis agentes, vel in figura & typo sumere, & vt fortasse designaretur, nõ esse ea sanguinis specie illud sumendũ: sed secunduꝫ qđ obtulit Melchisedech Sacerdos altissimi. Propterea dictus dñs Iesus, Sacerdos in ɇternũ, secundum ordinem Melchisedech. Ait ergo regina mundi. Non introducebatur olim in cellaꝫ vinariam synagoga, quę tametsi in cellaria plura introducta: vmbrã multiplicẽ habens futurorꝝ bonorum. nõ imaginẽ prȩsentium multiplicibus sacramentorꝝ signis, sacrificiorum p̃ceptionibus & mandatorꝝ cõgerie onusta esset: non tamẽ poterat in arcana dñica liberius introire: & admiranda sacramenta plenius assequi. Nec em̃ complacitũ erat dño, in eo testamẽto. Me vero & meas oĩs delectas mea imitatiõe animas hoc gratiæ tẽpore, in quo iugum dñi suaue est: & on⁹ eius leue: i hac tp̃orꝝ plenitudine, in quo misit de⁹ filium suum, meum etiam filium, introduxit in cellam vinariã: in ardentioris amoris ɇstus, in admirabilem domũ suã: vbi ipse mihi in cibum esset: & tãtus sanguis, vinum quidẽ inebrians: in potuꝫ. Ibi calix dñi inebrians ꝯ p̃clarus est, & oĩbus sumentibus eum per ꝯ salutaris. Olim sacrificia in purificationem qualemcũqꝫ instituebantur: hoc vnũ in cœlestes spirandos amores in expositionẽ (ait Cypria.) memorię veteris hominis & obliuionẽ conuersationis pristinę secularis, & in omnẽ susci piendam perfectionem institutum. Hoc vnã ordinauit in me charitatem: q̃ antea prorsus erat inordinata, aut non ęque ordinata, siue eodem feruore p̃stans. Nec em̃ amabat, siue vllam charitatis dispositionem aut ordinem habebat populus ille. (Euangelicos viros semper excipio) qui perꝯrari erant. At pulcherrima regina, in oim salutem, insignem hãc dispositionem & si antea disposita esset, ob meliores ꝓfectus: ꝓ ingenti munere, a filio, incõparabilis illa refert reuerẽter susceptã. Simul charitas, eiusꝯ ĩenarrabilis dispõ, in eãꝯ vniuersam ecclesiam infunditur. Ipsa veluti fonte vberrimo qui effunderetur in oẽs constituto. At hic ordo matris super oẽs est. Nec enim de more hic peregrinantiũ illam modo habet dispositionẽ sacratissima virgo: sed innixa sponso suo vnigenito etiã dei & filio suo, in altissimos beatorum gradus, eorum maxime particeps euehitur. Illa amat: q̃ deus optimus maximus & eius vnigenit⁹ filius amant: pro instituto filię, in eos effunditur maxime, in beati tatem p̃destinationem & sup̃mam sunt gratiam. Illos cõplectitur. Illos maximis adauget muneribus: vt resurrectio dñi mane celebranda & proinde de eodem Dñica sacramenta, auctore Cęcilio percipienda egregię prodit. Illorum, vt delecti sint, maxima post vnigenitum causa est. Suis eius meritis fecit: vt hi & illi in domum dñi reciperẽtur. Cum eo (inquit) eram cũcta cõponens: & delitię meę esse cum filiꝭ hominũ: iꝭ maxime qui selecti essent ciues sanctorum & domestici dei. Hos ego vna cũ filio meo si credere par est, adoptaui in filios spũales recepi: hos ĩ tãtam sortem delegi. Nec mirꝝ: cum ab initio & ante ſecula concepta essem, meo, istud etiam agendi, a dño p̃uiso merito. Credibile nãqꝫ est singulari quodam priuilegio fuisse almę parenti cõcessum, vt numerũ electorum prę cognosceret, & suis meritis hoc efficeret: vt eorũ gloria non parum augeretur: atꝯ vt in sacratum illum numerũ plcriꝯ reciperentur tã diuę matris votis effectum. Charitate, deum super oĩa ꝓ conditione cœlestium animorꝝ diligebat: ex toto corde, ex tota aĩa sua, & ex tota mente sua. ꝯꝯ enim hoc ex parte tantũ sit, a ceteris obseruatũ: a Maria vero ꝯ maxime & cõsummatissime. Quę gratia plena esse collaudata est. Vt in quam toti⁹ gratię plenitudo sese ifuderat: facta adhuc hic agẽs, cõparticeps cœlestiuꝫ animorꝝ. Diximus hoc illi⁹

fuisse singulare munus. Vt in agendo perfectionē cœlestium animoꝝ assequeretur: simul etiam ꝑ lege peregrinantium non sine nostro maximo ꝓfectu ꝑ merita, est autem hic ordo charitatis. Vt cuꝫ qui supra nos est deum, summo amore venerandum ducamus: eo quidem amore in finem ꝯternū consequendū, prorsus collimato: proximum vero, ꝓpter ipsum. Id quod multifariam partitū est. Sunt em̄ qui ipsi summo bono, toto actu, aspectu nisu, atq; beata perfruitione idq; continenter nectuntur. Hi proxime a nobis post deum amandi sunt. Maior siquidem illis propter beatitatis similitudinem & potior inest amandi ratio. Sunt iusti quicūq; hic adhuc constituti: quiv tcūq; possunt, beatitatem, & si non in actu, ĩn in habitu consequūtur. Hos post p̄cedentes incomparabili amore dignoscensendos existimamus. P ossunt & peccatores καὶ ἁμαρτόλοι, id assequi: & ob eā causam non prorsus a charitatis ordine excluli sunt. At quos perpetuis pœnis, atq; odio suo ꝯterno dominus addixit: nequaq; sunt charitate stringēdi. Est autem quiddā in illis propter naturam & domini conditurā amabile, haud quidem charitate cōplectendum, Nec em̄ in eundē fin̄ amari possunt: quo nos ipsos amamus ꝯternū videlicet sed amore quē imperauerit ipsa charitas: nec is amor ī eos sed in deum prorsus refertur nisi forte quatenus subsistunt: & naturalia in quibus imago domini est, integra in illis permanent. Cꝯterum hic amor nequaq̄ charitas nuncupaf, iege Aquinatem. Hos ois ordines & incōperabiliter meliores, mire in sacratissima virgine disposuerat dñs, vt scalam Paradisi nō solum in ea, quam diximus dispositione sed in oībus suspiceret. In ea virtutes oēs, charitatem cōplectebantur, q̄ velut regina & plusq; sol refulgens in summo dignitatis & auctoritatis solio considebat: & ipsa charitas deum ipsum habet p̄sentem. Diuina quippe p̄sentia affert charitati illustrationē. Quo nimirum absente, plurimis tenebris, obducimur: ab ipso (auctore Augustino) prorsus auersi. Id quod voluntate, haud quidē locorum interuallis efficitur. Aderat illi in maxima q̄cunq; efficienda Spūs sanctus quā maximis tātæ charitatis & cœlestis amoris insignibus donauerat: haud initiatorum seu proficientium, nō eorum etiam qui maiores sunt, charitate, cōtentus. Maximus q̄cunq; in maximam, infuderat illi incōparabili sorte supra humanum & angelicum captum scalꝫ perpetuo innixus. Ordinauit (inquit) in me charitatem. Omnium haud dubie charitates cum citimoꝝ tum extimorū ciuium in me erāt in me relucebant: perfectiones omnium singulariter eram ego complexa. Sed q̄ in alijs parua erant aut mediocria: in me maxima conspiciebantur. Quia fecit mihi magna, qui potens est: & sanctuꝫ nomen eius. Ois quippe ordo, ab eo qui ipse ordo ipsa immēsa determinatio est, iugiter manabat. quod antea in signis meis & tantis p̄figurationibus prꝫmonstratū erat. Pulchę diuus Gregorius Nazianzenus. Ordinē opifex sermo disposuit: & disposita sunt oīa: & si fieri potuit quod omnia simul subsistiterint, verum ideo primū quid, & secundum, & deinceps, numeratur: vt mox cum creaturis ipsis vniuersis ingrederetur ordo. Quocirca ordo vniuersum constituit, ordo in mentalibus, ordo in sensibilibus, ordo in Angelis, astris, motu, magnitudine, habitudine, continentia, splēdore. Lege li. de moderādis disputatiōibus eiusdem. Cerne quęso paradisi illius in Eden positi, ordinē & pulchritudinem: conspice, illa pulcherrima Tēpe. Ex vno fonte quatuor ꝓdeunt flumina. Sunt ibi oīs generis arbores, iugiter in eo perpetuo vere, fructus afferentes. Arbor ibi vitæ, oēs eas illustrat arbores, & vtcūq; fœcūdat. Arbor vitę post vnigenitū meū qui prima & fontalis vita est, ip̄a charitas est, ōnibus & virtutibus & pulcherrimis efficientijs, vitā & promerendi vim donans. Muri illius cœlestis horti, flāmantes sunt, de spiritib⁹ angelicis. Mihi vero aderant spūs cœlestes in murum, in custodiam, in diuina vt diximus ornamēta. Meus gratiæ fons, innumerabiles habet riuulos: qui possint vniuersam terram viuētiū alluere, Arca Noevno claudebatur cubito, īnumerabiles partitiones habēs. Vnus in me diuinus amor, vniuersa finit vniuersas virtutes (q̄ in me sunt innumerabiles) stringit, illustratq;. In tabernaculo & dñi templo, infinitum esset velle prosequi q̄ ibi cōtinentur mysteria: qualis ibi ordo & dispositio: nihil sine charitate ibi spectatur. Est ei coccus ibi vt cętera omittā pro ornamento bis tinctus, geminā charitatem dei & ꝓximi (quę tamē vna est) significans. At ꝓ vestibus Aaron, vniuersos colores, quos in virtutes aut charismata referunt vna charitas aureo colore īsignis perficit. Vna lamina aurea pro fronte pontificis vniuersum opus & tantam artem illustrat, eadem quidē nomen dñi continens. Vbi em̄ melius dñi nomen: aut ipse dñs: q̄ in charitate erit? Vbi eius aptior locus q̄ in charitate? cui semper, p̄sens dñs incumbit: cuius inefabilis aduentus ipsa proxima dispositio, eadem harmonica (vt aiunt) est. Duo erāt in tēplo Salomonis oleaginea cherubim vndiq; deaurata quę nos in geminam charitatem & proinde in admirabiles diuinę misericordię fontes referre possimus. Oleaginea quippe erāt: in quo miseratio, misericordia & pax designantur. Pax vero & mia, quidam charitatis effectus sunt, id quod de pace compertissimū est. Filia etiam tāti amoris mia est. Illo omnes

clauduntur virtutes/nedum illa. Hoc est (inquit dominus seruator) magnū mandatū in lege. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo/& ex tota aīa tua/& ex tota mente tua, & secundum huic simile & proximum tuum sicut teipsum. Nec refert Cherubim/plenitudinem scientię interpretari. Plenitudo nāq; scientię mysticę & diuinæ & melioris illustrationis in amore est. Illius quidem admiranda vna Theologia/mystica est. Aduerte vt triplex in tabernaculo atq; in dñi templo ordo est:quem in tris sorores theologicas & diuinas referre possumus. cuius maximę partes & primę tā ti & tam incōparabilis sint amoris. Vniuersus ille ordo reginam cœlorum & mundi dñam respicit: quam illa oīa prefigurabant. Atq; in cū modum vt ordine & dispositione incredibili/mysteriorū & sacramentorū numero/oīm vinceret angelorū dignitatem. Eandem oīs angelorum ordo respicit:illam admiratur: in eam singuli illorū ordinū animi/suas conspiciunt imagines: earumq; maximū in illis exemplar. Vniuersus ecclesię ordo in fide illius & charitate sancitur:illi⁹ spiritali augetur fulgore/& tantorum charismatū lumine. Stationum quosdā gradus in Mose/Aaron/& Ithamar describit Naziāzenus. Hæc vna dilecta/incredibili eminentia vniuersos,nedum supmos:& quas inter trinos ordines distinguit hierarchias Dionysius continet. & corpus & aīam & spīm legis & prophetarum (ita eīm disponit Cyrillus) etiam diuinius cōplexa. Tanta quidem & talis ea fuit:vt qcquid dici aut cogitari potest minus sit a laude ei⁹. In templo Ezechielis vnū altare conspicitur:vna etiam porta orientis est:per quam dñs ingreditur nulli alij patefacto ingressu. Hæc ipsa regina mūdi/altare olocausti est:immo ipsum etiā sacrificiū si dicere audemus/q̄ tota erat exusta in incēdium pij amoris. toties quoq; dñs in ea exustus. Ipsa illi ara erat illi incōparabile altare: viuens illud quidē & iugi charitatis igne ardens:quā singulariter inhabitabat Spūs sanctus/& totius Trinitatis sacratissima nomina. Ab altari in eodem tēplo fluuius egrediebatur:quem circū mirę fœcunditatis erāt arbores. Quem gratiæ fluuiū interptantur. Ipsa vero illius talis & tanti fluminis quidā est alueus, vt enim vehiculo lucis deducitur calor: haud aliter per eam veluti alteraq; lucem ad nos deducitur diuinę charitatis ardor. Ipsa alue⁹: ipsa vehiculū. Et hęc omīa q̄ dispositissima sunt. vt is maximus ordo qui in singulis (de quibus antea diximus) conspicitur primū in filium deinde in matrē haud inepte explanari possit. Nihil illi incertū, in ordine charitatis erat/siue actus elicitos accipias siue imperatos.hoc munere non sibi sed alijs plęrisq; a dño impetrato. Et obserua/qđ ait. Introduxit me rex in cellam vinariā. Nemo (ait) potest veni/ad patrem nisi per me:& diuina quadā paritate. Nemo potest venire ad me/nisi pater meus traxerit eum. Quod pia humilitate mater dñi recognoscit,Regē hoc loco nūcupat. Erat hoc quippe regij muneris:reginā eandemq; sponsam in regias aulas introducere:& q̄ maxime/si in secretiora penetralia introducatur:im q̄ tm̄ proximę regis ītro mittuntur/vel solum ipa regina,Et in toto epitha lamio nunc rex/nunc pastor/nonnūq; dilectus: qñq; dilectus ex dilecto & fratern⁹ siue fratruelis nūcupatur. His nominibus diuinius ludit spōsa. Ex quo nimirum cōijcitur: oīa hęc cœlestiū amorum esse sacramenta. Rex est. Rex (vt ait Ioānes) regum & dñs dominantium. Rex oīs terrę,& alio loco. Ipse est rex noster/ipse dñs noster/ipse legifer noster/ipse saluabit nos. At ille/reginam facit: de qua dictum est. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato/circundata varietate. Et q̄ prius filia dicebatur:regina fit, Audi filia inquit & vide & inclina aurem quā ipse reginā fœcerat: tametsi (vt est frequens in scripturis) ibi sit p̄occupatio. Prius em̄ filia: postea regina. In maximo feruore illum vt pastorem q̄rit:sub cui⁹ vmbra requiescat. Sua nempe dignatione/pastor esse voluit: & ad infima q̄cunq; descēderet mysteria & pastor ipse summus pastores mittit Angelos vt Hermę:pastorem Angelum & pastorali (vt ita dicam) virga ipse regit,quod ποιμαίνω significat & obseruat. S. Hylarius,in expla.ij.p̄s. quo tādem nos,in caulas cœlestes deduceret/germanus & pximus noster. Se nempe nobis/ęqualē facere voluit: qui infinito interuallo seiungebatur. Et proinde dilect⁹ sine amicus. Est em̄ oīs verissima amicitia (illam q̄ in excellentia est excipio) in quadam æqualitate & morū consensione. Et ea inter ęquales maxime cōperta. Nobis ad deū omne genus amicitiæ est, & quod in ęqualitate/& quod in excellētia est. Vt deus est/nobis cuj illo amicitia in excellentia est/vt homo fieri/nostra suscepta humanitate/dignatus est:se in parē amicitiam & in ea oīa q̄ inter pares obseruātur obtulit. Propterea dilectus/immo quo miseris āplius tantā eius benignitatē/dilect⁹ ex dilecto quem amicū amoris interpretari possumus/ab sponsa ardētius nuncupatur:vel ipsa nomenclatura mirabiles affectus & tantas coęqualitates,sed pro sua ipsi⁹ dignatione ostendens. Tant⁹ quippe fuit is amicitię ardor: vt exinaniuerit se metipsum/formā serui accipiens/in similitudinem hoīm factus,& habitu inuentus vt homo. Factus ob insignes illius verioris Rachel & pulchritudines & amores non modo seru⁹ multorum annorum:sed obediens vsq; ad mortem/mortem autē crucis. Non tantus fuit Iacob/in pulcherrimā Ra

chelem amor: nō Dauid in Berſabeę: ex qua q̄ q̄ adultera qn̄q̄ oriretur dn̄s, ſiue in micol pro qua ſe expoſuit pulcherrimo facinori mortis. Demum ne ſororis videatur refugere amores: immo magis in eam ardere, q̄ ſibi multiplici vinculo nexa eſſet. Fraternus eſt: vt in eo loco faſciculus mirrhę fraternus meus mihi. Vt intelligas, nihil hic niſi ſpirituale eſſe & in ſpiritalibus amoribus, q̄ videntur lapſum aliquem pręt endere in carnalibus amoribus: ibi in cœleſtibus, diuiniora ſignificant: & ipſa exhibent ſacramenta. Ardet frater in ſororis, dilectę & filię cœleſtes amores: immo ipſe etiam filius afficitur. Hi ſunt mater mea (inquit) & fratres mei quicūq̄ faciunt voluntatem patris mei. Oīa omnibus meliore ſorte q̄ Apoſtol⁹ efficitur. Hic amplexus qui ſolēt fœditatem ſiue μιαρον hoc eſt fœdatum aliquid p̄tendere, maxima diuinoꝝ incendiorum & cœleſtium ſacramentoꝝ habent momenta. Propterea dicit. Leua eius ſub capite meo: & dextera illi⁹ amplexabitur me. Oſcula vel in primo lumine ſpiritualium amoꝝ obiciuntur. Purgata ſunt quippe igne ſpiritus ſancti eloquia domini & aurū ignitum efficiuntur. & iterum. Argētū quod puritatis nōnūq̄ habet maius inſigne, purgatum ſeptuplum. Argentum (inquit) igne examinatum purgatū ſeptuplū. Et vide qđ ait in me. Ipſa nāq̄ vt ſol iuſtitię electa immiſſiones vt ille facere debebat: vt eſſet fons vberrimus: vnde riuuli oēs: & ſecūdarium quoddā caput, ex quo in omnia mēbra, decurreret virtus. & largiore impetu, hoc vnum flumen ſingula lętificaret: & primū ordinatiſſima, ceteros oēs, immo ipſa vtramq̄ eccleſiam rectiſſime diſponeret, atq̄ in ei⁹ imitationeꝫ: qui ipſe ordo, ipſa diſpoſitio eſt: & maxima quædam determinatio ingenti conatu & omni vi ſua cogere t, paſtoris officio functa: & ſi dicere licet altera ποιμενική. i. paſtoralis cuſtos & ſingularis dominicaruꝫ ouiū ductrix, ſoror etiam & filia. Eiſdē erga nos per oīa muneribus functa: quibus fungitur ipſe: cuius omnipotens nomen. In tantā poteſtatem euecta: in quātam maximā euehi poteſt: & quantam maximam attollit vnigenitus dei fili⁹ cui omnis honor & gloria.

Libri Secūdi. Homilia. vj.



Vlcite me floribus: ſtipate me malis: quia amore langueo. Introducta ſponſa in cellā vinariam ſponſi, in myſticos eius & inpenetrabiles ſenſus in illam myſticā theologiam: vbi experitur amores ardentiores & proinde meliores illuſtrationes: eſt nāq̄ melior mentis illuſtratio, charitati de more ſup̄morum ordinum coniuncta: vt qui maxime charitate inflāmātur, melioribus etiā potiantur luminibus: tota illis affecta illuſtrationibus: atq̄ iis maxime, q̄ de pręſentia amati proceduntꝫ amore ſaucia, & illa vulnerata charitate, rediens ad adoleſcētulas & filias Hieruſalē, ait. Fulcite me floribus: ſtipate me malis: quia amore langueo. Recreabar amici mirabili p̄ſentia. Ille mihi oīs vita erat. Eſt nēpe via, veritas, & vita. Ipſe mihi erat oīs ſanitas: cuius lumen tametſi ferre non poſſem: tñ illo mirifice conſolabar, & refocillabantur ſenſus mei. Lętabar plurimū, illo maxime perfruens: quem deſideraueram & ardentius concupieram. Erat oīs mea ſatietas in amici mei pręſentia, p̄cipue cum in eam cellā introduceret: vbi maxima eius incendia monſtrare ſolet: vbi incō̄phenſibilitas egregie, qua fas, com̄phenditur: & reuelata facie muſibilis vł, tametſi ſancta Seraphim in eius intuitu obtectas facies habere videantur. Illi ait Antiochenus oculos integunt & venerantur: concinunt, & ſuos auertunt oculos: cum ne deſcē ſum quidem & indulgentiaꝫ dei valeant tolerare. q̄ q̄ enim vnus ſit eius, quo oēs p̄ſequitur amor: habet tñ p̄ multiplici & vario captu plurimas efficientias: nūc minores nūc maiores pl̄rūq̄ maximas. Meliora mihi oſtendit: qui meos haud indignatur amplexus: mea haud contēnit oſcula: atq̄ inter vbera mea iugē facit inhabitationem ſuam. Nec iniuria cuꝫ eius vna & ſingularis ſim mater, mī quidē pulchrę dilectiōis & ſanctę ſpei. Cōferetur amori, amor: ordo ordini, Incredibilis ſuauitas ſuauitati. Talem me ipſe formauit: q̄ eſſem illi⁹ aptiſſimū templum aula eius etiam regia, & tanti redemptoris ſecretius triclinium: immo quod magis mireris illa ſum cella vinaria: in qua rex ipſe introducitur: & me pene in meipſam introducit: & vt fœliciori ſorte q̄ antea me ipſā iuxta vetus adagium inhabitem: vt p̄mo aduertam (ait Nazianzenus) q̄ in manibus ſunt: deinde ad ſuperiora reuerenter feſtinē. Cæterum nil tam in manibus q̄ ipſa mens ſibi. Ipſo nēpe vnigeniti filį mei incolatu, inefabili & vltra oīm ſortem illapſu, tantis p̄ amoris efficientiis, effecta ſum illi & perinde mihi cella vinaria: vnde ſuauiſſimi odoris vinum omnibus nedum nobis p̄pinetur. Introducor, ſed cuꝫ per tales mentis incō̄parabiles exceſſus adeſt in eadem cella idem ſponſus & dn̄s meus. Quo egreſſo egredior ego, ab hįs tantis penetralibus, illum quocunq̄ perrexerit ſequuta: & quem tum haud quaq̄ in eū modū habeo: eūdem ſi forte alibi inuenire queam & per oīa veſtigia & imagines, ſequor. Langueo ego: nec quiſq̄ noſtro, ta pio, ſuccurrit amori. Non hanc abſentiā diutius ferre potens. Propterea ſolatia oīa quęrens: non poſſum aliorum magis adiumenta efflagitare, q̄ veſtra: q̄, mecum ſemper fuiſtis in omnibus deſideriis: in

omnibus tentationib⁹ meis. Filię nāqꝫ estis Hierusalem cū citimę tum extimę, & tantę & tales filiæ, matrē omni cū veneratione sequutę, natę in aspectus & sacratissimas oipotentia regis pfruitiones. in sacratissimas theorias & visiões. Videte quæso perspicite me anxiam & huic succurrite languori. Fulcite me floribus: stipate me malis, quia amore langueo. Sunt in vobis meliora: & maximorum comparatione minora charismata, & differentes gratiæ. Illa in fructus: hæc vero in flores cōparari possunt. Habent etiā speciem pulcherrimam atqꝫ imitationem diuinam flores: quorū cōparatione nonnūqꝫ dñs cēsetur. De fructu vero scriptū est. Et benedict⁹ fructus ventris tui. His tantis diuinoꝝ similitudinibus, his tantis simulachris sacratissimis qdē signis vestris & me spectris fulcite: iā pene labant & deficiunt mēbra: mea quoqꝫ mēs nō parum languet: nec quisqꝫ huic nostro succurrit amori. Vos meę sorores, ne penitus deficiam succurrite. Nec em̄ sine ingenti mœrore & langore meo, memoria repetere possum aut vobis corā recensere pulchritudinem, honores, gloriā illam perennem vnigeniti filij mei candidi plurimū & rubicundi, electi ex milibus: illius vnus qui super oēs est. Sunt admirabiles virtutes gratiæ & charites siue forma, aut formaliter (vt aiunt) siue tm̄ ratione id qđ videt magis consentaneū, inter se discrimen habētes. Illis omnibus me vnice respicit: diuinis tum maxime p̄sens afficiebat varijsqꝫ illustrationibus. Sub vmbra illius ego mire quiescebam tū nacta infinituꝫ thesaurum: nacta causam oīm maximā eandemqꝫ immēsam infinitā inenarrabilem. Suos incōparabiles vn⁹ ille in me matrem suam afflabat amores: & tātis me recreabat incēdijs. Non quiescit mēs infiniti alioquin capax: quousqꝫ tandē ad infinitum, optimū maximum peruenerit. Tu es ille o filij imēsus & infinitus in quo oīs sufficientia & plena satietas est. Tum ego cum Psalmographo satiabor: cum apparuerit gloria tua. Illa in me veluti in fontē, nedum in riuulū redundante: ex me vero in oēs. Ab illo tanto oīs boni exemplari, paulo semotior, diutius viuere nō possum: aut vlla ratione substitere, nisi in tātillis tuis simulachris & sanctis imaginibus. Nec sufficiunt internę meę mihi similitudines: externas expeto. Vt illas meis conferam: & qualem cūqꝫ mihi ex oībus fasciculum cogam: tametsi illo longe inferiorem, qui fasciculus myrrhę est mihi: & inter vbera mea cōmorabitur. Illa vna spe viuo: spectationē habens futurorum bonoruꝫ. Ex tantillis meritis meis, magis vero ex gratia ꝓuenīente. Ille vnus oīm virtutum ex sese fasciculus. At omnium oīa merita vix illi e longinquo conferri possunt. Quid aget vnius qualiscūqꝫ similitudo. Propterea ad vos oīs o adolescētulę siue q̄ iamiam beata immortalitate, actu vt dicitur perfruimini, aut cœlestes aiç aut in eorum sortem ascitę: siue id solum pignore & arrabone ęternę hereditatis, hoc est habitu charitatis & gratiæ cōsequutę. Illa gꝛa & decore insignes, vos estis: mea oratio, meę p̄ces & supplicia vota, vos etiam estis: illi aliqñ committendus, qui ꝓxime gloriam refert, illam tādem assequitur. Vos oīs posit vnigenitum filium, ingenti veluti proximas meas charitate ꝓsequor: vos incōparabilibus stringo ardoribus: vos quidem tāti regis & pastoris mei reuerenda signacula. Hoc nāqꝫ verioris cuiusuis amātis peculiare munus, vt signa simul & quascunqꝫ similitudines amet dilecti: in illis absente amato vt cūqꝫ recreatur. Propterea ingeminās repeto. Fulcite me floribus stipate me malis: quia amore languco. Hę erāt plurimę q̄relę pientissimę matris & reginæ cœloꝝ. Pulchrū erat illam super oēs videre innixaꝫ suo dilecto: e sanctis extasibus suis illo nōnunqꝫ se ꝓpter meliores eiusdē profectus substrahente, tametsi absente nunqꝫ. Nunc supremis nūc infimis Angeloꝝ agminibus fultā illo rū interim flores, vespertinas fortasse meditatiões: plę rūqꝫ fructus, & inverbo matutinas theorias: totis obtutib⁹, perscrutari, rimari, pone videre. Illis maxime Fulciri, tantis potiri admirabilibus speculis, & reuerendis spectris. Sunt nimirum, si exemplari Aiωνiω. i. ęterno conferantur, specula, lucidissimū recipientia solem: idqꝫ purissime: nōnunqꝫ super filias Hierusalem inuitebatur: ex illis quibus fulciretur, nunc sibi, prudentiæ & ciuilium siue moralium virtutum flores: nunc altissima sapientię meditata & altissimas extases & conscensiones in cœlestia tabernacula ascīscens, illo suo coactu & coaceruatione, eadem meliora faciens. Nec quicqꝫ ipsa suscipiebat: quin meliora omia redderet. Istis pulcherrimis fulciebatur. Erant hæc solamina nō parua: nec tm̄ cessabat languor. Vnicum absentem spectabat amatū: haud satis recreata his siue floribus siue fructibus, ipso nec vniuerso sibi p̄ nimio desiderio filij & dilecti sufficiēte. Cerne quæso purissimam dñi matrem vt ad litteram & viuum (vt aiunt) ista magis explanemus: post vnigeniti filij excessum. Obserua quales q̄relas, q̄ lamenta ipsa proferebat: erant tum filiæ multæ Hierusalē simul adunatæ eam circūambiētes: vnigenitū, tum illa filiuꝫ suū, suis totis amplexibus stringebat. Illum quidem os humeroscqꝫ deo simile illa sanctissima osculabatur ora: quæ diuinam enūciauerant legē illam faciem, q̄ ipsos poterat illustrare & haud dubie illustrabat Angelos: demū coronam spineā & sacratissima vulnera, fontes vberioris nostrę repa

rationis/illa sedēs pro cruce: quæ tantū portauerat fructum). Illam q̄ sole clarior teste Antiocheno foret. Accensa olim amore viuētis: nec tali adhuc cessante ardore: tñ ob eius interitū lāguebat. Conuersa tum ad filias Hierusalem has & similes emittebat q̄relas. Fulcite me floribus/si quos ex filio meo vnigenito nactæ estis: stipate me malis/siue melius/illis sacratissimis charismatibus quæ vobis cum ex filij mei institutiōe & admirabili & fragrantissimo (vt sic dicaꝫ) exēplo consecutę estis. Horum oīꝫ enarratione me recreate: refocillate iā iam deficientes sensus: hunc languidum amorem meū. Sunt penitus/vt videtis collapsa membra & pene toto corde defecta sum. At tantilla beneficiorum/q̄ in vos contulit o filię Hierusalem vnigeniti mei cōmemoratio/fulcimentū & pedamentum non paruū/mihi erunt. Cernā ego/sed vīa enarratione/illos admirabiles flores quos vestræ insecuit aīæ/& fructus quos ex arbore pendentes vobis dedit. Aut in aliam intelligentiam. Fulcite me floribus (inquit) stipate me malis: quia amore langueo. Tametsi ego mœrēs sim plurimū & dolore ista morte anxia ingenti tñ amore langueo. Hic amor/vnigeniti mei me superat: propterea lāguētem & deficientez facit. Cernis quos flores/quos fructus/hac vna morte adeptę estis filiæ Hierusalem: antea quippe emortui erant flores vestri: nec cœlestem spirare poterant odorem: aut gratiæ melioris puritatē aut cādore vestiri diuino. Hoc vnigeniti filij mei morte estis assequutæ. Non fruct⁹ vitales erant: tātum vita vnigeniti mei morte/illata est: mundo tum patefactis regni cœlorum aditibus: vitalibus fructib⁹ vestris redditis: non possum⁹ hæc cernēs/non plurimum amare: ipsam quidem mortem nedū vnigenitum filiū meum: cuius nimirum excessu langueo. Obtuli ego illū pro salute vestra in p̄sens quoq; offero: nec offerre desinam talibus modo me fulcite floribus/stipate me malis quia amore langueo. Succurrite igitur. Venite in eius arboris amplexus/vnde & flores illos quidē vegetiores & fructus suscepistis. Possumus in flores habitus quos in plęrisq; indiderat dominus atq; inditurus erat vsq; in finem sęculi/pręcipue in animas electoꝝ/quasi oēs tum alloqueretur/accipere: fructus vero/pulcherrimas efficientias/per illos. Talibus volebat se fulciri pulcherrima mater: ijs recreabatur quæ de filij sui pulcherrima prodibant/pdituraq; erāt arbore. Hortabatur oēs in hos suscipiendos flores fructus: atq; in hāc intelligētiam alloquitur pia mater oēs animas. Suscipite q̄so de his floribus vnigeniti filij dei/meiq;. Suscipite fructus de arbore hac perpetuo pendētes, o filię huius terrenę Hierusalem. Ad vos enim missus primū est: vobis primo loco p̄dicandū verbum. Resipiscite tandeꝫ: his me malis stipate/quia miro ego & incredibili ardeo amore, & cernēs vestri duritiam & recusationem/in eius vsq; crudelissimā mortem/langueo de more eius & pene deficio. Amo illum super oīa. Siquidem dñs me⁹ & deus est. Eius imitor vtcūq; mihi matri licet amores/incendia/lāgores. Verba fecit de vobis in cruce: de hoc vestro tanto amore. Sitio (inquit) plus sitim spiritalem q̄ corporalem explicās. Sitiebat nāq; salutem vestram: sitiebat amores: totus vsq; ad mortem ardens erat deficiensq;. Languor illuꝫ animū/propter vestram ingratitudinem/magis cruciabat: q̄ quęcūq; aliæ per vos illatę penæ: q̄ quęcūq; etiam iniurię vestræ tantum in discrimine & dāno vestro anxiabatur. Videte quantus illi inerat amor: vt inter tot tormēta/& seuissimas pœnas inter vulnera & crucem, ad patrem clamās diceret. Pater ignosce illis: quia nesciūt quid faciūt. Hęc & talia verba frequentius ingeminabat. Langueo/nec quisq; nostro succurrit amori quē nequeunt durę frāgere iura crucis. Vos tñ indignos fecistis sed redite in mentem q̄so prævaricatrices redite ad cor, & q̄ viuenti non p̄stitistis hoc donate defuncto. Neq; enim adeo mortu⁹ est: quin q̄nq; in perpetuam immortalitatē resurgat: primogenitus mortuoꝝ/primogenitus resurgētiū princeps oīm regum terrę. Vobis si velitis suo diuino ascēsu reseratur⁹ auras cœlestes, ne reculetis oblatam fœlicitatem. Quomodo vero effugietis si tātam neglexeritis salutem? obseruate q̄o q̄ta vos q̄siuit diligentia, q̄n lucernam accenderit. Carnē nēpe propriam (ait Nazianzenus) domū q; vertit mūdum a p̄tō mundans. Dragmā q̄siuit, imaginem regiam vitijs cōfusam, atq; ob dragmę inuentionem amicas sibi conuocat virtutes, ac lętitię partícipes facit, quas & domesticę cōuersationis effecerat ministras. quia & lucernam p̄cursatricem/lumen sequitur splendidissimum, vocem q;/verbum: sponsus/p̄nubum. Propterea inquit, est paruus quia p̄pter vos humilis, quia propter errātes pastor, venit bonus, qui animam p̄ ouibus ponit/montes & colles, in quibus palabūdi, sine vero cultu eratis peragrans/errantes q; inuenit: inuentosq; humeris q̄tum in eo erat/imposuit quibus & lignum illud olim maledictum atq; impositos ad supernam reduxit vitam & reductorū permanentibus annumerauit annumeratq; vos omneis nisi ingrati ac reluctantes fueritis. Ego quidē ob tales amores penitus langueo. non enim duritiem cordis vestri: & quod nulla tādem aut admodum parua est futura vestri conuersio in dominū & deum vestrum. Si me matrem non vultis audire: audite prophetam vestrum ad vos clamātem. Conuertere cōuertere Hierusalem ad dñm deum

tuum. Et iterum. Cõuertimini cõuertimini filij reuertentes & redite ad cor. Potest & in aliam intelligentiam hoc accipi. Sciebat dñi mater spiritu p phetico donata primores totiꝰ rei plane futuros. Apostolos & Discipulos domini, Euangelistas quoqꝫ: qui in vniuersam terram essent dissemina turi diuinum verbum. Quos (vt ait Apl'us) non confundebatur vocare fratres, dicens. Annunciabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te. Et iterum. Ecce ego & pueri mei. Ad hos igitur delectissimos, veluti futuros prædicatores & auctores verbi, verba facit diuini magisterij, regina incõparabilis. Fulcite vos me primum floribus diuinis quas dedit virtutibus & charismatibus: stipate me malis, qa amore lãgueo. ardeo ego cõem salutẽ oĩm. Et q̃ q̃ pꝛ dolore vnigeniti filij mei sim occupatior: & plurimuꝫ mœrẽs: haud tñ a solita mẽtis trãquillitate excidi. Nõ possuꝫ ob singularẽ meũ mœrorẽ: delectas aias relinq̃re: aut publicũ opus deserere. Cerno vt oĩa, in salutẽ pꝛparata sunt: & per vos in vniuersum orbẽ dissemi nãdum verbũ. De quo meminit egregie Propheta de vobis verba faciens. In vniuersam terrã exiuit sonus eoꝝ: & in fines orbis terræ verba eorũ. q̃ q̃ em̃ vnigenitus filius meus oĩpotens sit: & põt ex sese & viuens & mortuus, oĩa: tñ vt vobis & oĩbus, cõicauit carni & sanguini: & vos illi, & ip̃e simiꝫiter iuxta Apl'm, participauit vobis. Hoc ẽ participes vos fœcit huius diuinę salutis: harũ imortalium efficientiarũ: vos in boues & maiora aĩalia supputati. De quibus dicit Propheta. Oĩa subiecisti sub pedibus eius, oues & boues insuper & pecora campi. Subiecit quidem meliori subiectione, hoc est in diuinã virtutem & sanctã eius imitationem addixit. Hæc em̃ p̃cipua est subiectio: de qua in alio loco. Tunc erunt illi subiecta oĩa: & mẽliore quadã adhuc ratione, vos in hoĩes asciuit cæteris vestri cõparatiõe, in iumẽta pẽne enumeratis. Homines (inquit) & iumenta saluabis dñe. Scitis vt a principio maiora & minora produxerit dñs aĩalia haud aliter in regñatione erat successurũ. vt ω reuolaret ad α & fines, respõderẽt p̃ncipio. Lege Ser. diui Gre. Naziazeni in Encœnia. Vt quẽadmodũ p̃ma creatio initiũ a dñica sumit: ita & scda rursus ex eadẽ initiũ auspicaꝫ & in quodã alio vetustissimo, idẽ & Nazã. in natalẽ Sal. Quoꝝ oĩm mysterioꝝ summa est, vna p̃fectio & restauratio mea, & ad p̃mũ Adã reuersio. lege Alticiodorẽsez in. ij. sũmę theologicę, verbo restauratũ mũdum dicit: qa eodẽ cõditũ. idẽ astruit diuꝰ Ambr. 8. de sacramentis. Per vos igr̃ veluti maiora aĩalia, reliquũ orbis in fidẽ, vestro tãto odore recipiẽdũ est. Odor qppe bonꝰ facti estis, alijs vitę in vitã: alijs mortis i mortẽ. Cernite, vt capiti, vos mẽbra pulcherrime rñdetis. De illo scriptũ ẽ. Quotcq̃t aũt receperũt eũ: dedit eis ptãtẽ filios dei fieri. Et vos fragrãtissimus odor futuri, recipiẽtibꝰ vos. Nihil hęc a dño & deo vr̃o discessio, oberit. Meliora ob pœnitẽtiã vr̃aꝫ & scd'aꝫ receptionẽ, icremẽta vobis suscepturis. Cernite, vt ãtea hæc cĩ mysterijs olĩ signi ficata fuere: post p̃mã circũcisionẽ tm̃. Mãna dat filijs Israel: leuis (vt aiũt) cibꝰ & sup quo etiã nauscarẽt ip̃i, ille quidẽ verioris, panis tm̃ p̃figuratiuꝰ. At scd'a exacta circũcisione: panẽ meretur esse: solidiorem, haud dubie cibum. De quo dicit. vt panis cor hominis confirmet. Parũ eratis antea stabiles: at perfecta conuersione vestra & suscepto spiritu de alto, eritis prorsus inconcussi. Vestri flores veluti succisi aratro infidelitatis, lãguidi & morientes fuere. At roseo sanguine filij mei, in vitam restituti, perpetuo vere florentes erunt: & fructus ipsi dulcissimi. His quæso me stipate: his me fulcite. Quia amore langueo. Videamus, si ad flores & fructus: quos Apostoli genuerunt siue magis fructificarũt, referri possit. Filioli (ait Apostolus) quos adhuc parturio, quousqꝫ Xp̃s formetur in vobis. His floribus, his malis hac Iudeoꝝ & gentium conuersione se vult & cupit fulciri veneranda dñi parens. Quia amore vnigeniti filij sui languet: illius desiderans, in sanctissimis animabꝰ voluntatem expleri: & tantam mortem in multo plurimas animas redditum iri efficacem. Tentemus etiam, si possit simpliciter ad omnes filias Hierusalem dictum esse. Ac si diceret. Fulcite me floribus: stipate me malis: quia amore langueo. Velim ego parentare filio meo: date quoscunqꝫ mihi flores: diuinos præcipue. Manibus date lilia plenis: purpureos spargam flores animam quoqꝫ nati his saltem accumulem donis nec fungar inani munere, non flores qui marcescunt date, sed perpetuo candore aut vigore vernantes. Lege elegantissi. Epistolam sanctĩ Paulini, ad Pammachium. Viuens quidẽ illeverissimus Messiach, est. & Christus quẽ vnxit deus Spiritu sancto: vnctus oleo exultationis præ participibus suis. At Christus vita omnibus superior Angelicis animis, manet in æternum. Sunt namqꝫ (vt hoc etiam nouerit is) filiæ Hierusalem, due naturæ in filio meo vnigenito. Diuina & humana altera æternum viuens: altera ad tempus, quo mortem morte destrueret defunctus tandem resurrecturus, atqꝫ æternum victurus est vita ipsa & fons vitæ perennis. Vita namqꝫ est. Vt de se ipso dixit. Ego sum via, veritas & vita. Et vsqꝫadeo vita: vt plęriqꝫ sint existimaturi, hac morte sua, nequaq̃ desijsse hoĩem esse: licet hõ taꝫ esset haud viuẽs, sed mortuus. Hoc illi cõcedente corpori & aiæ, ipa diuini v̄bi vnitate, vtcũqꝫ est: certissimum omnibus erit, diuinitatem vnigeniti

mei/ſuam nunc̄ deſeruiſſe animam: corpus etiam nunc̄: tantus tāc̄ incomparabilis fuit ille complexus. Non dabit pater ἀιώνιος æternus. ſ. vnigenitum ſuum & Sanctum Sanctorum videre corruptionem. quem etiam ſua ipſius perpetua conſeruabit incorruptio. Vos tm̄ officio veſtro fungimini filiæ Hieruſalem: in meliorem Hieruſalem/ſi nō abnueritis/vocatæ/aſcitæ/pertractæ. Fungar ego meo. Parentemus oēs iſti tanto & tali: ob quē/vniuerſus rerum ordo/ipſa oīs machina mundana/lamentari videtur. Demus pro cuiuſc̄ ſorte amyras, ſiue florētes & redolētes arbores: demus ip̄os etiā fructus ſp̄us. Hoc nāc̄ gratiſſimū & viuēti & mortuo eſt. Non erit inane munus filię Hieruſalē, Reddet ipſe centuplicatam mercedem: nec illud modo ſed ipſam immortalitatē dabit: q̄ omne bonum cōplectitur. Vos o Nicodeme & Ioſeph/in hanc parentationem in hos honores/in hæc obſequia/admirāda & odoratiſſima ꝓferetis vnguenta. Nos flores ſeu amyras: nos pulcherrima & ſuauiſſima ſed ſpiritualia mala dabimus. Quæ ſpargētes nos ipſas fulciemus: nos ipſas ſtipabimus. Redibunt (ſiquidē filio meo immenſo infinitoc̄ nihil adijci poteſt) in noſtros prouentus/in profectus meliores & omniuz honorū incrementa. His vos o filiæ Hieruſalem me ſtipantes me fulciētes/vos ipſas fulcietis. Hæc namc̄ ſpiritualium bonorum incredibilis fœcūditas/& propagatio eſt. Vt in cōmune veniētia/plurimis in eoz̄ participatuz̄ ſuffectis/deſinant nūc̄: nūc̄ ſuum vel tantillum deſtituant originalem fontem: etiam ſi pluſc̄ mille atc̄ innumerabiles riuulos inde decurrētes ſtatueris. Hoc nāc̄ ſingulare charitatis munus: hæc eſt diuina functio. Operit ipſa multitudinē in multis peccatoz̄ & excidit vel tantillum diminuitur in egregio fonte ſuo nunc̄. Vndic̄ pleniſſima/omnibus abūde ſufficiens. His igitur oīm aliarū virtutum fulcite me floribus: at diuinarū/vnius charitatis efficientiarū ſtipate me malis: quia amore lāgueo tota deficio icredibili ęſtuo deſiderio. Et obſerua: vt hic oīa ſpūalia ſunt. Non q̄runt alia ſolatia: c̄ in re amata mundani amantes: in vno ſunt ſemp amato: illum ſonāt: illum abſentē contuētur. Nihil aliud q̄rentes ſolaminis tm̄ in eo marceſcūt mœrore: illis cogitatibus affliguntur. At oīa/in diuino amante/rationabilia ſunt. Sit c̄ tumuis anxius: quod incolatus ſuus ꝓlongatus eſt: qđ' habitauerit cum habitantibus cædar, & multum incola eius fuerit aīa: quod non poſſit/in p̄ſentia amati/perpetuo eſſe: tamē vndic̄ ſolatia quærit: & deſcendens ab illo mirabili mentis exceſſu: in actiones ſeſe extendit. In actionib⁹ pulcherrimis, & ſuditorum vtilitate c̄ maxima ſeſe explicat in eiſdē ſolamina q̄rēs, omnia agēs quo recreetur/in imagine amati. Eos vero qui nec diuini ſunt amatores nec fortaſſe ob virtutem amant: ducuntur autem naturali impetu/haud gratiæ legib⁹: ſæpe ob nimiam amoris vehementiam/mortem ſibi cōſciuere: vt de Pyramo & Tyſbe in Fabulis narratio eſt. & apud Xenophontem in pędia cyri panthea interempto abradata viro ſuo multa cyri recipiēs conſolationis verba: acinace quem gladium diu parauerat/ſeipſam iugulauit & ipoſito capite ſup viri pectora/mortua eſt/atc̄ idem contigiſſe Portię obnecem Bruti ei⁹ viri dicit̄ inſanus hic amor, nec rōnis legibus obtēperans: verebatur. S. Petri⁹ alex. martyr ne aliqui lapſi prę triſtitia & mœrore, mortem ſibi conſciſcerēt. Lege. 10. Cano. eiuſdē ex Sermone de pœnitentia. Contra in virgine puriſſima/oīa modeſta: nullum etiā in maximis diſcrimībus/intēperantiæ aut puſillanimitatis ſignū in quam modeſtiam, mire vel lapſos, hortabatur Pe. Alexan. Ideo magis dent operam (ait) & curent, in modeſtia, quomodo vanę gloriæ vacui/vitam perficiant. Sed ad inſtitutum redeamus. Et ſi quis in ea dolor eſt. in cōmoditates & merita non ſolū ſua, ſed oīm/oīa confert. Pulcherrimū ducit nihil ſubterfugere: quo oībus maxime ꝓſit. Et vidē vt ſuū pulcherrime imitatur dn̄m & deuz̄ ſuū. Is cm̄ nullos ſibi honores aut officia decernenda ſtatuit in ſuę dignitatis augmētum. Sed quo nobis ꝓſint oīa & in nos redeant, q̄ a nobis ipſis ꝓfecta ſunt. idem per oīa in virgine diuina inuenias. Dea nāc̄ (ſi dicere par eſt) erat/deum ipſum & imagine & omni ſimilitudine ſed incomparabili participatu, referens. Cui ſuperſancto & ſuperbenedicto deo ſit oīs honor & gloria Amen.

Libri Secūdi. Homilia. vij.

LEua ei⁹ ſub capite meo/& dextera illius amplexabitur me. Video vt hæc ꝓxime ſuperioribus reſpondent: & vt cæteris in dn̄i exceſſu & morte a fide decidentibus & collapſis: ſola virgo in fide permanſit: & id quidē perfectiſſ. Sunt enim qui exiſtimant Lazarum in exceſſu domini fuiſſe, nec a fide excidiſſe. Sed illius ſecundi gradus & partes, deiparę primę terti⁹ fortaſſe ordo erit Centurionis de ingenti fide latronis taceo cuius non mediocres partes. Lege Orationem Gordij martyris, quā ſcribit Baſili⁹ mag. Nec ſibi in ea re ſatis faciēs/etiā filias Hirlm i fide retinere ſatagit: eas oīs in ſpē pulcherrimā ſuo exēplo inducēs. Videtis (inquit) filię Hirlm: vt filius meus vnigenitus electus ex milibus interijt: vt hi artus/hæc brachia (quibus me olim amore quo filij ſolent complectebatur) in officium omne &

vltramūdanam gratitudinē emortua sunt. tū hac vna spe recreor, & vos recrearī meo instituto velim. Futurum nāq; est: vt leua hæc quā cernitis sit sub capite meo, ne lāguida & deficiēs collabar & dextera, qua cœlos stringit & continet, amplexabitur me: in me vero oēs electas animas. Tertia siquidem die, resurget o filiæ Hierusalem & apparebit non solū mihi sed multis & plusq; quingētis fratrib⁹ simil: nouissime & velut abortiuo ipsi Paulo quē persecutorem maximū Xp̄m cōtuebiminī. Denicq; vas electionis, qui portet nomen dñi per vniuersas gētes. Enarrabat illis diuina mater, quę cunq; post sanctā illam resurrectionem, succeſſura erant: quod eius apud inferos tum erat officium: quonā modo suæ diuinitatis obiectu & p̄textu illos paradiso & fœlicitate donauerat: vt expletis diebus. xl. esset in cœlum conscensurus, Deductu sturusq; captiuam captiuitatem. Quomodo sub velamento alarum suaꝝ esset vniuersa p̄fecturus: illa sua incōparabili hūanitate cœlo inuecta cū inenarrabili assensu & plausu oīm. Leua (inquit) filij mei diuitias, gloriaꝝ, & exaltationē consequar, ego o Adolescentulæ sorores meæ: ipsa vero eius dextera regnum & immortalitatem tandem nanscisscar. Longitudo dierum (ait Salomon) in dextera eius: diuitiæ & gloria in sinistra illius. Hęc sacratissima filij mei donaria sum consequutura tametsi mœrore pene deficiens sim. Cæterum sua leua, me omnem sustentabit: & in me omnes. Erat namq; ipsa mater domini mundi regina: & totius ecclesiæ admirabile post Christū caput. Id quod affirmat Albertus cognomento magnus. Quod si suo nos dignaretur fulcimento, vniuersum corpus recrearetur. tantum est capitis in omnia membra robur: tanta eius incomparabilis vis. Et videnvt alia ratione ista pulchræ proximis respondent. Quærebat fulcimenta florum & malorum antea sponsa & domini mater: at meliora sperat: meliora in præsens, ob incredibilem liberalitatem sponsi, assequitur cum a diuinitate: q̄ illam singulariter p̄tegebat, vt dicere posset. Protexisti me a conuētu malignantium: & a multitudine operantium iniquitatem Ipso tum domini corpore emortuo: ipsi diuinitati consūcto. Est leua in diuinitate: est etiā, sed secundum efficientiam dextera: quibus oībus fulciebat ipsam matrem suaꝝ: gloria & honore illam insigniens & immortalitate & beata vita illustrans, constituens eandem super opera manuum suarum. Sunt omnia, in diuinitate eminentius & incomparabili ratione: vt nihil virtutis in quocūq; sit: quod ibi prius non inuenias nec leui hęc distinctione absoluenda: vt fit: sed altius suspiciendа, ita pulchrę admonet Ioan. Picus a mirandula in lib. de ente & vno. Potiora sunt bona, q̄ dextera significantur. at illam totam ambit matrem super omnes electam & p̄electam ante mundi constitutionem: quæ esset mater domini & virgo. cuius merita & virtutes omnium longe antecellerēt merita insignia virtutū siue illa infula sint, siue cōquisita. At videamus quę nā sunt diuitię aut gloria, quibus illam honorauit. Cētuplicatam mercedem in Euangelio a domino promissam, bona spiritualia intelligunt: & nos hoc loco diuitias in eū modum accipiam⁹. Aucta igitur huiuscemodi diuitijs non modo a domino sustentabatur: sed de more eiusdem sponsi sui, ipsum etiam ipsa fulciebat corpus ecclesiæ: atq; vnamquamq; singulariter virginem in sortem domini ascitā. recreabatur pulcherrima & sanctissima virgo sui p̄stantissimi filij vtcūq; emortuis brachijs, nunc sub capite, nunc vt se forte complecteretur illa in eum situm collocans & ad litteram forte huiuscemodi proferens verba. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Sunt hæc adhuc quāuis emortua brachia, pulchritudine tamen decore, valore q; vniuersum mundi decorem formam & p̄ciuꝝ superantia. Nec enim corruptioni sunt obnoxia, q̄ ipsi imortalitati nectūtur & ipam p̄merita sunt. His ego magis recreor q; vniuersis aut malis siue melijs, aut floribus, pulchritudinē e cūico corpore nactis. Erit hæc crux q̄ hūc viuētē & mortuū portauit: quā o filię Hierl'ę cōtuemī i maximā vniuersis vobis & eccl'iæ dñi imaculatę gl'iaꝝ in mirabilē venustatē. Illa & virtute diuina vniuersa p̄ficient sacramēta oīb⁹ (ait Cyprian⁹) sacramētis largitur effectū, contrarias etiam abigit potestates. & eius non semel encomium prosequitur Antiochenus. Singulare ipsa scutuꝝ fide: & gladius spūs, romphea acutissima in oēs superādos hostes. Erit etiā & sepulchrū qđ hæc tandē continget mēbra, glorioſum. In id visendum ex vltimis finibus p̄perabunt adoraturi, accurrent non paruo defuncti, sꝫ nunc viuentis, pertracti stimulo, & tantis illicib⁹. Quin ego igī eius mater & singularis sponsa dilecta etiā his venerādis stringar vlnis: quin istis fulciar, ego manibus, q̄ vniuersum & metiri & producere possunt ipsum etiam restaurare & recreare vobis vtriscūq; ista cedent in mirabilē gloriam, in diuina fulcimina & tutelā, vꝫ alterutras seruator ipse seruabit: si quidē in fide & in charitate & sanctissimo vnigeniti mei amore p̄stiteritis. Nūc par est ab hoc die, & amice vos inuicē cōnecti. Quod si p̄ter hæc q̄cūq; vīm discessionē fecerit, aut iniuriā tētauerit hisce, & vnigenit⁹ filij me⁹, & nos in fidem & supuenerāda atq; vltramundana munera seruatę hostes erimus. Ego vnice ab eo protecta sum: quib⁹ olim me cōplexib⁹ viuens dignat⁹ est, haud indignatur de funct⁹. Ipse me & diuini

tate & tota humanitate ſua totam ambit, & q̄ aliꝭ haud conueniunt: mihi nō parum aſtipulātur & q̄cunq; meliora immodice quadrant. Nulla in his amplexibus filij mei puriſſimi & immaculatiſſimi ſuſpitio eſt: aut vlla eſſe potuit vnq;. Tū ipſo iure materno: tum qđ vterq; īmaculatiſſimus eſt. Hæc ſi fortaſſe ad verbū in alios exponēdum dicas: auferendos prorſus huiuſcemodi nocentes verborum fumos autumāt atq; in ſpiritus poſthabitis liniamentis confeſtim euolandū. In me vero etiam ſi corporaliter explanes: nihil erit detrimenti. Hæc pīſſima eius gr̄a introduximus venerandę mr̄is verba. Quā obrem plr̄icq; etiam vetuſtiſſimi in ea fuere ſententia: vt epithalamiū vniuerſum in perſona matris p̄cipue explanaretur in quā ſententiā nos pedibus iuimus. Hæc vtcūq; in eius laudes interpr̄etaturi. Potes magnanimitatem & ingentem cōſtantiam matris ſuum filium p̄ cruce & tāto ſuggeſtu pendentem contemplantis interp̄tari q̄ de more Abacuch, luctatrix fortis & rigida ſtās ſuper cuſtodiam ſuam: figens (vt quidā ait) gradum ſup munitionem ſuam: hoc eſt ingentia fidei fundamenta: illa ſuſpicit brachia in ſalutem oīm extenſa in amplexus p̄cipue diuinę matris: in ſanctificationē benedictionem & veniam oīm: & ait. Operuit cœlos gloria eius: & laudis eius plena eſt terra. Cornua in manibus eius. Ibi abſcondita eſt fortitudo eius. Ibi in illis ſanctis ei⁹ manibus, omnis poteſtas, imperiū, & regnū. Hac vna ſua dextera ꝓtexit me matrem: & in me oīs Hieruſalem filias tutabitur vt dicere tametſi tantis mœroribus afflictata poſſim. Leua eius ſub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. Vtraq; mihi pro dextera eſt. Siquidem nec in filio meo vllum ſit ſiniſtrum: vt in plr̄iſq; ſanctarum Scripturaruꝫ locis annotant eruditi, tātum locum Ioannis afferem⁹: Vbi crucifixerunt eū (inquit) & cū eo alios duos hinc & hinc, medium autē Ieſum. q̄q; in Marco ſcriptum ſit vnū a dextris & alium a ſiniſtris eius. tñ Ioannes ſpiritualium ſacramentorum admirabilis coniector id quod alij ſiniſtrū vocant tacet eo ſilentio: nos in ſpiritales anagogias deducens, ſiniſtrū ibi in Marco, dextrū intelligas, niſi intelligamus malum Latronē a ſiniſtris fuiſſe. Cæterum Ioannes morē obſeruat antiquuꝫ in Exodo ita legimus. Duos quoq; Cherubim aureos & productiles facies exvtraq; parte oraculi. Cherubī vnus ſit in laterere vno & alter in altero. obſeruat Origenes nihil ibi ſiniſtrū eſſe. Idē q̄q; in Eſaia in Seraphī duob⁹ cōꝑcias. ſex alę vni (ait) & ſex alę alteri. Mihi p̄cipue vtrūq; dextrū fuit ait pīetiſſima virgo & mr̄, ſiue dilecta & ſpōſa ſiquidē ei⁹ in me collatę diuitię: illa etiā chariſmata ꝓxime gl'iaꝫ cōtingerēt. oīa optima maxima ī me erāt. Quia fecit mihi magna, qui potēs eſt: & ſc̄m nomē ei⁹. Leua ergo ei⁹ ſub capite meo: & dextera illius āplexabitur me. Solent q accūbere volūt: leuam ſub capite ponere: q̄ quieſcēte, vbi ſenſus oēs: poſſint totius corporis partē qete pfrui. Antea qeuerat ſub vmbra illi⁹ ſpōſa & mr̄: nūc meliore ꝓfectu, in ſinib⁹ reqeſcit filij. Leua ſub capite illi⁹ poſita: ipſo vero, eā, tota dextera cōplectente. Vt dicere poſſit tanta quiete pfruēs. Ego dormio & cor meū vigilat. Sōn⁹ iſte quidē ſpūalis erat. Mira nāq;: & ſecreta myſteria toti⁹ redēdtionis & repatiōis nr̄ę intellexit. Efferebaſ incredibili lętitia: ſimul fidib⁹ doloris & ſingularis lętitię inſtā diuinę mr̄is aīa reſonantibus. Exiſtimādū quippe eſt: diuinitatē illā nūq; a ſua deſeruiſſe dſtectiōe: q̄ pacto, nec aīaꝫ & corp⁹ deſeruit vnq; diuinitas. Illa fœlici vnione iugiter manēte & tū ipſo ꝓ cruce pēdēte aut defuncto, lōge q; prius admirabiliora fuiſſe prodita myſteria. Dormiuit Helias ſub vmbra iuniperi. dñm Ieſuꝫ, & fragrātia & fruct⁹ ſalubritate ſignificātis. Dormiuit Ioānes in ſinib⁹ dñi, myſteriis nō paucis admirabilis redēptiōis illi retectis. Quid nō ꝓditum fuiſſe diuinę mr̄i exiſtimādū eſt: totā illā ipam ipacū humanitate tū diuinitate cōplectēte. Vt nō iam diceret. Sub vmbra illi⁹ quē deſiderabā ſedi: & fruct⁹ eius dulcis gutturi meo: ſed in ſinib⁹ filij mei, huiuſce redēptiōis, vtcūq; cooperatrix requieui: mirabili ſomno recreata ſū: & diuiniſſima nec antea ītellecta p̄cepi myſteria. Hoc ipꝫ mr̄is ſup oēs īcōpabile ꝓuilegiū. Vt meliore lumīe diuina cōſpiceret: nedū fide tm̄, & pene ipſovnigenito ſeſe ſibi ſub luce q̄dā obiciēte. Lege Albertū cognomento magnū. Sed breuitati ſtudētib⁹ ad reliqua progrediar, gratia dñi Ieſu cui cuꝫ patre & ſpū ſancto eſt honor & imperium. Amen.

Libri Secūdi. Homilia. viij.

ADiuro vos filię Hieruſalē p capreas ceruoſq; cāpoꝝ, ne ſuſcitetis nec euigilare faciatis dilectā meā: quoadu ſq; ipſa velit. Erat ſomno, mirabili correpta: ipſo filij cōplexu dei & hoīs mr̄i: ipo quidē ſup ipꝫ eūdē innixu. Ingreſſa eſt in cubiculū, ingreſſa, in ſecretiorē cellā, in triclinīū adhuc, atq; inter medios ipſius filij cōplex⁹, nō exteriores modo ſed internos. Vt de more āgelico corda, cordib⁹ cohererēt, mutuo lo q̄renf, quaſcūq; diuti⁹, & bona q̄cūq; in cōe conferrent. in pticipationib⁹, nihil videretur filij præcipuū: quin in ipſam largiref matrē. Vt cōis amor (ait quidaꝫ) ſic & cōia cunctis oīa: vt in pelagus grande redundet amor, ipſis pr̄cipue coram oīa in ſilētia ſunt eoꝝ voces. Ipſo ſilentio loquēte & dicēte. Tibi ſilētiū deus in ſion idq; paſſiōis & illi⁹ īcōpabilis exceſſus pr̄cipue tp̄e. Vt iuxta magni-

tudinem tribulationum consolationes illam lęti-
ficarent sanctam & fœlicem animam. Recensebat
tum in ea altissima ecstasi & incredibili in diuinita
tęꝫ excessu flores beatissimos, & lõge fœliciss̃imos
fructus, pro illa arbore vitę pendentes. & penitus
conualle virenti inclusas aias superumqꝫ ad limen
ituras, lustrabat studio recolens. omnẽqꝫ suorum,
forte recẽsebat numerum carosqꝫ nepotes fataqꝫ
fortunasqꝫ diuinam ſcꝫ dispositionẽ & ꝓuidentiã
virũ manusqꝫ moresqꝫ cõmunis matris & filij hęc
erat delectarum aiarum supputatio, & delectus.
Quam cernens filius idemqꝫ spõsus altissimis ex-
celsibus & tanto cõplexu quiescentem: vt ingẽtia
miracula in eadẽ essent, ait. Adiuro vos filiæ Hie-
rusalem per capreas (quas ἀγρικάδας vocant) cer
uosqꝫ cãporum: ne suscitetis neqꝫ euigilare facia-
tis dilectam meam? quoadusqꝫ ipsa velit. Difficile
est hęc verba vt alia plęraqꝫ in diuinam parentem
explicare. sed de dño Iesu fiduciam habentes, ten
temus explanationem, qualẽcunqꝫ: & si nõ aurũ
non argẽtũ nõ gẽmas in donatiuum dñi cõferre
possimus: tñ vel ipsos pilos aialium offeramus. de
more viri pastoris sepius inhabitantis siluas & cã-
pos loquitur. Assumit aũt q̃ digniora visa sunt, vt
quũqꝫ primum oblata. In capreas quidã sanctissi-
mos Patriarchas & Prophetas interꝑtantur. Illi
qui dẽ capreę fuerunt ob diuinas & iuges medita
tiões & sanctissimos cõtẽplatus. Ferunt capreã a-
cutissime videre inde fortasse nomen grẽce sorti-
tum habereqꝫ in interaneis, q̃ maxime vidẽtes effi
ciat. Audi quid dicit dñs de Abrahã vidit diẽ me-
um: vidit & gauisus est. Alij quoqꝫ sãctissimi Pro-
phetę ꝑcipue de diebus Messie & duplici dñi Ie-
su aduentu loquuti sunt: desiderarũt multi ipsi? te
stimonio dñi, tũ Prophetę tũ Reges videre dñm,
ob eam forte causam videntes nuncupati. Intelli-
gebant eñ: q̃ loquebantur: neq̃qꝫ (vt quidã exi-
stimant) illoruꝫ mysteriorum neſcij. Hoc quippe
prorsus falsum est. Cerui erat campoꝝ: sancti prę
cipue Patriarchę qui in dñicę synagogæ cultissi-
mo cãpo degẽtes erãt: haud quaq̃ in asperrimis in
fidelitatis iugis aut conuallibus. Et obserua quod
dicit campoꝝ ceruos: tametsi vt alię ferę in siluis
habitent, quare vt spiritualiter hæc oia itelligi de-
beãt facile admonemur. Cicures quippe & dome
stici dei agrum ecclesiæ nedũ synagogæ cultissi-
mũ, incolebant: in sulcis iam euangelicę ecclesiæ
semina serẽtem spiritalia: de more cerui dulcissimo
cursu e cãpo, veteris synagogę in ecclesiæ, cultissi
mũ agrum prætergressi. Narrant etiam hoc gen?
aialium in montibus habitare: & superuenerandi
patres in montibus diuinę contẽplationis assidui
erant, diuina, q̃ sub velamento a dño tradebantur
apertissime intelligentes mysteria. & viden vt alio
quin montana animalia, tamen in campis eccleſię
habitant. Arduissima quippe euãgelica mysteria,
in lege erant & paucissimis nisi spiritualibus viris
intellecta perula. At lõge clarissima in eccleſię cul-
tissimo campo oia erant. Vt sub lege positi, magis
libertate euangelica perfruerentur. quidã vt in se-
quentibus dicemus campos ipsi ascribunt synа-
gogę, & asperiora ipsi eccleſię sed prędecedens sen-
sus planior est. Et obserua, vt illis ad quas loqui-
tur verbum, consentiens iuramentũ sumit. Maxi-
me venerabantur suos patres, filię, & oẽs animæ
Hierusalem terrenę ſcꝫ. Propterea consentaneum
iuramẽtum suscipit: quo magis illo, moueat. Hor-
tor vos, obtestor etiã, per Patriarchas vestros &
Prophetas, ne suscitetis neqꝫ euigilare faciatis dile
ctam meam, q̃ vestra etiam cõparticeps est, a san-
guine etiam Patriarcharũ & Prophetarũ descen-
dẽs, ne inqꝫ illã suscitetis ab ecstasi: qua a cõceptu
meo donata est. Quæ siue eius diuinus raptus &
mẽtis excessus cessabit nũqꝫ, quousqꝫ meę consen
tiens voluntati, solutis huius, quibus detinet vin
culis: in meliores ꝑfectus & diuiniores visiões cõ
conscendet. Vbi perpetuis donata vigilꝫ haud
amplius dormitabit, neqꝫ dormiet: altera custodi-
ens Israel. Semper sine nocte vigil: sine lumine lu-
men semper habens. Omnibus illa quæ nunc vo-
bis quiescere & dormitare videtur vigilabit: omni
bus fructum inenarrabilem (& si nunc plurimũ)
afferet. Nunc incomparabili somno perfruitur: to
ta sensibus, emortua est: mente cœlesti & pulcher
rimis eius functionibus perfruitur. Mortua citi-
mo mundo: mirabiliter viuit extimo. Ante meum
egregium & perqꝫ illustrem conceptum: angelica
vita viuebat: nunc meliore conquiescit somno:
mihi dormiens mihi etiã vigilans. vt sępe mea imi
tatione inclamet. Ego dormio: & cor meum vigi-
lat. Hic somnus, omnes longe antecedit vigilias,
Vt meę quietis, mei somni comparatione, ego vi-
gil cęteri dormientes putẽtur. Tali suæ matris dul
cedine somni, captus filius, simul etiam, sed amo
res conquiescens, de more incomparabilis aman-
tis mentes angelicas filias quoqꝫ ciebat Hierusalẽ
adiurabatqꝫ per capreas ceruosqꝫ camporum eo-
rum nimirum qui in campos cœlestes admitten-
di essent. Ne suscitarent neqꝫ euigilare facerent,
dilectam eius quoadusqꝫ ipsa veller. Ipsa (inquit)
meis perfruens complexibus: nulla amplius eget
opa vestra. Ne igitur interpellate illã illuminatio-
nibus, aut perficiendi muneribus vestris: quam
abunde ab vbertate domus meæ ego repleui. Vt
satiata mirabili excessu, vobis iam iam designata
totius curię cœlestis regina, possit abunde dona-
re, & tãta largiri munera. Vos ipa suis q̃ꝑ diuinis
illustrationibus & absolutis mũeribꝰ tãdẽ afficiet.

Ne igitur/niſi cū omni reuerentia & honore illaꝫ contingite neve eius vos meritis coęquate/quam ſpūs ſanctus a me & meo patre miſſus adumbrauit. Sub illius vmbra & velamento alarum illa cō/quieſcens, ſub ſinibus verbi dormitans, eius quidem verbi, qui cuſtodit iſrael. Nō talis vmbra cō/ceſſa patribus, tametſi in nube per diē atcꝫ in igne per noctem fuerint deducti. Meliora meę matri in cōparabiliter illos antecellenti debētur. nuſcꝫ eīm enarratio de alio in eloquijs eſt: ſpīm ſanctum ſuper/ueniſſe & adūbraſſe illū. At totis alis extenſis duo Cherubi q̄ verbum & ſpūs (p̄mo quidem ſenſu) ſanctus interp̄tātur, vel ab ipſo Hieronymo nedū Origene, non ſolum p̄ppiciatorium ſed ipſam etiā arcam adumbrant. Arca vero interius exteriuſcꝫ plurimo auro coruſcans interna externacꝫ venerationē inſignis/mater dñi eſt, tota de verbo & ſubſtantiali amore interi? exteriuſcꝫ decora/ſicut Hieruſalem incōparabili fulgore p̄minens. Hāc mire & ſingulariter verbum & ſpūs ſanctus illuſtrant. Vt dicere poſſet. Cuſtodi me dñe Tetragrāme/vt pupillam oculi: ſub vmbra alarum tuarū protege me: & in velamento alarū tuarum exultabo: adhe ſit aīa mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua. Ipſi vero inuanum q̄ſierunt animam introibunt εἰσ κα θότατα τῆσ γῆσ μέριδεσ αλλοτρέχων ἐσσονται hoc ē in inferiora terrę partes vulpium erunt. Didicerat forte/illa aſpirante diuus Cyprianus in hęc verba orare Hagios, Hagios, Hagios, ſancte ſanctorum pater patrum noſtrorum, deus Abrahā, de? Iſaac, deus Iacob, deus & pater dñi noſtri Ieſu chriſti filij tui te inuocamus ſupplices. Et ſub die paſſionis ſuæ dñe ſancte pater, Hagios deus, Hagie & Hagie deus meus. Quis eīm maior te, tibi gratias & laudem gero, & diua Martha. Adonai dñm Ieſuꝫ in ſuſcitatione pueri inuocat. ſed redeamus ad rē. Viden ſi iſtud poſſumus referre in filias Hieruſalē/perturbatrices & tantę virginis puritatis vtcunꝫ temeratrices: quas in eūdem modum hortatur & cōmone facit dñs: & ſi nō pareāt/tādē vindicaturus. Ne igitur o vos qualeſcunꝫ ſuſcitetis aut euigilare faciatis dilectam meā: donec ipſa velit/hoc eſt/ne in eam manus temerarias & nimiū in ſanctam dearum audētes/ponite: ne tētate q̄ſo in horrendum facinus: vt in vitam eius quicꝫ cōmittatis. Satis illa meo tam duro martyrio perpeſſa: & continenter vel ab exortu/illo eodem corā poſito affligitur. Velim illam totam in me/haud quidem in ſe pati. Mea quidē corona lętior & vberior eſt: & ſua eſſet. Ego & illa vnū ſumus: vnum vtriuſcꝫ martyrium erit. Velim ego & illam ī pulcherrimis & vitę & mortis & tantarum rerū geſtarū exceſſibus/& ſanctis extaſibus/immo mirabili & diuino ſomno perfrui. Vt dolens gaudeat: & non parum ob tantos tamcꝫ vberes fructus lętata tñ mœreat: hac ſua mire reſonante in vniuerſam ſalutem lyra: toto ἐναντίωσ. i. ex aduerſo illi/mundo & mire reboante. Illa quidē vigilia/illa tanta ſuſcitatio egregiſſima morte pta: ſibi vita eſſet. Cupio ego amplius ipſi illā eccleſiæ mœreri: opto ego tanti Apoſtolici ſenatus auctricez ductricemcꝫ de more meo eſſe. Et ceſſans nūcꝫ a diuis illis cōtēplationibus: tñ inſtituet atcꝫ docebit oēis, vtramcꝫtuꝫ actiōes tū diuinę cōtēplationes vno lyrā cōtēplās plectro matutinis & verſpertinis obtutib? illuſtris: angelicis atcꝫ ſup̄mis aſſidue perfūcta mūeribus. Aioth ambidextrū ſctiſſimūcꝫ referēs: imo vero illi? pulcherrimum exemplar ὃν ideſt agens exiſtens cꝫ. Cernet illa hac tantilla mora, vt res eccleſiæ cꝫ pulchrę/ſeſe habebunt. Iuſſis parebunt matris etiam ſuprēmi ordinis patres. Media quidē illorum erit me quocꝫ exprimens filium mater: fungetur cꝫtū par erit/omnibus muneribus meis. Illam nēpe decet incōparabilis ſanctitudo. Hæc erant verba filij & ſponſi in filias Hieruſalē: ne ſuſcitarent, quoaduſcꝫ ipſa volent. Sua nēpe voluntas diuinę erat per oīa ſimilis. Cōſcia quippe diuini erat conſilij. Diumas habebat eaſcꝫ frequētes reteſtiones: qui eius erat optatiſſimus ſōnus. Audiebat, videbatcꝫ in eo exceſſu filium mater: diuinam narrantem & prodentem totius Eccleſiæ inſtitutionem. Continuo apparebāt varijs ſub vultibus ora plurima diuinorum in vacuo pēdentia cœlo: multacꝫ de cœlitū gloria & de principe diuū fantur. Talibus plurimum perfruebatur cꝫ diu vitā egit totius Trinitatis illapſibus atcꝫ in pulſu/& diuino quodā cœleſtium aioruꝫ incolatu admiranda immiſſione vt ipſa in illis & contra illi in ipſa eſſent. p̄cipue vero aſſurgebat in adorabilem Trinitatem, illam triada regalem, (vt ait Chriſoſtomus) dignitatem, immaculatam naturā, in dñabilem dominationem, in ternario gloriam habētem, cui reſpondet virtutum diuinarū nūerus in terra/& vt pulchræ dicit Nazianze. Aſcendebat omni voto in diuinā illuſtrationem, cui? maximum, patris & filij & ſpūs illuſtratio, primaria fidei noſtrę cōfeſſio. Poſſem? aliam fortaſſe tentare explanationē vt ad citimas filias Hieruſalem/diuinas tñ/verbum fieret. Nevi delicet a tanta contēplatione & cœleſtium meditatione, illam puriſſimam matrez decidere conge/rent: atcꝫ vniuerſum poſt filij Aſcenſionem, iſtat illarum peragrate. vt perinde, atcꝫ Apoſtoli, omnibus p̄deſſet. Nolim (inquit filius idemcꝫ ſponſus) vt ſuſcitetis aut euigilare, a diuinis ſuis contēplationibus cogatis illā: quoaduſcꝫ ipſa velit. Viden vt liber & diuinus hic ſomnus: nulli naturali neceſſitati ſubiectus, ſed tñ voluntati, & ob eam cauſam cœleſtis: haud citimus ſomn? erat. Nolim

illam (inquit) vestro subiici arbitrio, q̄ omnium regina & princeps est. Vobis ipsa imperabit, tm̄ vos eius parete iussionibus. Sanctioribus illa fulta est illustrationibus. vos ipsa instituet, & totā ordinatissima ipsa ordinabit ecclesiam. Plus ipsa mētis excessu & tantis suæ diuinę voluntatis honoribus & diuis supplicationibus ꝓderit: ꝙ corporali progressu. Non decet matrem meā fines progredi Iudeę: vt nihil sit in quo non videatur suū vnigenitum imitata. Nā & ego haud destinatus fui nisi ad oues q̄ perierunt domus Israel. tm̄ illis ego missus p̄dicaui verbum: tu regina mundi tuo vnigenito & verbo æterno oīa instaurasti, vt in illo quēadmodum antea diximus) es passa: illum vnigenitum veluti p̄sentem contuebaris. Non decebat de more filij fines excedere Iudeę, ego in eas olum diuinam p̄dicationeꝫ exercui: & tu admirabilem institutiōem. Illam igitur (quoadusq̄ velit) eam ibi finite radios illa in vniuersum emittet. Et obserua si forte in hanc intelligētiam adiurat illas per capreas ceruosq̄ camporꝫ. quod ex illis dominus Iesus Xp̄s ort⁹ esset: & summi parentis typū vicēq̄ gerebant adeo vt id iusiurandum p ipsum potius parētem in patribus relucentem susceptuꝫ videretur. Erat ille quidē, veluti exemplar in illis, id quod dicimus, ne ipse, cōtra ipsum suum præceptum cōmisisse videretur. Ne per creaturā quācūq̄ inverba iuraret quisq̄: in diuinuꝫ nomē iure iurando: idq̄ haud quidē frustra, permisso. Possumus vt sequentia magis quadrent, difficille quippe est sensum mysticū auctore Hieronymo, p singulas partes pro sequi, cui astipulatur diuus Antiochenus in cōmentarijs in Mattheū. sufficere eī ex parabola vel allegoria: id quod præcipuum est menti spūue assequi, scrupulosiore indagine prætermissa. At hic non tā allegoricus ꝙ litteralis: Si virgo dñi mater in ecstasi mentis vnq̄ fuit: hoc illi p̄cipue euenisse, passionis dñi tempore: dum tanta salus illa eadem dñi passione, secūdum oēm dispēsationem & efficientiā orta est. In illis sacratissimis excessibus, cōtemplabatur delectarum aīarum numerum: vt sanguine agni secūdum qd̄ dicit Ioannes in Apocalypsi dealbatę essent eedem cœlestes aīę: diuūq̄ in nomen iturę. Quo pacto illius sustentię merito in meliores gradus conscenderent. quonāmodo plures forent ꝙ fuissent illa intercedente passione designatę invitā animę. Sic namq̄ p̄uisum erat. Media siquidem, vt fines p̄uidentur: vt non sit talis aliquis finis sine p̄cedentibus cū supplicibus votis, tum meritis. Iunge dñi merita: coge in idem cū tuis videbis sane oē cremētum oēm lucem a dñi excessu deriuari. clausa erat cœli ianua tantum, eo sanguine reserata. Cernebat vt plures illo tātum merito in vitā irent: vt parvulorum lauachro insignitorum aīæ, eodem Christi merito haud suo peruenirent ad regnum. Et audita crucis p̄dicatione: vt ex gentibus plurimi in fidem reciperentur. Hi erant sanctissimi & longe meliores virginis cogitatus. Abs quibus nolebat vnigenitus dei filius illā ex suscitari: quasi (id qd̄ magis verissimile est) sederet clausa & tacita quo usq̄ dñs resurgeret: nullis tum forte impedita cōgressibus filiarꝫ Hierusalez, dicto dñico parentiū. Adiurauerat siquidē illas in eū quem diximꝰ modum. Adiuro vos filię Hierusalem (inquit) per capreas ceruosq̄ camporꝫ: ne suscitetis neq̄ euigilare faciatis ab his diuinis excessibus dilectā meam, donec ipsa velit. Nouit eī quo tēpore resurgere debeam, tum excitabitur in oīz salutem: cœlites tum accurrent Angeli consalutaturi. Salutabunt & filię Hierusalem citerioris, Iam designatę, congratulabuntur meę parenti: audiēt diuiniora quædam: q̄ primum illa a me vt par erat audiuit. Iuramentum (vt antea per Prophetas & Patriarchas veluti videntes & in salutem oīm errantes) susceptum est. Et quod in illis veluti typis prototypon esset: & cata analogiam de Ecclesia & p̄fecta quacūq̄ differas: gratiā dñi Iesu cui omnis honor & gloria. Amen.

Libri Secundi. Homilia.ix.



Ox dilecti mei. Ecce iste venit saliens in montibus transilies colles. Similis est dilectus meus capręꝫ hymnuloq̄ ceruoruꝫ. En iste statpost parentem nostrum: respiciens perfenestras: prospiens per cancellos. Inenarrabilia sunt diuinarum rerum sacramenta: vt de illis dicere: sit de inefabilibus quo quo pacto differere. & velle inefabilia & immensa oratione complecti: est lucē immēsam in tenebris q̄rere, aut magis lucē tenebris velle complecti, aut tantilla luce concludere, imensum solem. Res maiores mente sunt. Et ipse p̄clarę conceptiones, oīm nem eloquutionē longe antecellunt. Diximus antea reginam mundi & angeloꝝ dñam, oīm meliorū personarū, vicē gerere, immo vero oīm scd̄m quoddam exēplar esse. Est namq̄ dña Angeloꝝ, & ad dexteram cōsidens filij: & ob eam causam relucentibus oīm angelorum & cœlestium aīarum in ea meritis oībus, purgans illuminans & perficiens, adest, singulis insistit, Vicem gerit & citimę & extimę iam triumphū agentis ecclesię. Est illius aīa illustrissima, decorem & gloriam habens: pulcherrima & omni ornata virtute. Et pinde vt anima sponsa dñi ad suum dilectum & sponsum sese habet, quid plura, mater dñi est. Filia sanctissimæ

Trinitatis est: atq; singularis sponsa Spūs sancti: quam videntes filiæ Hierusalem prædicauerunt & laudauerunt eā. Oīa igitur illi mirifice conuenire, nemo est qui dubitet, veluti omnium diuinos honores continēti. Et quicquid in singulis p̄cipuum & singulare est hoc totuz in Maria est, & celsiore illa & perfectissima sponsa. Porro illa eadē sup oēs exaltata, singularia habet priuilegia: cęteris oīb⁹ meliora. Vt totū diuinū esset qcqd in ea cēt. Præterea vt sensū sensui nectamus: credibile existimāt dominum post Resurrectionē perfecta in p̄fem salutatione suæ primū consalutaturum occurrisse matri cui eñ cum reuerentia dixit id qđ pro sacris concinit ecclesia. Salue sancta parens enixa puerpera regem: qui cœlum terram q; regit in secula seculorum. O virgo benedicta super oēs feminas: respice gloriā meam: quā sum tibi donaturus: tuis etiam intercedentibus meritis, oībus electis animabus. Quibus te præfeci: quoz causa salutis maxima es. Excitare a somno: excitare ab ecstasi: ab illa nimia meę resurrectionis spectatione: q̄ mixta mœrori plurimo erat. Nunc plena gaudijs & lętitia inenarrabili, oīa sint. Siquidē nulla supersit mę roris occasio: per me salute mundo reddita: oībus electis qui in morte mea consepulti erāt, in me etiā resurgente resurgentib⁹. nihil ꝓfuisset p̄clara occumbere morte: nisi etiam in vitam eamq; gloriosam exurrexissem. Omnis spes & fide amplior, simul cū ingenti charitate illis reddetur: tibi primū omni gloria delata: omni honore (vt par est) per me reddito. Vt ex tua etiam gloria non parū imit desumpturi. & crementi & honoris vniuersi. Hoc ĩterea te munere dono, vt me possis his q̄q; mortalibus oculis tuis videre quo pacto gloria & honore omni munere diuino longe clariore coronat⁹ sum. Latebāt hæc antea ipa tota gloria, in fontē ipam vez aiaz sese recipiente, haud quidē in corp⁹ diuina haud dubie dispensatione, atq; humani generis reparatione exigente tū effluente. Nunc passim ꝓdita est & per vniuersum corp⁹ suapte natura effusa. Isto etiaz a me cumulaberis beneficio: vt sis meliori euecta diuinoz cognitiōe inenarrabili iucunditate & proinde cœlesti beatitate reddita: q̄quomodo particeps cœlestiū. Euehere mater, in cœlestes aulas: nec id modo: sed ordines & increbilem dispositionem. Respice totius ad me venturę ecclesiæ ἔυταξίαν .i. ordinis, si eruditis credimus conseruationem. Vt minores & maiores sūt animę, in diuinas mansiones paratę: immensa sapientia mea hanc miram diuersitatem efficiente diuino etiam munere in minoribus relucente: quo in eo ordine pulcherrimæ sint. Ipsa extima ecclesia, eo incōparabili ordine in cōsummati⁹ aliquid & perfectius exurgente. Vt si vniuersum conspicias vix possit melius habere. Nec optabunt infimi meliores gradus: siquidē in eo ordine, vniuersæ & q̄q; optimę pulchritudini officiū p̄stent: præclara illa Platonis duo p̄cepta vnum, vtilitatē ciuium sic tuentur, vt quicquid agunt ad eam referant, oblīti cōmodorum suoz: alterum, vt totum corpus respub. curent. Metaphorā corporis non semel prosequitur Apl̄us. Nazianze. de moderādis dispu. Et in ecclesijs diffiniuit, vt esset qđ regeret, & qđ regeretur, & quodq; corporis mēbrum ad vsum elegantēq; proportionē totius & ita vniuersale q̄q; suuz magis perspiciunt bonum dei etiā voluntatem plusq; suam, sunt monēte Cypriano, in lib. de laude Martyrum scl'o mortui. Qui cum Xp̄o regnaturi (ait) sumus seculo mortui etiam debemus. Sunt etiam per oīa imitatores dei. Vincitur ait conscientia, humilitatis exēplo & miratur toties etiam in patribus passum & q̄ tū cum paterētur acciderint. Sunt (vt quidam meoz dicit) viliora plęrumq; necessariora. Corpus nāq; mysticum, vniuersa ecclesia est. Et si oīa vnum mēbrum sint: vbi decor & pulchritudo corporis: vbi incōparabilis harmonia. Deforme quidem corp⁹ esset si omnia mēbra oculus essent. At suis diuersa apta locis, mirum est quantā pulchritudinem ex sese p̄beant, vt incōparabilis in illis relucet sapientia. Tu vniuerso eidemq; bellissimo prę fecta eris corpori. Hæc & talia immo vero multo diuiniora, q̄q; vt possit concipere humana mēs, erant vnigeniti in matrem suā verba. Contra vero illa velut a somno męroris & doloris grauissimo: q̄ filio etiā toto illo triduo cōpatiebatur: exuscitata ab interpellanti & salutante filio: oblita dolez oblita mœroris ait. Vox dilecti mei. Noui ego discernere inter spūs & spūs. Noui dei mei, ab Angelis discrimen facere: & q̄ antea non cōtenta tot angelicis illustrationibus, vnum vnigenitū dei filium in salutem oīm efflagitaueram, quē vnice osculari possem & totis brachijs, vt Symeon fecit, complecti: illūq; vnum eius morte a me, absentez desiderauerām: illius amplexus illius tā sancta oscula memoria repetēs: in p̄sentiarū q̄q; sopita graui somno essem audio, illum tamen quem ipe excessus, oīa deum fatebantur. dies fugit (ait Cæcilius) in nostem, atq; in tenebras lux cuncta, cōcessit: inclinato per alternas vices pondere terra cōmota dissoluitur, turbati manes, & reddita luci corpora restituerunt, fluxu sanguinis mūdus intremuit, scissa vela, templum at omne fugit, qui mortēdo arguit seculū. hęc ad Mosen & maximū. Vox inquit dilecti mei. Noui eius formā eius etiam vocem intelligo. Aduerte sacratissimam parētē matrem de more illorum qui e grauissimo somno ex suscitantur, priusq; videat, audit vocem aut in aliam intelligē

tiã cũ primũ dñs Ieſus media nocte ſiue ipſo dilu culo reſurrexit: vocem dñi gratias patri referentis audiſſe. Ipe namq; vt credere dignum eſt, primũ cũ omni ſanctoꝝ illorum conreſurgentiuꝫ curia, gratias egit patri, incredibili iucunditate & mira lętitia iubilos & diuina laudum p̄conia, in cœlum vſq; emittẽs. Efferebatur etiã dñs Ieſus admirabili in illis ſanctis (in quibus p̄ cuiuſq; gradu mire agebat,) lętitia. vt in his qui in potiores ſedes aſciſcebantur veluti in ampliſſimõ cãpo imo vt in mõtibus editiſſimis altiſſimiſq; ſaliẽs erat in colles vero hoc eſt minores veluti alioruꝫ comparatione tranſiliẽs: veniret tametſi iugiter & in illis eſſet & perpetuo reluceret. Prominebat in ea incredibili diſpoſitione totius ordo eccleſię: de gentibus cõgregãdæ. Id quod dñs in euangelio aperte dicit, cum eodem qui ſuccedunt munere donẽtur: quo olim patres donati erant. Nonne inquit denario conueni tecũ. Accipe quod tuuꝫ eſt & vade. Pro patribus (inquit) nati ſunt tibi filij: cõſtitues eos principes ſuper oẽm terram. Hęc vero in illa p̄ore, ad exemplar cœleſtis efformata eſt. Inſpice (inqt) & fac ſcꝫ exẽplar, qđ tibi in mõtemõſtratũ eſt. Ordinem ſuperiorum minimũ fortaſſe deſignans: in quem incõparabilem, vtriuſq; eccleſiæ ordo aſciſcendus eſſet. & vltimus iuxta priorem collocandus. Nec de corporibus modo hæc intelligę: Sed etiam de ereptis e limbo, e ſinu Abrahæ aiabus: in quibus & ſapientiæ ordo, mirum eſt, q̄ſtum eluce bat. Veniebant ſalutato ſummo parente, duce domino Ieſu totius eccleſię ſponſo: iterum diuinam matrem cõſalutaturi, quem incõparabiliter ſupra ſe (admirabili hoc agente vnigeniti filij ſui deita te) eleuatum ipſa dei mater cõtuẽs, vt ī illis eſſet, & contra illę fœlices aię ſuper ip̄m innixę atq; in illo diuina (vt aiunt) in manſione exiſtentes ait. Ecce vox filij mei, dñm & patrem ſuum vna cum tota ſanctarum aiarum curia collaudantis, incredibili iubilatiõe, inenarrabili iucũditate: tota plaudente ſimul & reſonante cœleſti curia. Conſpitio totius futurę eccleſiæ in illis ordinẽ & inenarrabilem diſpoſitionem. Ecce (inquit) iſte venit ſaliens in montibus, in illis videlicet montibus, de quib⁹ dictum eſt. Et montes in circuitu eius: dño p̄pter ea in ea re comparati: vt in munimentum eccleſiæ eſſent: perinde atq; illę in diuinam ſortem aſcitæ. Propter qđ ſubdit, Et dñs in circuitu populi ſui. Niſi forte illud in ſacramentum Trinitatis & vnitatis ſuperuenerandę, accipias. In meliores profectus ſaliens filius meus in mõtibus eſt: propter in gentiora & iuſtitię & ſapientię merita. In illis mire exilit incredibili etiam iucũditate ſupra cęteros illos afficiens. Nec indignatur colles, hoc eſt incipientes aut proficientes, vel qui tantillam charitatem habent: illos colles tranſilit: ſua illos viſitatiõe & ſacroſanctis ſtẽmatib⁹ dignatur. Eluxit namq; etiam in minoribus diuinarũ rationum admirabilis fulgor: & ſi minus fortaſſe, q̄ſ in melioribus, tñ eluxit. In hunc modum, in eccleſia q̄ de gentibus ſui ſanguinis merito cogenda erat futurus. Similis ait eſt dilectus meus capreæ hinnuloq; ſeruorum. Caprea acutiſſimi viſus eſt habet vt diximus etiã interranea, quibus viſus reſtauretur. Vnigenitus meus, deus verus eſt: ipſa patris ſapientia: infinitum videns oĩa mire penetrans. Viden ſingulare in eo obtutum vt quæ p̄terierunt & q̄ futura ſunt illi pulcherrime ſint p̄ſentia, immo quęcunq; fieri poſſunt ſuo ſunt obiecta numini, ĩmenſo ętermoq; verbum patris eſt, ratio, ſupputatio oĩm efficiendoꝝ cauſa, & ſingulare exẽplar, ordo omnis, & totius ętternitatis ars mirifica & archetypõ ipſum. Affert quoq; cęteris viſum. Nemo inquit videt patrem, niſi filius: & cui voluerit filius reuelare. Vis egregium ex caprea noſtra videre? audi qđ ad Philippum ait. Tanto tp̄e vobiſcum ſum & nõ cognouiſtis me. Philippe, q̄ videt me: videt & patrem meũ. Seſe offert ad videndũ in diuinũ colliſium, & videntes facit. Linit ipſos oculos, pulueribus ſputum infundens & videntes facit: ſed haud dubie illa virtute iſtis deſignata typis, q̄ de illo exibat & ſanabat oẽs. Similis etam (inquit) hinnulo ceruoꝝ. Ferunt qui de hiſtoria naturali cõſcripſere eam cernis eſſe naturam: vt venenata haud refugiãt: ſed vndis epotis venenũ extingant. Nec illi mortifera eſſe poſſent: q̄ alįs p̄ſentarį ſunt interitus, de quo canitur. Quẽadmodum ceruꝰ deſiderat ad fontes aquarũ: ita aia mea ad te deus. dominus Ieſus (ait ſponſa) ob ingentem humilitatẽ ſuam non ceruus: ſed ceruoꝝ hinulis eſſe voluit: qui de ſe dixit. Ego ſum vermis & non hõ oppro brium hoĩm & abiectio plębis. Exinaniuit ſemetipſum formã cerui accipiens. Et tã incõparabilis eius vnⁱ fuit humilitas: vt priſcos ſuos parentes, in ceruos contulerit. Se vero, in eorũdem patrum hinnuluꝫ. In hinnulis facilitas & velocitas eſt: vt curſu facile q̄cunq; conſequantur. At quãta in dilecto meo (inquit) facilitas manſuetudo & genuina benignitas eſt: vt neminem refugiat amantem: meliores pro minoribus repẽdens amores. Neq; me ancillam fuerit in parentem ſuam dedignata: tametſi paruulam & tenellam incredibilis illiⁱ fuit agilitas: vt p̄ oẽs cucurrerit veteris teſtamenti patres. Nunc illis inſidẽs & perinde vt in editiſſimis montibus ſaliens: nunc illos veluti colles trãſiliẽs. Fuit em̃ oĩs in oĩbus virtus, & ſingularis claritas: ſplendor & q̄dam gloria: quam initiatam vocant, vidiſtin hinnulum. Audi vt hinnulus ceruoꝝ eſt. Extinxit ſuis gratiæ ĩenarrabilis, clariſſimis vndis,

omne primi parentis, & totius posteritatis venenū: deleuit suo sanguine oēm maculam, morte integriorem (ait quidā. S.) fecit vitam, morte amissam inuenit gloriam, qua vna spes iam amissa percipitur, & salus cuncta reparat. De torrente veluti ille ceruus qui desiderat ad fontes aquarū bibens, ꝓpterea exaltauit caput. De illo em̄ p̄cipue dictum est. Quēadmodū desiderat ceruꝰ ad fontes aquarum: ita desiderat aia mea ad te deus. Susceperat si ue comederat oē venenum nostrum, qui pcta nostra portauit in corpore suo. Vere īquit langores nostros ipse tulit: & dolores nostros ipse portauit Vsq; adeo vt nostra pcta sua faceret. Quare (inquit) me dereliquisti, longe a salute mea, verba delictorū meorum. Oēs em̄ vnum corpus sumus in Christo: ipso in caput sublato: cuius mēbra sumꝰ, diuinę (ait Io. Chrisost. in sermone. Cū subiecta illi fuerunt oīa) futura illi Christi subiectio ob ecclesiam dicitur, tum. s. cū nihil spuriū nihilve adulterinum habēs, subiicitur, & sincerum prorsusq; germanum deo ppm̄ affert. Proinde hinc discę, q̄cunq; huiusmodi coactius dicta Christo tribuūtur, ea ad ecclesiam pertinere, vel ex eo loco. Saule Saule cur me perseqūris, proprias sibi facit ecclesiæ passiones. Ita & nūc Paulus, cū ecclesia subditur. dicit Xp̄m subiici. & impleo (ait) quæ defuerūt afflictionibus Xp̄i. i. ecclesiæ. Lege Cyrillū in Leuiticum. Et vide si ꝓ extinctione veneni, in hanc intelligentiā ipse dixerit. Saluum me fac deus: q̄m intrauerunt aquę in aiam meam. Aquæ nimirum tribulationis (ut interp̄tantur) q̄ exundātissimaꝫ mœrerentur gr̄am. Illa em̄ sua passione: oīa nobis meruit, & sibi (vt diximus ex alioq; lectione) iudiciariam potestatē exaltationem noīs gloriam corporis & manifestationem. Pulcherrimę igitur bibens de torrente: extulit caput, oī honore gloria veneratione & gratia exaltatum. Habuit em̄ eminentem gr̄am super oēs: de cuius plenitudine vniuersi suscepim̄. Gradus cœlestes nobis illiꝰ summa fastigia de tanta plenitudine facientes. Viden igitur vt extincto illis saluberrimis vndis veneno: hinnulus ceruoq; est? & omnia est, cuius virtutes & munera integerrima sunt.

Libri Tertij. Homilia. s.

ECce ipse stat post parietem nr̄m, prospiciens per cancellos. Respicit velut e longinquo venientem, & iam iam suis ad motum edibꝰ, eūq; adeo sublimen & altum, vt possit facile p fenestras ipsam sponsam in media aula existentes aspicere. Erat dña mundi in ecclesia q̄ domus dei est veluti. Regina & perfectissima inter oēs, quam haud dubie comitabatur perfectorum & imperfectorum innumerabilis multitudo. Illa em̄ quæ proxime futura sunt veluti in presens accipimus. Subiiciendus quippe ipso effectu illi erat totiꝰ ordo ecclesiæ. Difficile est eundem per omnia tenorem interp̄tationis, p̄cipue ipūalis & misticę, auctore Hieronymo seruare. Sed intellige ipsum dominū & sponsum iuxta parietem ecclesiæ adhuc esse, suo iamiam appropinquāte aduētu. Erat em̄ littera veteris legis, (cuius meminit Apl's, quia lra occidit, spūs autem viuificat) veluti obiectus paries, ne aperte mysteria: cū humanitatis tum diuinitatis aperientur. Ecclesia vero respiciens per fenestras, hoc est ingressi intelligentiam siue arcanā receptionem & spm̄ viuificantem & Patriarchaꝝ & Prophetarum, ip̄m dñm contuef. Adeo quippe sublimis erat ꝓminebatq; vel in scripturis ipis, vt pro fenestris appareret ip̄i ecclesię. Sed q̄ cessent opere reticulato veluti impeditę. Vis videre fenestram vnam per quam dñs aduenturus appareat? lege in Genesi. Non aufferetur sceptrum de Iuda nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, Et ipse erit expectatio gentium, Nituntur inuolucris quibusdam haberi, istud apertissimum sacramentū obtegere, Et si non possint funditus, opus tamen reticulatum & difficile obiiciunt. Potest tñ ecclesia & pręcipue regina cœlorum, cūm veluti pro fenestris aut pro cancellis aspicientē videre. Cancellos opus reticulatum intellige & proprie in diuina parente aliā contuere fenestrā. Ecce virgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomen eius emanuel. Obiiciunt Hebrei impedimenta vt Alma vocabulū non virginē, sed mulierem significet. At dñs ex vi vocabuli, opus pulcherrimum & reticulatum molitur. vt vel ex eoq; interp̄tatione: siue eiusdem occasione, in diuiniores intelligētias ꝓmouemur. Ex plęrisq; locis Almanō solum virginem significat, sed absconditaꝫ a viro incognitam. In Genesi vbi meminit scriptura Rebeccę, habet litera, puella decora nimis, virgo q; pulcherrima, & incognita viro. vbi Hebrei habet Alma. Viden vt illud ex eo loco non solū virginē sed viro incognitam significat. In Exodo de soro re Moysi, Perrexit puella & vocauit matrem suaꝫ vbi Hebrei habent Alma, & illa quidē virgo erat. Lege Hebręos plęrosq; qui de hac re pulchrę disserunt, affirmantes semper virginem significare. Cyprianus in. ij. ad Quirinum, virginē legit. Tertullianus respōdet huic obiectioni de Alma: in li. aduersus Iudęos. Pulcherrimū igitur opꝰ ex illis conficit dñs vt possit aspicere & subtilius intueri: Ipsa dña simul cum vniuersa ecclesia. in Hieremia legimus. Mulier circundabit virum. At quonam modo virum circundabit nisi dñm IESVM. Ipsa virgo virginum Maria circundet, qui ab exordio

conceptus ſim vir abſolutiſſimus erat? Vide apertiſſimā apud Danielem feneſtrā.lxx. (inquit) ebdomades breuiatę ſunt ſuper populū tuum,& ſuper vrbem ſanctā tuam,vt conſummetur preuaricatio & iuſticia ſempiterna,& impleatur viſio & ꝓphetia,& vngatur ſanctus ſanctoꝝ. Ecce etiā conſenſu Hebrǣoꝝ apertiſſimam de aduentu Meſſiach.i. Chriſti. Illud etiam qđ dicit iuſtitia ſempiterna. THALMVDICI interpretantur Meſſiā. in lib.ſceder. Alam .i. de ordine mundi & aſtipulatur Raban.i. Rabi Moyſes gerundenſis. Hebdomada oīz ferme conſenſu: ſeptē annoꝝ eſt,& ſupputatur a captiuitate Babylonis vſqꝫ ad Paſſionē dñi,aut a tp̄e reuelationis facte Danieli. Nec enim aduiuum tp̄s reſecandum,vt neqꝫ plęraqꝫ alia vel ex ipſius Pauli teſtimonio,ſed conſuetudinē ſcripturarū expectādā. Lege. Q. Septimium Tertullianū in Iudęos,cuius elegan. ſupputationem conformat Pe. Vene. Pau. Burgeñ. & Ioānes baptiſta aperte oſtendūt expletum numerū. Meminit etiā Picus a mirandula. Freqūs eſt in ſcripturis numerum minorem relinqui ſuſcepto tm̄ maiore. Ioan. Chriſoſt. in libro qđ Chriſtus eſt deus. tēpus quo venturus eſſet proditum ex loco Geneſis oſtēdit. Nō deficiet princeps ex Iuda,nec dux ex lumbis eius,donec veniat cui repoſituꝫ eſt. Et ipſe erit expectatio gentium. Nā ſimul vt natus eſt (ait) deſcriptio prima facta eſt,& toto eo. lib. ſacramenta fidei noſtrę ſtrictim comprehendit. Vt Tertulian? in Iudęos & Cyprianus ad Quirinum ſcribētes. Citat etiam locum ex Daniele. Chriſto reſurgent mortui & euigilabunt,qui in monumētis. Et Daniel vult eū in nubibus ſedentem,& quia filius hominis venit,& peruenit vſqꝫ ad antiquum dierū. Et ei oblatus eſt oīs principatus,oēs populi tribus & linguę ſeruient ei. Diuinitatem Xp̄i aperte explicat Hieremias. in. xxiij. cap. Et hoc eſt nomē (inquit) qđ vocabūt eū dñs iuſt? nr̄: vbi Rabbi abba i Gloſa libri Threnoꝝ dicit. Adonay,hoc ē nomē Tetragrāmatō eſt nomē Meſſię. At illud ſoli deo attribuit. De? ergo ē Meſſias. Myſteriū Trinitatis habes ſtatī in exordio Geneſis,Bereſit Bara Heloim. vbi Heloim,quod deum interp̄tantur eſt plurale,& iungitur ſingulari verbo,Bara. creauit. Non ſine magno vt volunt myſterio. Et itetū Faciamus hoīem ad imaginem & ſimilitudinē noſtram. Imaginem dictum ſinguläriter obſeruant non imagines. Lege Remundum virū in huiuſcemodi myſterijs eruditiſſimū,qui plęraqꝫ huiuſcemodi obſeruat. Et vbi inclamāt in Eſaya, Seraphī ter ſancto repetito noīe. Sanctus. Sanctus. Sanct? dñs deus Sabaoth,myſterium Trinitatis conſubſtantialis aperitur. i Pſal. Benedicat nos deus de? noſter: benedicat nos deus. vbi iterum repetit̄ ter: nomē dñi in Deuteronomio in publica Moyſi benedictiōe pro ſolemnibus plures ſunt benedictiones, ter tm̄ nomen dñi ſuſceptum in Pſal. De? deorum dñs locutus eſt. Hebraica lectio habet, Deus deus deus loqutus eſt. vt quid ſuperuacanea hæc repetitio, in tanto pluralitatis deorum diſcrimine, niſi i myſterio eſſet? Et in illa ſumma infinitate fœcunditas eſſe oſtenderetur? Nec ſolitudo, vbi ſūma iucunditas, optima maxima fœlicitas & poteſtas. S. Gregorius theolo. in naturalem dñi. Cum deum noīo de Patre, Filio, & Spū ſan. loquor, ne videar ꝓpter Monarchiā iudaizare, ant multitudinem abundantem greciſare. Et ita ſe habeat ſancta ſanctoꝝ, quæ a Seraphim conteguntur, & trinis glorificantur ſanctificationibus, invnam coeuntes deitatem, vt alius quidā ante nos diſſeruit. Longum eſſet oēs feneſtras veteris teſtamēti enarrare, equibus aperte ꝓminet dñs, ipſi apparet præcipua Reginę cœloꝝ, & proinde vniuerſę eccl'iæ. Et ſi quicqꝫ impedimenti obiciatur, cedit maxime in ornamētū. Cōpertū quippe aviris eruditiſſimis eſt, ibi meliores ſenſus inueniri, vbi plura obiciūtur inuolucra. In quibus exponendis ait Cyrillus non humani ingenij viribus, ſed orationibus ad deū animi cōuertendi. Feneſtras & cancellos, ꝓphetas imo quoſcunqꝫ typum dñi gerentes poſſumus accipere, qui nobis Xp̄m in typo & prophetia oſtenderunt. fuerunt etiam veluti nubes quædam, pluuiam diuinoꝝ eloquioꝝ influentes, quibus mandat aliqñ dñs ne pluant ſuper terram. De quibus in Eſaya ſcriptum. Qui ſunt iſti qui vt nubes volant,& quaſi colūbę ad feneſtras ſuas. Poſſumus, vt alio loco columbas patrem filium & ſpiritum ſcm̄ interp̄tari propter genuinū cādorem, ſiue vtrāqꝫ naturam in dño ſaluatore. Cui aſtipulari videtur Grego. theo. in feſtum Epiphaniorū. Et tāqꝫ columba (ait). Honorat enim corpus, qm̄ & hoc in deum aſſumptum eſt, corporaliter apparet. Addit paruus tibi videtnr ſpūs, qm̄ in forma apparet columbę: poteris cœlorum quoqꝫ regnū ignominioſum putare, qm̄ grano cōparatur ſinapis, & Ieſu magnitudinē ſuperare aduerſariū, qm̄ ille mons magnus vocatur. Sed iſtud p̄ter propoſitum. Hæ columbę pro feneſtris veteris teſtamēti ſtant, Sed hodie fœliciore ſorte in domo .i. eccleſia. Idqꝫ apertiſſime & pene reuelata facie. Et vide quo ſenſum p̄cedentem continuemus, vt Regina mundi virgo eademqꝫ mater vnigeniti filij dei, dilecta & ſpōſa dei: ſingulari hic ratione ſuum filiū vnigenitum reſpicit, non modo poſt parietē ſuæ domus in qua agebat, ſiue pro feneſtris ſiue ꝓ cācellis aſpicientē. Sed illi mirifice exaltatum gloria & honore in ſanctis patribus, veluti ſimili quadā gloria circūamictis. Qui ſi forte antea obſcuriſſi-

me feneſtrę videbantur. tum mirum in modū vel illi ipſi parenti lucidiſſimę erant, omni & multigena varietate inſignes. vt opus cācellatum ſiue reticulatum, nullo iam impedimento eſſet. Sed ꝑ omni decore & illuſtratione tale obſeruaretur altiſſima ratione diſpoſitum. Niſi reticulatū, varium, ꝑ inſignium & ſchematū diuerſitate itelligas. Prominebat in vno quodam ipſe vnigenitus, vt iuſticia, in alio, vt mia: in plęriſq;, vt pietas in Abrahā, verbi cā, vt iuſticia fidei, in Dauid, vt māſuetudo. in Iob vt ſingularis patiētia. & in aliꝭ aliter, ſecūdum cuiuſq; proprietatē & ſingularem gratiā. Veluti ſi ſolem pro diuerſo lapide vitro ſiue criſtallino obiecto & multicolori, aſpicias. Idem nēpe ſol eſt, at multiplex ſolis ornamentum, ſiue ſuſpectus. In eum modum reſpiciebat ſuum vnigenitum, in eo Prophetarum & Patriarcharū ordine, in tam pulchra eccl'ia & diſpoſitiſſima curia ſpōſa & mater. Vt de more angelico ipſum in ſe & in ſubditis imaginibus videret. Clariſſimi illi erant & lumine gloriæ & ipſo diuinitatis cōtuitu, vt domus eccleſiæ ſuæ quam vocat Auguſtinus. Ciuitas dei, his eſſet clariſſima & longe ornatior feneſtris, quæ in mirabilem cū extimę tum citimę cederēt Hieruſalem, pulchritudinem & decorę. Et ſi forte in vita dum hos mortales regerent artus clariores eſſent feneſtrę poſt nimirū reſurrectionem dn̄icam multo clariſſimę fuere. Exiſtimandum nāq; eſt ſe tum obtuliſſe, & pientiſſimę matri, & eccleſiæ, ſiue de Gentibus, ſiue de Iudęis cōgregatę. In mirabilęꝫ lucem & ſplendorem incōparabilem & (vt ſic loquar) tranſparentiā, diuino abundātius illis obiecto ſole. vt q̄cunq; prius obſcura eſſent, clariſſima cernerentur. Et ſi forte clauſę iſte feneſtræ in veteri lege erant, niſi perq; paucis dei amatorib⁹, nunc tp̄e lucis oībus, obuię ſunt. plęriſq; in dn̄m contuendum, ꝑ illis clariſſimis feneſtris vocatis, delectiſq;. Quod nō erat (ait Naziāzenus) aſſumens, vt incōp̄henſibilis mediante carne compręhenderetur, ac nobiſcum tāq; ex cortina conuerſaretur. q̄quidem puram ferre eius diuinitatē nō noſtrę erat naturæ. Prominebat incredibiliter ſol iuſtitiæ ex illis, concinente eccleſia. Ambulantib⁹ in tenebris & vmbra mortis, lux orta eſt eis. Et iterum. Lux orta eſt iuſto. Et in Natali dn̄i quo tēpore iam iam referabātur hmōi feneſtrę. Canit eccleſia. Lux fulgebit hodie. Obiciebant ſeſe ꝑ frequēti curia & pompa celebri ipſi Reginę & mundi domine nūciaturi, dn̄i feſtiuam Reſurrectionē. Erāt ipſi muri Hieruſalem, de quorum ſtructura ait Ioannes. Et erat (inquit) ſtructura muri eius ex lapide Iaſpide, qui lapis ſanguineo colore inſignis eſt, & ad ꝓfluuium ſanguinis præſens affert remedium. Is tamen lapis in tanto cōceſſu, trāſ lucidus ſiue diaphanos erat, data a ſole iuſtitię, huiuſcemodi virtute. Perſpicue ſol eo muro recipiebatur, & in quoſuis contuentes tranſmittebatur, vt facile conīcerent oīa ſanguine agni cum in veteri tū in noua lege tincta. hoc vno ipſo ſignificante iaſpide, talem ciuitatem, talem tantūq; conſeſſum ſuſpiciebat virgo, in ſuum vnigenitum filium candidū & rubicundum p̄cipue intendens. Viden, vt hoc aperte explicat Ioannes: in Apocalypſi, in myſterio portarum duodecim, quas feneſtras hic vocat ſponſa. nec eīm in diuerſitate nominum vis eſt vix vna aut alia re imo nec innumeris tāta ſatis digne explicātibus myſteria. Et ſuſtulit me in ſpū in mōtem magnum & altum, & oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Hieruſalem. Nimirum hunc patrum conſeſſum addit deſcendentē de cœlo, hoc eſt fortaſſe de imitatione angelica, habētem claritatem dei. & lumen eius: qđ eſt Chriſtus, & paulo poſt dicit ſimilem lapidi p̄cioſo ſimilęꝫ lapidi Iaſpidis. In quo & muri imitantur agnum in roſeo ſanguine, vel Angelis ipſis mirabilem. Lege venerandum Bedā in explanatione Ioannis reuelationis, qui plęraq; Iaſpidum genera myſtice & eruditiſſ. interp̄tatur. Sed inſtitutum ꝑſequamur. Sicut (inquit Ioānes) criſtallum, ꝓpter claritatem & gloriam corporis reſurgentis. cuius adhuc apparet effuſi ſanguinis & clauorum ſctā ſtigmata. Siquidem ſimile lapidi Iaſpidis eſt. Subdit vt habebat murum magnū & altum, habētem portas duodecim, & in portis angelos ſiue angulos (vt legunt eruditi Beda, & Richard. a ſancto Victore, quos in minores & obſcuros qui ī eccleſia ſunt interp̄tantur duodecim. Et noīa ſcripta, q̄ ſunt noīa duodecim tribuum filiorum Iſrael. Duodenari⁹, vt ſepe diximus, excedēs numerus eſt, deſignans illā ſanctoꝝ pene innumerabilem multitudinem, atq; in illis, maximū chariſmatum & gratiaꝝ exceſſuꝫ. Sunt Angeli iuxta eā interp̄tationem etiam duodecim, quibus oīs Angeloꝝ, propter eadē ſacramenta numeri, ordo cōtinetur. Erant illi quidem reſurgente dn̄o, ex officio & obuiam eidem conſalutaturi, occurrentes, & tantę eccleſię eius congratulaturi: in vnū egregium cum illa abeuntes ouile. In hunc modū illā cōtuebatur Regina cœloꝝ: p̄cipue vero lumen interius qđ totam eam ipſam ciuitatem illuſtrabat. Hec erat fortaſſe eccleſia primitiuoꝝ de qua meminit Apl'us in epiſtola ad Hebrę̄os. Sed acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatē dei viuentis Hieruſalem cœleſtem, & multoꝝ milium Angelorum frequentiam, & eccleſiam primitiuoꝝ, qui cōſcripti ſunt in cœlis, & iudicem oīm deum, & ſpīm iuſtoꝝ perfectoꝝ, & teſtamenti noui mediatorē Ieſum. Viden eccleſiā primitiuoꝝ qui cum dn̄o conſcēderunt, Illius iuges comites, qui ſunt primitiæ

deo & agno. Sed hactenus digressum fuerit. Circumuallabant isti, velut lilia candentia,tãtam ecclesiam dei,super petram christum Iesum fundatam. Et super duodecim lapides præciosos. hoc ẽ super apostolos. de quib⁹ idem meminit ioannes Et fundamenta(inquit)muri ciuitatis, omni lapide præcioso ornata. Et fundamentum primũ iaspis, & reliqua. in eum moduꝫ prosequitur. Duodenarium sacramentum vbicumq; fere obseruãs Hanc quæ iam in presens videbatur, & quæ proxime futura erat,mirabatur dilecta & spõsa admirabilis hic erat profectus per fenestras & per cancellos, de quibus loquitur sponsa. Hi se non modo in murũ dñi statuerant, sed in pulcherrimas fenestras & q̃cũq; dignissima sũt auctore dño Iesu cui cũ patre & spũ sancto ẽ oĩs honor & gl'a Amẽ.

Libri Tertij. Homilia.ij.

IN inquit dilect⁹ meus loquitur mihi. surge propera amica mea, colũba mea, formosa mea, & veni Spiritu sancto op⁹ est ad diuina enarrãda eloquia libro quinto. in Leuiticuꝫ dicit Cyrillus alexandrinus. Non sumus eius meriti vt dicere possumus. nos autem sensum christi habemus. Ipse enim solus est sensus cui pateãt vniuersa que in lege continentur arcana. Sed orãdũ est quod alio loco dicit. vt aperiat domin⁹ sensuꝫ id quod & nunc omni voto efflagitam⁹. Et generaliter hoc in ecclesiam & quãcumq; de pulchritudine verbi formatã animam intelligere necesse est Ad quã dominus frequenter veniens nonnũq; ab illa secedens. atq; iterum, quo meliora semp incrementa afferat, Rediẽs. idq; tãtisper facit, dũ manere (ait Origenes) dignetur, et mansionem (inquit) apud eum faciemus. Collaudat, suscipiẽtem se diuinum verbum sponsam dilectus eamq; ad occurrendum sibi excusitat commone facitq; Surge(inquit) ꝓpera amica mea, columba mea, formosa mea, & veĩ. Sine me (inquit) mœrẽs & iacens, velut in puluere es, nunc prosequutionibus afflicta, nunc mœrere de absentia verbi tabefacta nũc q̃tum ad aliam quãuis attinet animam. mea substracta dulcedine, interna visitatione & colloquio veluti in præcipitiũ decidens. Et si vt mortale facinus incurras, o anima mea, o dilecta mea haud euenit, me tamen vt cumq; substracto, meo tali secedente lumine incurris in tenebras, qualeſcumq; illę sunt. Propterea surgens, ab illis tibi visis cõtrarijs, in meos sanctos ãplexus & oscula festina. Omnia enim si me spectes, si meum consilium, meam prudentiam cooperantur, in bonuꝫ & tibi & omnibus hijs qui secundum proposituꝫ vocati sunt sancti. Propera(iquit)velocitate plurima opus. Nec enim habet tarda molimina spiritus sancti gratia. Sentitur hęc spiritalis & interna dulcedo verbi imo quæcumq; siue prȩueniens siue cooperans gratia, priusq; dicitur Auctore Cecilio Cypriano, nec habet tarda molimĩa (ait magnus Grȩgorius) spiritus sancti gratia. Tua tantum voluntate opus. Ne renitaris, sed festina ad salutem. Præceptum erat filijs israel, vt festinãtes agnum, phasæ hoc est transitus domini, comederent. præceptum quoq; mulieri. Loth. ne abiens retro respiceret, filij israel properantes de ægypto abeunt, parati videbantur suspenso pede ad iter. Angeli qui in templo salomonis erant. Exultauit dominus vt gigas ad currendam viam, a summo cœlo egressio eius. Magnis passibus ambulabat Isaac & Paulus currebat, si quomodo tandem cõ præhenderet. Cœlesti etiam animæ opus, vt gradum cum domino conferat. Duobus quippe ad salutem siue in dominum conuersionem opus, ipso trahente domino, quam motionem vocant, & simul eius qui trahitur voluntate, seu in diuina festinatõe ex elegãti. Aurelij Augustini apophtheg mate. Amica mea (inquit) Magna est verbi dignatio vt in amicitiam. & proinde in coęqualitatem quadam ecclesiam animam q̃ asserat. Columba mea propter ingentem puritatem quia de concursu verbi, & tam cœlesti participatu donata est Nec enim habitabit sapientia, quæ est verbum siue elato & magno (vt alia interpretatio habet) in corpore subdito peccatis. vides. vt quæ antea nigra & fusca erat, candida tali cœlestis verbi vocatione, efficitur. Et mere albicans vt inferius docetur. Formosa mea, formosa siquidem est diuina & cœlesti iam forma prædita Induimini (ait) virtute ex alto. Quæ omnes omnium formas continet. Formosa De pulchritudine verbi de prȩsentia spiritus sancti de toti⁹ trinitatis mirabili incolatu. Et ad eum veniem⁹ (inquit) & mãsionẽ apud eũ faciemus. Vide vt formosa ecclesia est, sine macula nõ hñs rugã nec ẽ iuẽtus dol⁹ in ore ei⁹. Vnica ẽ et ꝑfecta imo (si verbũ vsurpare audem⁹) oĩbus simulacris emẽdatior: q̃ ĩ diu desideratos spõsi cœlestis ãplexus irruit atq; in oscula, Plȩnior est Lętitia post lachrimas et grati⁹ donũ diu expectatũ, Pulchrę sũt genę tuę dicebat spõsus: imo tota pulchra es amica mea tãta varietate & decore, cũ sacroruꝫ tũ charismatũ insignis & icõꝑabilis & ꝑoĩa admirabilis illi⁹ ordo & dispositio, tũ donoꝝ tũ ꝑsonaꝝ miraculoꝝ quoq; ꝑfectuum & gratiarum. Ipsa vero anima charitate & gratia donata, quid non habet virtutis laudis honoris, aut quid

est quod in dilecto suo nō possit. Spiritus nempe prophetarum, prophetis subiect⁹ est. Presens est cuicumq; cœleiti animæ dominus, In omnia efficienda quæ recta ratione pro necessitate salutis, aut melioribus incrementis desiderari possunt Et veni inquit ad me quidem, meis insignibus, q̄ hæbrei Degel vocant. quibus magnificamur. vt in p̄s. Et in nomine dei nostri magnificabimur. Hoc est insignes & nobiles erimus, & munerib⁹ ornatior. vt per me tandem venias ad patrem, me vnum spectans, qui pulcherrimus sum forma, super filios hominum, me, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ me tuæ pulchritudinis tui amoris, amatorem ardentissimum. Iam enim hyems transijt. Quantum ad ecclesiam veniente domino Iesu hyems & rigor veteris legis transijt imber abijt & recessit. quantum ad animaz attinet imber peccati abijt. Habebant (vt quidam explicant) Sancti prophetæ Imbres sanctoruz eloqorum, & fortasse commonitiones acerrimas. intelligunt, ad fœcundandam illam vineaz domini, hoc est domuz israel, At quid imbribus opus. vbi fluminis impetus lætificat ciuitatem dei? Totus fluuius paradisi exundans est in ecclesia, flumia gratiæ in ipsam animam gratissimo murmure decurrunt. Imber si ad serenitatem conferas, quicq; habet perturbationis & molestiæ ante gratiam & charitatem, ipse secundum virtutem operationis non nihil habe t duri & asperi. Siquidem multa æterna propter illas sperari possit merces. illis sine charitate, cœlorum regnum clausum est, toti⁹ virtutis actio perq; difficilis id quod vita philosophorum omnium apertissime prodit. Pulchæ dixit quidam de virtute loci minimū, virtutibus vti hoc sansonis opus, lege Laertium. in vitis philosophorum. Potuerunt illi etiam falsa retundere. sed veritatē astruere (ait) Firmianus. neutiq̄. id quod Cicero. libro de natu deorum fatebatur. At charitas (vt ait apostolus) a catholicis tantum cognita, omnia fert, omnia sustinet, patiens est, in tribulationibus aut persecutionibus excidit nunq;. Accipe sanctorum martyrum aliorū q; exempla. qui in tormentis & seuissimis persecutionibus hac induti charitate deficiebant nunq;. Imber igitur abijt. Nihil tibi o amica mea. ingenti insignita charitate durum aut asperum. videbitur. Sed (vt ille dicebat) a dextris & a sinistris per infamiam & bonam famam commigrare in cœlestium diuinam masionem poteris. Et mihi qui omnis sum fœlicitas & fluuius aquæ viuæ, bibitura occurrere. Recessit Imber penitus, nūq; reuersurus si velis. Nec enim a charitate excides. quæ te perpetuo abluet flumine. flores. & martyrum. & virginitatis apparuerūt in terra nostra. hoc est in ecclesia. pulcherrimi flores charitatis & gratiæ in cœlesti & sponsa spiritus sancti anima, longe q; antea vberiores fœcundiores q;, flores etiam illi diuinam referentes. τριάδα si Anthiocheno credimus. fidei spei & charitatis diuinarum sororum. Tempus putationis aduenit. Possum plęrosq; (inquit) de ecclesia colligere in cellaria mea, & comportare in ęternæ fœlicitatis granaria. Quo vero ad animas, temp⁹ nimirū putationis est. Vndecunq; insignita gratia & charitate anima. Digna siquidem est vt eripiatur ab hoc seculo nunq;, & in cœlestia deducatur, tabernacula. Finis quippe ille est. vt vitans ęterna ob charitatem. supplicia, mereatur præmia meliora, perpetua immortalitatem, haud quidem temporalem remunerationem. Vox turturis audita est in terra nostra. in turture castitas est, incomparabilis integritas virginitas & omnis puritas in ecclesia, domini inualuere. Olim maledicta sterilis quæ non parit, hodie nuptiæ terram replent. virginitas cœlum. Mirum, in quacumq; anima. cœlestis verbi sponsa puritatis & sanctioris virginitatis, quæ cognata est angelis. studiuz est. Adde, virginem virgini verbo. mirifice conferri, nec in cœlestia tabernacula, nisi imaculati admittentur, donabuntur integritate omnes, pulchræ restituētur natalibus. Gaudet omnis amans æ qualitate. Nō potest quisq; virgini verbo misceri, nisi simul virgo sit aut continens sit, virginis pene os habitum q; gerens, illi similitudine quadam accedēs. Virginea etiam mens est quæ verbigena efficitur, ineffabiliter illi coniuncta. Fic⁹ protulit grossos suos Maledixit dominus ficui, quæ fructum non afferebat. Contendit maximæ paulus legem, ex se se non attulisse fructum, tantum iustitiam quæ ex fide est, causam omnium salutis fuisse. Nec enim in perfectum deducebat lex, cuius non bona, ad sanam intelligentiam vocat dominus p̄cepta. Cyrillus Alexandri. libro quarto. in Leuiticum. Hæc omnia (inquit) nisi alio sensu accipiamus, q; litterę lex ostendit. subuersionem religioni magis q; ædificationem præstare? Si vero inueniatur quo sensu hęc dicta sint digna deo erunt, q̄ hæc dicere scribitur. Et fiet qui hęc audit iudæus, ille spūalis, qui in occulto est, non qui in manifesto. Sunt em̄ dei verba secundum maiestatem loquentis intelligenda. At lex euangelica, quæ in ecclesia est, lex gratiæ est, scripta in cordibus nostris, quæ sibi cō quirit regna cœlorum. quam si qui ex veteri lege consequti sunt, nostri erant, euāgelici viri (vt diximus) erant, incomparabilez fructum affert q̄cū q; cœlestis & diuina aīa. Cū audis terrā, terrā viuē tium etiā itellige cui bn̄dixit dn̄s. Vineę florentes dederunt odorem suum. plures sunt in ecclesia vineę, omnes vnius fidei eosdē afferentes, haud dis-

ſimiles botros,quæ omnes vnum dedere & ſuum quidem florem/& in flore mirum odorem dominum Ieſum xp̃m,qui flos eſt campi & lilium conuallium. Ille initialis flos eſt qui & dulciſſimus,& plurimum odorus.iuxta ordinem profectuū, perfect⁹ eſt fructus. Aīa quæcumq; perfectior/& cœlo.vt quidā ait.commixta,hunc pene florē donat Filioli(inqt)apl's quos adhuc pturio donec xp̃s formetur invobis/Hic flosvirtute oīs flos,oīsvirtus eſt. Flores ī virtute,ſeu virtutis habitu.ſuppurans,fruct⁹ vero in pulcherrima per virtutē actione. Hęc ſunt q̄ in cōe dici poſſunt q̄ miro etiā dilectiſſ.matri dn̄i(vt ſepæ diximus)conueniūt.Eſt ip̃a nimirū eccleſia.& domus dei virtute & eminētia.oēm eccleſiam continens.& pluſq; cœleſtis & ſuper bn̄dicta aīa,oīm virtutes aīarū mirifice ſtringēs. Sed videam⁹ ſi ꝓpria quadā rōne/iſta in eaz conferri poſſint q̄ ſingulari priuilegio ſuper oēs exaltata fuit.audiuit beatiſſīa & glorioſiſſima ſemper virgo Maria ſuū vnigenitū filiū primū patri ęterno gr̄as egiſſe,viditvt ad ſe ille,tota ſctōrū patrum trinitate caterua veniret cōſalutatū cōgratulatū q;.& ſe ſuper oēs beatiſſimā/& ſemper bn̄dictā collaudatū. Audit eundē ſuū vnigenitū amātiſſimū & ſumme ſibi deſiderabilē/qui mira feſtinatiōe,ſaliens in mōtibns & trāſiliēs colles.ſimilis capreę hinuloq; ceruoz/accurrerat, iā iamq; ſtabat poſt parietē ſuū.quod alia interp̃tatiōe poſſumus corp⁹beatiſſimę virginis accipere.Nec em̄ reuelata facie adhuc in corpore exn̄s poterat cōtinēter gloriā dn̄i ſpeculari,aut facie ad faciē tū perpetuo videri.Fortaſſe illud fuit illi q̄nq; conceſſum, Sed in raptu vt Paulo aut Moſi.id quod affirmat Aurelius Auguſtin⁹ in geneſim.ſiue vt quidā exiſtimant Ioān̄i & Stephano, aut ſi qui alij ſint qui hoc diuīo mūere pfruerentur ne illis īferior ſit, q̄ oēs facile oīm virtute a gr̄a ſuperabat nemine pr̄z ait Io.damaſ.inferior. Cōtinēter vero ſeu iugiter credibile eſt.hāc dei btām viſionē & pfruitionez, qn̄ in via eſſet, nequaq; illi fuiſſe cōceſſū, alioqn beata tū fuiſſet, atq; oīs mortalitatis expers. inter cœleſtes adhuc in corpore mortali exiſtēs,cōnūeranda aīas.Hoc nimirū vnigeniti filij ſingulare fuit mun⁹. Poſſumus parietē,dn̄icū corp⁹ intelligere.quod(vt ātea dixim⁹)cōe quoqū o matri etiaz fuit.ſiquidē ab ea velut ab origie & fonte pulcherrimo ſpū ſctō ſuperueniente editū. Datū fortaſſe illi fuit vt ſuffuſa quadā claritate & īmortalium participatu poſſet corp⁹ ipſum inſigni gloria illuſtre cernere. Nec iſtud abſonū quoquo pacto eſt Legimus nāq; plures ſanctos gratiā cognoſcendorū ſpirituū conſequutos/alios cœleſtiū qualeſ cūq; forās corā vidiſſe.quā rem diu⁹ Io.chriſoſt. in li. de dignitate ſacerdotali & Græg.naziāze. in elegāti carmine. Amphilochius quoq; in vita baſilij magni confirmāt. At ſuperauit.oēs gloriоſiſſima ſemp̃ domini mater. Conſpice illam orātē ad patrem intuere nimio ardore/viſo vel in ſpū filio,ſiue ſub velamento corporis gloria & honore donato/etiam e/longinquo veniente, a deo fuiſſe incenſam flammatam q;/vel ipſum iuſtitiæ ardorem zelum q;. Imo vero ſolem lucidiſſimumvt ſubitario in vocem proſiliret. En inquit dilectus meus loquitur mihi/me dignata anima fuerat immortali adhuc corpore exiſtens affari,alloquitur nunc immortalis ob paſſionis meritum efectus. Non indignatur in ea tanta gloria me matrem filiū. Surge(īquit),ꝓpera amica mea,ſurge/o venerāda mater ab incōparabili mœrore quo nimirūz in morte & paſſione mea affecta eras.ſurge nūc in ſtupendam & inenarrabilem læticiam & miraz exultationem. Congratulare iam iam mihi.o dilecta mea o amica mea/nec enim in tam pares congreſſus me vnq; in aliquē contuli. Par eſt vt quæ particeps tribulationum mearum eras, ſupra omnes a fide & charitate excidens nunq;. Sis etiam particeps.conſolationum,propera feſtina,in hāc ineſtimabilem læticiam.proprium amicorum & peculiare eſt cum primum quicq; fœlicitatis. nacti ſunt,ad ſe confeſtim. Vocare pręcipuos amicos q̄s in paria gaudia admittāt, In eaſdē fœlicitates. Properare iubet in tantā beatitudinē. ſuādomin⁹ & gloriam reſurrectionis, in ſpiritualis hæc commercia & cœleſtes obtutus matrem ſuam,quæ ſingularis amica imo ſponſa ſua īcomparabilis erat, ſuper omnes in ſecretiora domini admiſſa. Siquidem ſecretorum cœleſtium capaciſſima. Colūba mea(inquit)ob inſignem puritatem & cœleſtem amorem illis columbis proxima quæ ſunt ſuper riuulos aquarum,& lacte ſunt lotæ et reſident iuxta fluenta plæniſſima,quas in patrem filium & ſpiritum ſanctum connumerant. Illis erat puritate,proxima quæ cæteris peccato obnoxijs, ſola fuit ab omni peccato īmunis. Formoſa mea (ait) erat nāq; formoſa ſuper omnes filios hominum. Antea fuit collaudata,ſicut lilium inter ſpinas. Fuit enim pulcherrima ante partum,in partu,& poſt partū illuſtrata fuit mirifice omnium decore & gloria in conceptu vnigeniti dei filij. Nunc noua quadam ratione/etiā noua fortaſſe forma donata,Recentioribus incremētis & gratijs,nouis etiam auctа muneribus. Solent qui triumphum de hoſtib⁹ reportarunt/& ſpolia ampla,illis donare præcipuos amicos,īmo in oēs epulūm facere, donatiuū largiri,dn̄i reſurrectio ī mira īcremēta ſalutis acceſſit effecitq; noſtram(vt ei⁹ paſſio)lz fortaſſe diſparī rōne ſalutem. At mirabilia īcremēta& diuīa augmēta/& īcōpabiles cōtulit diuīz parēti honores.

Conferūtur plęrūq; diuina numera, pro cuiuscq; præparatiõe & capacitate. Ipsa vero capacissima fuit. Et cęteris omnibus ꝓparatior: Id iugiter concinens, Paratuꝫ cor meum deus, ꝓpatum cor meū, & in dilectum suum penitus conuersa. Et veni prima & ante signana salutis. vt te ad me veniẽte, cęteris pateat. ad ipsum me etiã perfruendũ accessi? Porta namq; effecta es cœli vt omnibus in cœluꝫ sit aditus & ianua facta filio dei. Veni pignora susceptura immortalitatis & glorię, q̃ te manet. iam enim hyems transijt. Nihil est quod doleas ꝓpter vnigenitum filium tuum, quem a morte in vitam mouentem recepisti, in gloriam in immortalitatẽ Nihil est quod lugeas, propter lapsum primi hominis. restaurata per me sunt oĩa, restituta sal? deperdita, Et pro iustitia originali data sunt amplio ra dona gratię, q̃ longe omni iustitia fœlicior est. vt fœlix cõcinente ecclesia, visa sit culpa, q̃ tantũ meruit haberę redemptorem. Hyems vmbrarum vęteris legis abijt, Et sinus Abraæ in paradisum concessit, nunc sole fulgente iustitiæ omnia multo lucidissima sunt, & perpetua serenitate donata. Pulchræ cecinit Firmian?. Tristia cessarunt inferne vincula legis, expauitq; cahos luminis ore prę mi. depereũt tenebrę christi fulgore fugatæ. Eternę noctis pallia crassa cadunt, subdit. Redde tuaꝫ faciem videãt vt secula lumẽ, redde diem qui nos te moriente fugit. Sed plane impleſti Remeãs pie victor olimpi. tartara pressa iacent nec sua iura tenent. Imber abijt (ait) & recessit. fuit maledictoꝝ imber, fuit blasphemiarũ in me nimia pluuia, quæ oĩa saucią reddebant aĩam tuã oĩa cõsummata & expleta sunt/me in cruce clamante, consummatũ est/non possuꝫ amplius talibus affici. Et si talia in me inferre moliantur, non possum illis moueri, ĩpassibilis per omnia reddit?. Vna ĩterprætatio habet. abijt sibi, inpernitiem fortasse suam, redunda būt/ista in caput inferentiũ, & ꝓmaledictis, male dicta suscipient. Absoluẽtur in eos. ille maledictiones q̃ descriptæ sunt a Mose in calce Deutero. Et q̃ in regnorum volumĩe dictę fuere. a dño Samuelí. qñ dixit dñs. Non enim te abiecerũt sed me. ne regem super eos, verũtamẽ (subdit) cõtestare eos et ꝑdic eis ius regis, qui regnaturus est super eos in quo loco existimãt vetustissimi explanatores/xp̃i regnũ abiectũ a iudeis tũ fuisse. Cuꝫ acclamauerunt/non habemus regeꝫ nisi Cæsarẽ, Alioquĩ licebat eis regẽ petere. in deuteronomio/ait moyses. Eum constitues, quẽ dñs deus elegerit, de medio fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominẽ regẽ facere. Me vero (ait dominus) non susceperũt/me abieceruut, & velut lapidẽ ãgularẽ reprobarũt me tũ facto in caput anguli. Sua maledicta, sue abiectiones/illos manẽt. Duxerat etiaꝫ antea dñs de hierlm occidẽte ꝓphetas/& tãdẽ ipsum dñm, Et veniẽt dies in te/& circũdabũt te inimici tui vallo, & in terrã ꝓsternẽt te/& nõ reliquẽt lapidẽ suꝑlapidẽ. Vidẽ, vt ĩ hãc intelligẽtiã. Imber abijt sibi. Non legimus etiã post dñi excessum vlla talia maledicta. in virginẽ fuisse illata. Si quidẽ & Ioãnes illi mĩstrare permissus est, et Iacob? hic rosolimoꝝ episcop? relict?, Et apl'i ãnos. xij. vt fit mat Eusebi?. in. v. Eccl. hysto. Meminit Appollonius scriptor ecclesiastic?. tharsæ martyres, q̃ quasi ex traditõe prioꝝ, se accepisse asseruerit, saluatorẽ ꝑcepisse apl'is suis vti ne añ. xij. annũ ab hierosolimis discederẽt. cui attestari. vr̃ Hier. Et mlti ex iudeis in fidẽ recepti. ex quo cernere potes. cessationẽ apturbationib?. ꝑdixit nostri futura, oĩa ꝑmonstrans meliora: vt antea quoq; pmõstrauerat Et plura inquit hijs facietis. Et nisi granũ frumenti cadẽs in terrã mortuũ fuerit ipsum solũ manet. At si mortuũ fuerit. multũ fructũ affert. Dñs Iesꝰ verissimũ granum frumenti qui sua morte multũ fructũ attulit. non solũ per illam salute reddita. Sꝫ plurib? post eius morteꝫ. mĩsterio/& diuę matris (vt credibile ẽ) & apostoloꝝ. ſꝫ tãtę mortis & crucis vna eficacia (vt actiões aplorꝝ cõtinẽt) in fidẽ receptis lege epistolã sctiss. ignatij ad dei genitricẽ Hoc nãq; oĩm mirabilĩũ excessit admiratiõnẽ. vt plura mortuus fecerit q̃ viuens. Si quidẽ alię magnã sibi reb? ꝑclare in vita gestis ĩmortalẽ gloriã sibi peperere. quę oĩs post mortẽ facile extincta fuit. Nec tũ amplius quicq; aliud efficere potuerũt, solo dño Iesu & cœlestis regni cohęredibus post necẽ aut excessum suũ plura q̃ invita efficientib? licet inquit Chriſo. diuerso modo in rebus humanis contingat. Nam cũ hij qui hic magna gloria agunt moriuntur pereũt cũ eis simul alia oĩa. naꝫ leges eorum irritantur, memoria extinguitur. At secus in cruce euenit. vbi em̃ dñs occisus est (vt discas q̃ nõ purus hõ) Res eius multo clariores illustrioresq; sunt redditæ. Post crucẽ orbis ad fidem accessit, ĩfiniti martyres occisi sunt, in omni regione ꝑdicatur xp̃s, terrę oẽs quas sol spectat. ad hoc currunt nomẽ sepulchrũ eius Augusti? millę regnum palatijs, id quod in discipulis eius contigit, etiã Rhomę quæ vrbium est regalissima, ad se pulchra piscatoris & pellionis curritur, Constantinopoli. regibus magna gratia est, si in vestibulis apostolorũ sepelliãtur fiũtq; piscatoꝝ hostiarij reges. Agit em̃ oĩa diuinus anim? inenarrabili quadam efficientia. Sed istud per digressiõeꝫ dictũ sit. Flores apparuerũt in terra nr̃a, Terra ãtea sub maledictiõe posita/nullos ĩmortalitatis aut spũalium nũerũ flores attulerat. At mea hęc terra meũ hoc corpus/cui bñdixit dñs. plurimuꝫ attulit. Vide vt ĩmmortalitateꝫ peperit, vide incõparabiles dotes

bo ꝛterno dicta ſint. Capite nobis vulpes paruulas. quę demolitūtur vineas. Hoc eſt Ne ſinite (inquit) vos angelici ſpūs velut miniſtri, vlli veniali hanc matrem meam ſuccumbere ſed præcipite antea, omnem occaſionem cꝫtum per miniſteriuꝫ veſtrum licebit quando id omne mea præcipue efficiēte gratia. Sed iſtovos cœleſtis miniſterij & gratiæ dignabor honore, nec mirum. Sunt enim venialia. ſi ad mortale cōferantur. veluti vulpes paruulę. quę tamen demoliuntur vineas. Nam originale niſi lauacro dilutum fuerit, trahit in mortem, venialia vero, in mortale niſi cohibeantur tandē agunt, haud tamen mortifera ſunt. Ideo in vulpeculas refferuntur. Ex quo loco poſſumus cōijcere beatiſſimam virginē ab omni peccato fuiſſe immunem. vt expleriſcꝫ aliꝫs. Dictum vero ad angelos non quod hanc immunitatem quæ peculiaris per dominum Ieſum fuit virgini aut iuſtificationem præſtare poſſint. Hoc nācꝫ diuię atcꝫ infinitę virtutis eſt. Sed quod qualeſcumcꝫ miniſtri fortaſſe in arcēdi diaboli poteſtate ſint, aut vt cūcꝫ aliter. hæc fieri vult dominus. Sunt enim adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi, & plurimos fuiſſe virginis cuſtodes āgelos affirmat diu⁹ Bernardus, miniſtraſſe etiam ipſi domino in euāgelio dicunt. ſed longe vt par erat aliter. fortaſſe mos loquendi ſcripturarum eſt vt veluti miniſtri ſint in ea re quam maxime optant ſiue de eorum ſimilitudine aut participatu eſt illi enim ex deo, ait Cœlius Lactantius, taciti ſpiritus. qui non ad doctrinam dei tradendam, vt dei filius, ſed ad miniſterium dei creabantur. & Gręgo. Theo. primum quidęꝫ angelicas & cœleſtes excogitauit virtutes Et ita ſubſtiterant ſplendores ſęcundi, primi illius ſplendoris miniſtri, ſolus tamen ſalutem gratiam & iuſtificationem dominus efficit. Eſt vulgatum eloquutionis genus etiam apud eos qui præſunt penes quos vna auctoritas eſt vt iubere dicantur cum ipſi efficiāt. Qui mos in ſcripturis frequens eſt. quibus de rebus. in hanc intelligentiam non vſquacꝫ videretur abijcienda quorūdam interpretatio. Sed in omnęꝫ pietatem dimiſſa impietate retorquenda & pte & orthodoxa religione interpretanda. in eo loco faciam⁹ hominem ad imagineꝫ & ſimilitudinem noſtram, quaꝫ videtur picus. mirandula ſequutus fuiſſe, in diuinam tamen & quā rectiſſimā intelligentiā. Satius tamē in eo atcꝫ aliꝫs locis ſctōrum patrū regulas & explanationes ſeq Euſebius in. iiij. eccle. hyſto. Tatianū. ideo lapſuꝫ dicit, quia proprium maluit, cꝫ aveteribus traditū docendi inſtituere ſtilū Auguſti. in. x. de ciuitate dei ait Philoſophi liberis verbis loquūtur, nobis ad certam regulam loquendum eſt. Poſſum⁹ vulpes paruulas diaboli tentamenta interprætari, q̄ haud dubiæ paruulæ ſunt. Siquidem nihil, niſi adſit aſenſus, efficiant. Sed meriti & victoriæ occaſionem præſtant. Impedire tamen videntur & turbare. Et pene a mente & ſublimioribus contemplationibus cogunt decidere. Quod ne efficerēt hortatur ſodales, vt illas prꝫripiāt. Nam vinea noſtra hoc eſt plentiſſima. glorioſæ virginis eius matris anima floruit, floribus quidem ſapiētię & diuinarum contemplationum, quæ ſecū non admittūt vulpeculas præcipue in perfectis & iuſtis demolitiones. At ipſa perfectiſſima omnium fuit. Exiſtimant etiam eruditi nullas carnis tentationes dominum vnꝫcꝫ perpeſſum fuiſſe. Quippe quod ſine peccato qualicūcꝫ nunꝫcꝫ eſſe poſſint, Id quod de virgine etiā puriſſima. in qua macula nulla fuit exiſtimandum eſt. Nec iniuria in hanc intelligentiam poſſumus hunc locum interpretari. Capite nobis vulpes paruulas, quę demolitūtur vineas. Hoc eſt omnia illa diaboli tentamenta & illitia quędaꝫ quę labem inurant in ipſam animam vt tentatiōes carnis. Nec enim aliarum quæ ſine peccato ſunt, fuit prorſus expers, vt nec illius vnigenitus filius. quod in euāgelio compertiſſimum eſt. quęexplanatio plurimum quadrat. Et vide, cꝫ cōſequenter dicit. Nam vinea noſtra floruit. virginitas & puritas in flore maxime cēſetur. Floruit hæc immaculata virgo, mea pręcipua vinea. in qua paſſionis meę ſingulare torcular ędificaui. Siquidem ipſi⁹ animā pertranſiuit meę paſſionis gladius. Sed oiꝫ puritate. omnīū cādore virgineo inſignis mēte, & corpe integerria vt nullę tales vulpeculę. illi vnꝫcꝫ inſidiari efficaciter potuerint. Nō poſſunt hanc demoliri vineā q̄ oīm angelica & diuīa cuſtodia munita eſt. Et mōtes in circuitu ei⁹, & dñs in circuitu tātę matris & dileſtę q̄ ſingulari ꝓuilegio populū dñi cōtinet. Mōtes illi q̄dē, q intellectuales ſpūs, ignis īmaterialis & incorpore⁹, ſiue (vt ait Naziā zen⁹) alia natura appellātur. Qui licet nō penit⁹ īmobiles. Sed difficulter mobiles appellari debeāt fidē facit lucifer poſt lapſuꝫ. Caligo faci⁹ & dic⁹ Cętęꝫ nūc poſt cōfirmationē īmobiles ſunt, ad malū illi. ſ. vltra mūdani & diuini ſpūs. Solīcꝫ bonos hr̄e credūtur mot⁹, vt pote q circa deū charitate verſentur ex quo maxīe nūc reſplēdēt. hi offici ciū diuię matri maxime prꝫſtant prouidentia dñi dei noſtri cui eſt honor & gloria. Amen.

Libri Tertij. Homilia vj.

DIlectus meus mihi & ego illi qui paſcitur iter lilia, donec aſpiret dies & inclinentur vmbræ. Poteſt hæc amoris paritas in eccleſiam quam diſpōſauit dominus in fide referri. in Oſee. Et ſponſabo te mihi in ſempiternū, & ſpōſabo te mihi ī iuſtitia

et iudicio,& ī miſericordia & miſeratiōib⁹,& ſpō ſabo te mihi in fide,Et paulo ante & erit in die illo(ait dominus) vocabit me vir meus. huius deſpōſatiōis & tā inſignis amicitię,arrę ſui p̄cioſiſſimi ſanguinis fuere in cruce exhibitæ.Paſcitur interea dum venit dies æternitatis inter lilia eccleſię hoc eſt electorum aut eorum qui in gratia ſunt animas,quæ in lilia,vt in virgines enumerari poſſunt.Simile(inquit) eſt regnum cœlorum decem virginibus,quę acceperunt lampades ſuas, & venerunt obuiam ſponſę & ſponſa erant quinq; fatuæ & quinq; prudentes. Et in Apocalipſi.paſſiq; omnes propter ꝓpoſitum virginitatis ſiue quod in illam quandoq; reſtituentur, vocantur virgines virgies em̄ ſunt.& ſequūtur agnū, quocūq; ierit.nec inter virgines quas vocamus.domin⁹ tātum paſcitur.Sed inter omnes ſanctos, in quibus eos qui de corruptiſſima vita pęnitentiam agunt enumerant eruditi,id quod in quodam loco cenſuit Origenes. Pręſens ſęculum ſi ad futurā ęternitatem comparetur,vmbra eſt, Quāq; enim nobiſcum ſit dominus,qui dies & ſol iuſtitiæ,tamen ſub vmbra agimus.Sub vmbra(inquit) illius viuemus in gentibus.Et paulo antea .ſub vmbra illius quem deſiderabaq; ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.Et obſeruavt vnam dieq; dicit.Quia neſciet illa dies æternitatis amplius noctē, de qua dicit ꝓpheta.Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper milia.Et nox(inquit Ioānes)vltra non erit Nox quidē quę differentiā dierum faciat,De hac fortaſſe licet ſub maximoverborum inuolucro dicit Zacharias.Et erit dies vna quę nota eſt domino,non dies neq; nox. nec ibi nox erit,cui⁹ comparatiōe dies dicatur. Erit nempe,lōge ſupra oīm dierū conditionem,vt lux illa,oēm antecellit quā cernimus lucem, Et ciuitas(ait Ioānes)non eget ſole neq; luna. vt luceant in ea,nam claritas dei illuminabit eam.Et lucerna eius eſt agn⁹. Et ambulabūt gentes in lumīe eius.Poteſt etvna quęq; aīa dicere.dilectus meus mihi,& ego illi.qñ tanto eaq; dominus dignatus honore vt amica verbi ſit. Et talia poſſit canere amoris cantica. Eſt ille quidem mihi. Sic eſt amicus meus. vt nullus alterius eſſe amicus videatur oculo ſuo immenſo adeo ἑκαϱόν hoc eſt vnūquēq; vt oēs reſpicit (lege Nicolaum a cuſa,qui elegāti ſchemate iſtud enarrat) Me vero quæ domus illius & ſingulare ſum templum ſupra oīm amores.Donec aſpiret dies.hoc eſt ī aliā intelligentiā,quouſq; dies gratiæ,dies virtutis & admirabilis charitatis in meo hortulo diuinitatis cōcluſo aſpirabit,benigniorem auraq; & afflatum afferet,mihivt ſic dicā aſtipulabitur,& mira fœcūditate obumbrauit myſterio(vtverbis Nazianzeni utar)verbo impleto & ſpiritu ſancto conſummato. Cum enim præſente charitate,pręſens dies erit.Et inclinentur vmbrę,hoc eſt īclinatę ſunt p̄ſente iuſtitię ſole & ſuis tāincomparabilibus charitatis & gratię radijs.Oēs vmbrę,virtutes oēs ſiue quæ de moribus ſunt,ſiue ītellectuales,vmbræ ſunt quæ dam & veluti virtutum ſimulachra,quæ radios non habent ſolis,nec in ſempiternam diem deducere poſſunt, ſiue diſciplinæ omnes præter ethicam,Quādo res(vt ait Firmianus in.iij.) nō verba quærantur. & ca.xxvj. probat, q; doctrina cœleſtis,ſolum ſapiētiam largitur,& gratis iſta fieri,facile modo pateant aures,& pectus ſapientiaq; ſitiat.Sola charitas & gratia chariſmata & ſpirit⁹ ſancti munera, veriſſimi dies ſunt.qui tugiſole eo q; meridiano, perfruuntur, immo tanti ſolis ſunt proximi,& maxime lucentes radij ſunt q; tales & tanti. In anima radij, in illam aſpirat, benigniore gratiæ aura, ſol iuſtitiæ. Et inclinentur abeuntq; vmbræ hoc eſt virtutes,quæ non ampliusvmbrę ſunt & ſimulachra virtutum,Sed ipſi dies,ipſe lucidiſſimę virtutes,ſi quidem illuſtratę tāto ſole.& diem aconiam hoc eſt ſempiternam promerentes paſcitur ſponſus inter lilia virtutum,dum pręſens eſt gratia,ſiquidemvirtutes omnes,tum in anima lilia ſunt immortalitatis cādore micātia. Videam⁹ ſi propria quadam ratione.Quanq; difficile plurimum ſit, iſtain matrem domini cōferre poterim⁹ Dilectus meus mihi & ego illi,qui paſcitur inter lilia.Sola inter multas quæ optima maxima eſt peculiari ratione.iſta verba proferre poteſt. Qualis vt diximus eſt ſanctiſſima, theotocos,& deipara virgo.Dilectus(inquit)meus mihi,& ego illi. Tāta eius in me fuit dilectio,vt nomen menſium ſpacijs ſuſceptis puriſſimis ſanguinibus meis,mecuq; agere haud fuerit indignatus.,licet paruula eſſem vbera non habens.Mea illū traxit humilitas, mea caro eſt,meus ſanguis.qui deus & homo eſt. Poſſum meo vendicare iure,quod meū eſt. Non poteſt diuidi vnigenitus me⁹.vna perſona,vna ſubſtantia,& hypoſtaſis in vtraq; natura. procedens (ait quidam ſanctus)deus poſt aſſumptionē,vnū ex contrarijs duobus,carne & ſpiritu,exiſtens ſiue exiliēs ex quib⁹ hic de⁹ erat,illa in deitatis cōſortiū aſſumpta.O tēperamentū admirādū, in creatus creatur,intangibilis tāgitur, exīs naſcitur. Si mea hoc eſt ex me altera vtvere ē, natura in eo fuerit,& tot⁹ me⁹ erit. Dilectus igitur mihi eſt. Quē enim magis amare poſſem,qui parentis non tam vicem habet,quaq; veriſſime eſt. Ad me dixit aliqñ Audi filia & vide,& īclīa aurē tuā. Ego illā īclīaui quo tp̄e aſcenſum poſtulationi prębens illius mater effecta ſum. Exceptoq; pctō per omnia homo efficitur,ipſe fons vitę & immortalitatis,dei fons vberrimus atq; plęniſſimus,cunctis patens.cæle-

ſte lumen vniuerſis exortum, qui occulos habent paucis præceptis, hominęz immutās, & expolito vetere, nouū reddens: vt non cognoſcas eundęz eſſe lege Cyprianuz martyrē in epła ad donatū & Firmia. li. iŋ. ſed ad propoſitum. ipſe mihi fili⁹ idē cꝫ pater eſt. ille quocꝫ ſponſus fratruelis & amic⁹ oēs illices, rationes & cauſas amoris vnus habēs Pulcherrimus eſt, ſapientiſſimus, optimus, maximus, In quo ſunt omnes diuitiæ. Et vt in vno oīa concludam. Deus magnus & rex magnus eſt. ſuper omnes deos: & in media deorum ſanctorum forte, ſiue angelorum ſynagoga deos diiudicans Me ille oī proſequitur amore. me me ille quidem tantum extulit, vt capax eſſem ęternitatis, immenſitatis, infinitatis, totius etiam admirabile templū diuinitatis, ipſius pluſcꝫ cœleſtis. Et ſi dicere licet (vocabula nempe deſunt) pluſcꝫ diuini amoris. Se alīs ille ſpondet in fide, ille mihi ſe ſpopondit. in meliori euectiori & illuſtriori quodam luminæ. Se alīs in certis & præſtitutis ſuę gratię luminib⁹ mihi vero ſe donat, ſe largitur omnibus gratiæ & gloriæ incomparabilibus muneribus & gratīs. Et ego illi haud ego quidē ingrata, quæ a fide & charitate tanta haud excidi vnqꝫ, quæ ingenti tanta munera & gratias condiui humilitate. Me ancillam exiſtimāns humilem: illum omni ratiōe venerata ſol immenſus mundo Illuxit. fui ego prima ante ſignana huiuſe adorationis. Sequui⁹ eſt mea imitatione. ſponſus meus Ioſeph. ſequuti & cœleſtes animi. Et vt nihil tantę fœſtiuitati deeſſet cōmoniti ab angelo paſtores, & paucis exactis diēb⁹ primitię gētiū. Reges q ab oriente venerūt nec multo poſt plæricꝫ alīs ſancti poteram meo alludens filio. Et illo mihi ſuę puriſſimę & tam dilectę matri etiam arridente & ad gaudente tū dicere. Dilectus meus mihi & ego illi. Exceſſus incredibiles vtrincꝫ amoris, erant admirabilia amoris incendia, quæ totum poſſent cōcalefacere & incēdere orbem. Tale quid profert de cœleſti quadam anima Chryſo. vt ſi verbi gratia (ait) flamma quędam immenſa, vniuerſam repleret terram, & inde aſcēdēs, repletis omnibus vſcꝫ ad ipſa peruenīret cœli faſtigia, ſed & inde ſuperans omnia, etiaz illum qui ſupra cœlum eſt aerem tranſcenderet atcꝫ illa quæ ibi ſunt ſpacia compleret, nec illic flamma hoc incrementa finiret ſed, aſcenderet adhuc vſcꝫ ad tertiuz cœlum, vt hæc vno atcꝫ eodē igne compleret. vt nec terrę vllam nec cœli immo cęlorum ſpatiū relinqueret vacuū. Talia in hiſce, amoris ſiue melioris charitatis incendia tales flammæ ſed ad negocium ipſum. Fertur illo nimirum tāto ęſtu omnes qui tum naturæ legibus abutebantur fuiſſe extinctos. Nec tātum lumē ferre poterāt, tā horrēdę tenebrę necꝫ tātam puritatem t eterrim⁹ fetor. Et flumina olei maxime omnis ſalutis pacis & mīę ſacramento. Romę in tyberim vſcꝫ decurriſſe. Paſcebatur tū filius me⁹ inter lilia. Ego & Ioſeph ſponſus meus, lilia virginitatis eram⁹. Paſcebatur maxīe & noſtro amore & charitate. Et cꝫ lacte meo educaretur eius tamen prȩcipuus cibus erat. vt faceret voluntatem eius qui miſerat illum Ille optimus maximus eius amor. illum nos, tum primicię, tum eccleſia, & ingentes eccleſiæ auctores, & poſt ipſum duces quidam & noſtra & oīm vice, amabamus. Et cōtra nos ille, & in nobis, oēs celſiore donati lumine illo (tametſi media nox eſſet) maxime mundo illucente, & in mediīs iam electarum animarum pectoribus coruſcante. cernebamus totius eccleſię ſtatum venturum. Ingemi nabam ego cum ſponſo meo cui tantum deferebam frequentius. Dilectus meus mihi, & ego illi qui inter lilia candoris virginei paſcitur donec aſpiret dies, quouſcꝫ illo nobis illuceſcente continē ter dies erit, & inclinabuntur vmbræ. Ceſſabit nū cꝫ hic fulgor, Erat lumen in acceſſibile incompręhenſibile. ait Grægorius theo. in encenia necꝫ incipiens necꝫ deſinens, necꝫ menſurabile, ſemp fulgens, tripliciter micans paucis cꝫtum ſit contemplatione cognitum, quin nec paucis. vt arbitror. ſunt & luminaria ſecundaria, a primo luminę ſplēdorem trahentia poteſtates ac ſpiritus miniſtrantes, homo nouiſſime prolatus, manu dei & imagine honoratus quæ illuminat omnem hominem. lux orta iuſto & rectis corde lętitia. imortales ſunt animæ, immortalit⁹ illi iungētur amori. dies æternitatis ī illo ī nobis ęternitatis ppetuo ab illa ęternitate decurrētis. Nos ab illo dies ſęculi, & āni ſum⁹ æternitatis, ꝓpter incōparabilē ꝓticipatū eſſe cōtinēter, & virginitate & oī puritate. atcꝫ icredibili fauore (tāto donati munere) Etiā mūdo il lucebimus, tum maxime inclinatus & deficientibus vniuerſę iniquitatis vmbris, immo profundiſſimis noctibus perpetu⁹ hic erit dies nobiſcuz ſole agente graciæ, & veteris legis ceſſantibus vmbris: retegentur. nunc ſacramenta olim a ſæculis abſcondita. Hęc ſunt illa duo lilia, immo duo cherubin a plęnitudine ſcientiæ dicti, qui propiciatorum olim in vmbra circūſtabant, ſe conuerſis aſpiciētes vultibus. Nos incomparabili ab iſto propiciatorio donati ſumus ſapiētia, vt clauſuz olī in lege. & tantis velamentis cognoſceremus ſeruatorem, qui oleo exultationis vnctus eſt præparticipibus ſuis'. Hic veriſſimum eſt propitiatorium, qui ꝓpiciatur iniquitatib⁹ toti⁹ populi. Sum⁹ duo illi ſeraphī oī exuberātia amoris redūdātes, q circunuallantes dominū non ceſſant tantæ atteſtari diuinitati triſagium hymnum proferentes, Sāct⁹, Sanctus, Sanctus, dominus de⁹ exercituū. Quid

delabro conſpicuę. Et duo candelabra de quibus meminit Ioannes, in conſpectu domini terræ ſtãtes. Nulli præter nos mortales tũ ante dominum aſtabant. Nos omni fide integritate, gratia, amore, ingenti ardore ſolennes agebamus ſtationes diem feſtum petpetuo futurum, tũ dei natalem celebrantes. Sanctiſſimis lachrymarum vndis, prægaudio ab oculis noſtris manantibus diuina laudum cantica. Sed quę nullus poteſt proferre mortalis mire tũ cõcinebam⁹, cõcinebãt & angeli, in ſpritales toti ſoluebamur hymnos cãtãtes & pſallentes cordibus noſtris, & gratias agentes deo de ſalute mũdo reddita. nulla panegyris iſtis noſtris hymeneis ſimul & fecẽninis conferenda. Tuz maximę cognouimus ſolem iuſtitiæ, & ſanitatez ſub pennis eius. Qui nobis in veram illuminationem prodıt. Illuminatio vero eſt (vt quidam ſanctus ait) ſpendor animarum, vitæ tranſlatio, inquiſitio per quam ad deum. conſcientia attollitur, ad iutorium noſtrę inbecillitatis, carnis abiectio, ſpiritus affecta, rationis participatio, creationis emẽdatio, peccati diluuium, luminum communicatio tenebrarum diſſolutio, ad deum vehiculũ, fidei ſuſtentaculuz, mentis. perfectio. Regni cœlorũ gloria, vitę permutatio, ſeruitutis ablatio, vinculorũ ſolutio, fœderis cõmutatio, ex dei donis pulcherrimũ. Ille nãcꝫ erat fructus, qui viuificaturus erat vniuerſum. lege elegantiſſimum carmen diui Cypriani de crucis vberrimo fructu. Vis cernere lilia candoris & pacis innixa ſuper dilectum ſuum. audi quid Zacharias dicat. Vidi & ecce candelabrũ aureum totum, & lampas eius, ſuper caput ipſius. Et ſeptem lucernę eius ſuper illud, & duę oliuę ſuper illud, vna a dextris lampadis, & vna a ſiniſtris eius. Camdelabrum aureum dominus noſter Ieſus chriſtus, ſi ſanctiſſimo Cyrillo Alexãdrino credimus, aureus & regalis totus. Vna ipſe lampas, ſeptem lucernas habens, ſuper quem requieuit ſeptiformis ſpiritus domini. duæ (inquit) oliuę ſup ipſum. erat namcꝫ paruulus in præſepio iacens, & ipſo toto etiam animo ſuper illum videbamur incumbere. Fuimus nos in eius fecẽninis & crepundijs ſanctiſſimis, pro indumentis hor eſt toto corpore myſtico ſanctoruz. duo onichiti inhumeris huius veriſſimi. Aaron ſacerdotis magni, mire coruſcantes, duo quędam luminaria magna, in hoc puriſſimo cœlo micãtia. Paſcebatur hic inter nos mea præcipue ſuggẽs vbera veluti capręa, aut hinulus magis, ceruorũ. pater illi æternus ineffabilis. Ceruí. S. patriarchę eius typũ p̃tendẽtes, ego quocꝫ maxima viraginum virago illiveriſſima parens. Ipſe hinulus quidam horum ceruorum, patrem æternum recognoſcens, me matrem quocꝫ ſecundum humanitatem quæ concepi de ſpiritu ſancto manens virgo. Vox illa domini præparantis ceruos, me maximę talem p̃parauit vt confringeret cedros libani. qui vt prędixerã depoſuit potẽtes de ſede & exaltauit humiles. At iuxta eã quã in præcedentibus ſumpſimus interpretationez dicente dña in occurſu filij ſui poſt reſurrectionem Dilectus meus mihi & ego illi. Sunt nunc maxĩa amoris cantica. O filij, o dilecte & fratruelis delectantur enim qui alicuius rei (vt Nazianzen⁹ ait) detinentur amore. iucunde circa illius verſari nomina, ſiue quod beneficia innumera nobis denominationum multitudinez ſtruant. Non poſſunt a polynomio Chriſto vnigẽito & dilecto meo plura bñficia non prodire qui & πολυκαρπος ẽſt Siqdem paſceris inter lilia. hoc eſt inter has patrũ cœlibes animas, cibum illum quidem ſumens qui nõ perit, cibum amoris clariſſimæ tui contuitionis, & admirandæ, & beatæ perfruitionis atcꝫ totius perfectionis, donec aſpiret dies. & inclinentur vmbrę. Ac ſi diceret perpetua hæc erit paſcendi occaſio. Siquidem ſacietas aut faſtidium nuncꝫ immo perpetuum cum quiete, & plęniſſima vbertate deſiderium fruũtur (ait) nec faſtidiũt, quo frui ſemper ſitiunt. Et dies perennis, nox nuncꝫ illis futura qui tanta perfruuntur fœlicitate. qui ſolẽ ipſum in ipſis paſcentem, habent iuſtitiæ. Et eſt metha phora, a paſcentibus ouibus ſumpta. Siquidẽ adueniente vmbra in caulas e paſcuis abeunt. vt finis etiam depaſcendi ſit. Hic meliore ſorte nuncꝫ finis eſt vt perpetuo inclinatis vmbris ſemper dies eſt. Poſſum⁹ intelligere. vt antea de eccleſia dominum ſemper in electis animabus, velut in agris floridiſſimis adhuc depaſcentẽ hoc eſt noua continue pabula virtutum & ſanctarum operationuz ſuſcipientem, & illum manducantẽ cibum & Ambroſiam cœleſtẽ. Donec aſpiret dies. hoc eſt quouſcꝫ tandem aſpiret dies æternus & ann⁹ retributionis. vbi mille anni tancꝫ dies vna ante oculos eius. Sunt eñ anni æternitatis de quib⁹ dicit pſalmographus, & annos ęternos in mẽte habui ãni ęterni dies vnus, & dies vn⁹ ãni æterni ſunt. Tũc ceſſatio erit a depaſcendis animabus, ſiue a nouis accipiendis meritis. Status ille fœlicitatis erit, nam haud quidem via. tũ cum ſubiecerit regnum deo & patri. Erit ipſe omnia in omnibus, oĩs virt⁹ gratia, gloria, fœlicitas immortalitas. Tũc erit ipſe plęniſſime ſubiectus. haud quidem ĩ ſe, ſed in illis qui ſubiecti ſunt, lege quæ inſuperiorib⁹ ex Ioanne Anthiocheno diximus. Sicut pati in patientibus, & infirmus eſſe in his qui infirmantur dicitur. & in afflictis affligi cꝫcꝫ ipaſſibilis ſit ipſe. Eſuriui (inqt) & nõ dediſtis mihi mãducare, Sitiui & nõ dediſtis bibere, & reliq̃ pſequit. Ad petrũ vt fideles hñt hyſtorię dixit. Vado (inqt) Romã iterũ

crucifigi. Et paul⁹ imitator, quotidie morior propter vos fratres. Videam⁹ ſi ſecundū Chriſti anagogē. hoc etiam ſanctiſſima deipera dicat. Dilectus ſuus in diebus æternitatis, vbi iam mille vmbrę ſunt, cū cę hic mortalis aut poſt exceſſuz in clarificato corpore ageret, tamen inter lilia paradiſiaca: hoc eſt cœleſtes animos, eiſdē paſcuis, & ī mōtibus vberrimis pinguibus & virētibus iuxta Ezechielem perfruens, paſceretur. Potes iuxta ſequētia aptius adhuc interpręari, vt hæc dixerit puriſſima virgo, poſtea cū filius eam ſalutauerat, & dominus Ieſus in congręgādos apoſtolos & ſanctiſſimas filias hirl'm ſeceſſerat. Memoria repetebat ī exceſſu mentis poſita diua virgo. illam admirabilem pn̄tiaz redēptoris. & reparatoris noſtri, cū ſtupenda cū clara, pulcherrima eſſet quę tum amoris meliora etiam incēdia in eā afflarat, verbis tū vſa quibus. S. meliton Ioannez narrat in ſuo exceſſu in dn̄m vſum. Cernebat illum, vt myſteriuz cōuerſionis & ſacratæ apparitiōis ageret, & in hæc mira p̄ gaudio & exultatiōe animi erūpebat. Dilect⁹ me⁹ mihi: & ego illi & vnus eſt amor noſter ardētiſſimus, ſupra omnem amorem angelorum & archangelorum, immo ſupra ipſos ſeraphicos ſpūs qui amoris inenarrabile ſunt incendium, ardens charitatis clibanus. Incenſus tam vehementer hic amor, vt tota langueam tota ipſa mihi ipſi deficiā At hic dilectus me⁹ qui me ſingulari proſequitur amore, me deſerit ad tempus in meliora me ac oīz commoda & honores ſeruans vt munere etiā fungatur paterno. Officiuz ad quod miſſus eſt explorat. Paſcitur hic inter lilia. hoc eſt apoſtolicos viros quos velut lilium euangelicum, ſuo munere, ſuis tam claris & nuptialibus indumentis veſtit, donec aſpiret dies & inclinētur vmbrę. Poſſum⁹ intelligere ad litteram vt dicatur de die illo, quo erat ad patrem conſcēſſurus, quo reſtitueretur loco immortali, & perinde conueniētiſſimo ipſe immortalis. Iam tū inclinatis ſibi quidez hiſce caducis, & quæ aliquando periturę ſunt vmbris, Hi nimirum dies, ſiad illam fœlicem diem conpentur, vmbræ ſunt. Poſſumus iuxta præcedentia in hūc modum interpręari, vt dicatur domin⁹ paſci. ad huc inter lilia. hoc eſt illa paſcere (nec enim bonorum noſtrorū eget) Sed adhuc in vmbra, hoc eſt ſub ſacratiſſimorum accidentium velamine: ſub illis nempe panis & vini ſpeciebus, nos paſcit ipſe, & aliis arcanis & recōditis modis quos ipſe nouit & pie ſentiunt animæ. Secundum quod dixit. Ego vobiſcum ſum vſq ad conſummationen ſeculi, & paſcens paſcitur. vt ſaluans ſaluari dicitur vt in zachariam. Ecce res tuus veniet tibi iuſt⁹ & ſaluator: vbi hebræi habēt. Noſca. i, ſaluatus quaſi dominus ſaluando iſraelem, dicatur ſaluatus ex teſtimonio Rabi. Manahen, dicentis ſalutem iſrael eſſe ſalutem dei. Sed pie intellige de domini humanitate. ſecundum quam erat. Saluum me fac deus, quoniam intrauerunt aquæ vſq ad animā meam. Et deus deus reſpice in me, quare me dereliquiſti. iuxta quod dicit & diximus antea. Me⁹ cibus eſt vt faciam voluntatem patris mei. Tantiſ per igitur duz æternus immortalitatis dies aſpirabit, & ſęculi huius inclinabūtur vmbræ. paſcitur inter lilia cœleſtes quidē & candidas animas. Tū vero altiori ratione illo perfruentur īmortales animi, quomodo nunc paſcuntur angelica numina, & ipſe inter eos paſci dicitur. illorumq bona ſua facit idem (inquit beatiſſima virgo) agit quod antea, memini ego illius verbi, quod mihi & Ioſeph olim quærentibus eum, dixit. Quid eſt quod me quæ rebatis? Neſciebatis quia in his quæ patris mei ſunt opportebat me eſſe. Obſerua vt ibi ī euāgelio. ſ. in his dicit. nunc inter lilia eſſe ſiue paſci dicitur. ille nimirum qui eſt ſuper ſanctus & ſuper benedictus in ſęcula. Amen.

Libri Tertij. Homilia. vij.

REuertere ſimilis eſto dilecte mi capreæ hīnuloq ceruorum ſuper montes Bethel. Bethel domus dei interpretatur. Ioānes reuchli exiſtimat legendum Bether. quod diuiſionem ſeperationem portionez ſiue particionem ſignificat, & hebræi legunt ſuper montem ſeparationuz. quod iuxta myſticos intellectus non parum conuenit monti ſion. ſ. eccleſię ſiue iuxta Cyprianum cruci in qua dominus venit ſeparare filium a matre &c. gladium mittens in terram. In hoc monte mire ſermo dei viuus eſt, & penetrabilior omni ancipiti gladio pertingens vſq ad diuiſionem ſpiritus. Sæpe ſuum ſponſum amittere videtur eccleſia. dum perſequtionibus quatitur. qn̄ varijs procellis agitatur, fluctuat ipſa plærūq ob malos incurſus nauicula petri. & in illis pene deficiens cogitur auxiliū dn̄i poſcere, & iterū cōſolatricem p̄ntiam ſponſi. q perniciter exurit. quic quid a malo dęmone iniquitate & ingēti malicia ingeſtum fuit. Reuertere (inquit) ſimilis eſto dilecte mi capreæ. nos quidem mire illo tuo infinito viſus acumīe illuſtrans. hīnuloq ceruorum. cum pernicitate. tum mira in venenum, & in contraria mala poteſtate & præſentario remedio. Diximus ātea de capræa & cerui ꝓprietate. qua de re haud repetēdū ducim⁹: in eādē ſentētiā eadē īgeminās verba clamat cœleſtis aia q dęmonū ī ſubtilib⁹ & tātis malis obruiſ, vnū dn̄z vnū dilectū ſuū petit Illius recordatur auxiliatricis p̄ſentiæ, illius tātos

poſcit amores/cum omni voluptate & gratia permixtos. Et quam cum illo tali & tāto olim habuerat conſuetudinem/eamq; frequentem, ſanctiſſimas (vt ſic dicam) delitias & cœleſteꝫ Ambroſiā affiantem. Et ait. Reuertere dilecte mi, ne ſinas tuā dilectam opprimi, me reſpice pro qua tanta ꝓpeti dignatus es, tum dicebas qđ Firmianus cecinit. Ille ego qui caſus hoim miſeratus acerbos. Huc veni pacis promiſſę interpres, & ampla coīs culpę venia. Hic clariſſima ab alto. Reddita lux teris. Hic alma ſalutis imago, Hic tibi ſum requies, via recta redemptio vera, Vexillumq; dei, ſignum & memorabile fari. Similis eſto capreę redeūti fortaſſe ad paruulos ſuos: hinnuloq; ceruorum ſup montes Bethel. Ibi em̄ ob diuinę domus ſignificationem meliore pernicitate valent. At tu in dextera dei confidēs pro mirabilibus tabernaculis & tātis domib⁹ ꝓ ſinu paterno & ęternitatis habitaculo mire vales. Oīpotens quidem nomen tuum/& non eſt poteſtas q̄ tuæ poſſit comparari aut reſiſtere. Habes etiā innumerabiles mihi opem ferēdi modos: cuius eſt regnum & imperium in ſęcula ſęculoꝝ. In eandem cū patre ęqualitatem genitus, & ſi dicere dignum ſuffectus. Iſta cōis eſt interꝓtatio. At pro inſtituto noſtro in puriſſimā καὶ πανθάγιον virginem iſta conferamus, ſi illud quidem peculiari aliqua ratione poſſumus. Obſerua imprimis oīa hic ſpiritalia eſſe. Quid em̄ ad amores terrenos Bethel/hoc eſt dom⁹ dei ſiue Bethel, domus ſeparationis. Nec enim ſpiritalia cū carnalibus/vel tantillū ſunt ἐνάντια & contraria ſunt nulla dilecta ſiue amans terrena, & lapſum ſpirās amorem in montibus dñi quereret ſponſum. Præcipue ſi (vt quidā impie intelligunt) totum hoc epithalamium Salomonis & reginę Egypti amores deſcriberet. q̄ illum p̄uaricari coegit, & a diuino, in idolorum & dęmoniorum cultuꝫ ſecedere. Frequentius amiſerat filium pientiſſima & glorioſiſſima virgo in cuius aſpectu incredibiliter recreabatur. Erat em̄ tantus & talis, vt poſſet ipſos angelos penitus ad ſe conuertere: & haud dubie in illū deſiderabant aſpicere cuius erat forma & pulchritudo ſuper oēs ineffabilis: cuius aſpectus mire etiā erat ſuper benignus. In cuius laudes dicit Apl'us. Apparuit benignitas ſaluatoris dei noſtri erudiēs nos, Poterat igitur amiſſo aut ſe ſubſtrahēte filio dicere. Reuertere dilecte mi. Similis eſto capreæ, &c. At cernens puriſſima mater ſuum vnigenitū filium incōparabili forma & candore inſignē/nō parum angebatur cum ob illius immēſos atq; exhaurientes labores, tum ob mortem quā perpeſſurus erat turpiſſimā. Poſtea vero q̄ cum gloria & perenni immortalitate decorus reſurrexit. Nullus fuit amplius anxietati aut perturbationi loc⁹. Incredibilis erat illa gloria in quam ſingulariter fuit admiſſa: veluti in cubiculum dñi & ſecretiorē cellam/illa eadęꝫ hyperagia & ſuperbenedicta virgo q̄ poſt tantos exceſſus facile memoria repetebāt/illum p̄cipue vultum/illum candorem & roſeam oris gratiam, memor illorum ſecretoꝝ penetraliū q̄ dilecti ſui lumine preſente viderat. Illius palatij ampliſſimi & domus regię, vbi miniſtroruꝫ ordo eſt innumerabilis admirabili ſpecię inſignis. Qualę illud triclinium & cœleſte magis cōclaue quod ſibi & vnigenito filio ſingulari priuilegio erat ꝑparatū, qđ monſtrante filio fuerat contuita/qualis adhuc illa cella vinaria vbi vino ardentiſſimi amoris vterq; inębriat⁹/mire in talia ſympoſia, ductores ipſi primum alios etiam oēs prouocabant, In pares incendebant flāmas. Hæc oīa & alia diuinitas quoq; incōparabiles cernere poterat ipſo tm̄ lumine filij, illo ſolo monſtrante/qui habet clauęꝫ Dauid/aperit & nemo claudit/claudit & nēo aperit. Maxime vero argentum in eloquijs & aurum in myſticis ſenſibus fuerat cōtuita. Superabat tamen illa oīa ille vnus dilecti vultus admodum deſiderabilis qui ſi antea ſpecioſus videbatur nunc. In eum vultum redundante diuinitate & aīæ optima maxima gl'ia/multo ſpecioſiſſimus & pulcherrimus erat. De cuius gloria & honore eſſent ſuſcepturi oēs. Illo eodem vultu ſuper oēs maxime illuſtrante eius puriſſimam matrē talia & tanta recogitabat πόλλα φρεσὶ μερμήριξον (hoc eſt vt ait in eandē pene ſentētiam Homerus) multa in mente recogitans, p̄cipue vero ſanctiſſimorum & caſtiſſimorum eloquiorum dignitatem/q̄ poſſent ipſum orbem. In admirabilem cogere harmoniā, immo ipſa eſſet reſonantia angelicoꝝ numinum. Hęc & talia illam mire ſauciam reddiderant matrem. Propterea has & ſimiles q̄rulas voces emittebat omni tamen cū veneratione proſtrata mēte & corpore adorans vnigenitum ſuum, vt p̄ſentem vt ipſam mira pietate contuentē. Reuertere (inquit) ad me redeas ad matreꝫ o filij, q̄ te genui: is lactaui vberibus, his ſinib⁹ ſtrinxi. Noueras olim mortalis illi non parum deferre: & tua omnem meā anxietatē & mœrores recreare p̄ſentia. Ne me deſeras īmortalis, mortalē ne ſubſtrahas a me/& deiferis in ſuo tp̄e ac electis aīabus/illos vultus/illos tā mirabiles obtut⁹/qui meā aīam maxīo vulnere penetrarūt. Vulneraſti me o dilecte mi nōvno tm̄ oc'orū tuorum (vterq; nanq; dexterrimus eſt) nec vno tm̄ crine colli tui ſed oībus/qui diuinum vertice odorem ſpirauere. Solebas totius eccleſiæ ordinē decorem incōparabilem venuſtatem admirabili eloquutione tua mihi narrare, & delectorū aīas recēſere/& q̄q̄ non ſuꝫ illoꝝ neſcia/ tm̄ ex illo/ p̄dēs ore plura continenter poteram noſce, & ſingulo-

rum merita & virtutes, differentium passim gratiarum gradus velim ne me celes, ne clã facias, quorum me non parũ dignam feciſti. Cedent iſta in meliores eccleſiæ ꝓfectus et voluiſti me fontẽ eſſe puriſſimũ. vnde in eccleſia hortum mire cõcluſuꝫ decurrerent flumina, nedum riuuli gratiæ, & de ventre meo, ſm quod de credentibus ꝓdixiſti de me maxime intelligens, aquę viuę. Nihil em̃ factura, ſum aut feci ſeu faciam, Idcꝫ tua annuente gratia, quod ipſam non reſpiciat eccleſiam & diuinas electoꝝ animas. Fœcũditatem tuã immẽſam, ipſa mire fœcunda, ſum imitata. Quid em̃ non fœcundaeſſem ſiquidem me tm̃ euexiſti, & in tam ſublimia faſtigia & honores ſublimaſti, vt tua vnigeniti, ſcꝫ dei filij cõſubſtãtialis. i, ſimilis ſubſtãtiæ ſe cũdũ humanitatẽ ne dicam eoęqualis. (pie enim oĩa intelligi velim) mater eſſem, in te vno omniũ ſanctoꝝ merita & virtutes cõplexa. Reuertere igitur, maiora ſimul moliamur eccleſiæ & cœleſtium animarũ momenta. Dixiſti tu olim. Quoties duo vel tres fuerint congregati in noĩe meo, in medio eorum ſum: de quacũcꝫ re petierint fiet eis. Nũcꝫ nos ſimul fuimus. quin & in nomine dñi tuo vide licet & patris & ſpiritus ſancti: eſſemus coadunati. Nuncꝫ vna fuimus quin ſupplicibus votis cꝫtum ad humanitatem tuã loquor, q̃ mea etiaꝫ eſt: mens incõparabilis ſed cœleſtis lectulus poſcere mus ab immortali deo ſalutem eccleſiæ. Hoc agebas in meo vtero, Hoc ego in exceſſu poſita tecũ tuum & meum, cũ mea ſuggebas vbera. erat munus & diuina functio, tũ cum nobis factus grandior, in omnẽ obedientiã ſubiciebaris. Et erat (vt inquit Lucas) ſubditus illis. Iſtud idem in frequẽtioribus mecum cõgreſſibus, cũ munus iam ꝓdicationis ſuſcepiſſes peragebas, me deſerẽs vel ſpiritu continenter pñs & in ꝑcipuis nonnuncꝫ functionibus tuis admiſſa. Nuncꝫ, Nunc te gloria & honore exaltato minus me abs te ſeparandi occaſio eſt, nunc te breui conſenſu nulla me deſerendi, o fili cauſa. Sunt tm̃ propter ſummaꝫ tecum vnionem montes ſeparatiõis, vt in illis nemo me deſpiciat. hoc eſt Bether. Siquidem relinquar ego te deſtituta, qui totius mũdi honor & lumẽ erasmus vera teſtimonio Ioannis illuminans omnem hoĩeꝫ venientem in hunc mundũ. Similis eſto caprę acutiſſime videnti, hinnulocꝫ ceruoꝝ, ſed ſuper montes Bether. Hos mõtes, has tuas ſedes cũ miꝫ, tum pietatis, & aliarum innumerabiliũ & lõge ſeparatarum ab omni altitudine angelica virtutũ. In me cõſtituiſti (has illumina, has illuſtra) Hęc tãta tãcꝫ ſublimia faſtigia mõtes quidẽ excelſos cernis. E quibus montibus mirabiliter es illuminans. Hæc tua voluntas: hoc tuum ſanctiſſimũ inſtitutum. Sunt futuri montes in Eccleſia qui in maximos gradus. In maxima ſunt euehendi merita. In horum me grad⁹ oĩs ſufficies, facti ſunt illi in ſe. ſecundum qđ dicit Zacharias. Sicut domus Dauid, in me vero ſicut domus dei. Propterea ſimilis eſto dilecte mi capreꝫ. Et velocitate, & videdi perſpicuitate: quo ad diuinarum ſcripturarũ intelligentiã. Et hĩnulo ceruorum quo ad agendi & venena dęmonica extinguendi, invita actiua: ſiue in contẽplatiua efficatiã. Sed ſuper mõtes Bethel, ſiue ſatius Bether, ſunt em̃ illi editiſſimi & nobis a dño peregrinantibus ſeparatiſſimi. Mõtes quidez meos, quę non vna ſed multiplex etiam dom⁹ dei ſum, mea portione omnibus longe ſublimior. Regia & ampla palatia & innumerabiles cellę & prõptuaria diuitiarum dei. Reple illa oĩa tua ingenti virtute: tua incomparabili plenitudinæ tuo illo lumine quo mire vniuerſa eccleſia donabitur. Sed per inde vt ſtatuiſti, omnia ſiquidem in me heroica omnia diuina, nihil amplius humanum reſonabunt, quæ totius legis & arcanorum illius admirabile erã promptuariũ. Perbelle noueram qđ ait Cyrill⁹ patriarcha, ſiue Origenes ipſe adomãti⁹. Vt quomodo hic mundus ex viſibilibus & inuiſibilibus, ex cœlo terra. carne & anima corpore & ſpiritu, & ex horum conĩũctionibus cõſtat, ita diuinã ſcripturã ex corpore quodã litterę & aĩa, ſenſu. ſ. qui intra ipſam depræhenditur & ipũ, ſecundum quod hic ſenſus cœleſtia quædam continet conſtare. Iuxta qđ dixit apoſtol⁹ meus. Quia vmbræ deſeruiunt cœleſtiũ in quæ & diuina oĩa diuinos & ineffabiles noueraꝫ aſcenſus. pulchre pro cuius cꝫ captu hos ſenſus in omnes diſtribuens. Hæc & talia fuerunt, ſine arrogantia puriſſimę matris verba. Videamus ſi poſſimus iſta ſecũdum aliã interprætationẽ explanare. Erat frequẽs ſanctiſſima virgo cum apoſtolis & cum diſcipulis domini. poſt illius factiſſimam reſurrectionẽ. vt credere dignũ eſt. illa oĩꝫ & toti⁹ eccleſię vite (ſi ue ſolam etiã eã fuiſſe intelligas ſubſtracto plęrũ cꝫ domino) dicebat Reuertere. O. Amplectende & ſuper omnes amabilis fili ſimilis eſto capreæ hinuloꝫ ceruorum, ſuper montes Bethel. Nõ pro me rogo. Sed pro iſtis rogo, Ad quorum ſonum ſunt conuertendi omnes fines terræ. Super iſtos montes reuertere fac illos o fili videntes, quemadmodum olim illos prophetas videntes feciſti. immo meliori ſorte erunt iſti non modo prophetę. Sed etiã apoſtoli Maiore; egentlumine. Siquidez iuſſiſti vt non cogitarent. quomodo aut quid loquerentur, & te daturum. in illa hora. quid loquerentur. dabitur (inquit) in illa hora vobis. quid loquamini, non vos eſtis qui loquimini. Sed ſpiritus patris veſtri. qui loquitur in vobis. Altiore & magis ſpũali ſenſu eos eſſe opportebat auctore. eodẽ

Cyrillo per quos in vitam æternam deducendi es sent.spiritu diuinę legis.omnibus patefacto. Cuz verba domini spirꝰ & vita erant & sensum ipsi a domino accepissent tantum spirituales haud car nales iudæi.Fac illos pernicibꝰ pedibus veluti hi nulos ceruorum vt in omnes aduolent.in omnū salutem & fœlicitatem. Poterunt si præsens adsis bibere venenum.& non nocebit.Viden.vt adver bū siue litterā(vt dicit) hæc q̄drat interpræ tatio. Et si mortiferum(inquit dominus in euangelio) quid biberint non eis nocebit. Poterunt. tum te pñte calcare super serpentes & scorpiones q̄ m iri fice suffeciſti quę deerant passionuz christi in cor pore scilicet mystico ecclesię.lege tū Ambrosium tum Antiochenū & Bulgarium siue Athanasiuz Super aspidem & basiliscum(ait) ābulabis & cō culcabis leonem & draconem.Quæ de istis ma xime intellecta videntur,In hoc principio coadu nandę ecclesiæ(principium quippe nisi te iugiter præsente difficillimum erit)Reuertere dilecte mi. Amor te coget,tanta in tam egregium facinus a micitia te impellet.vt ad tantos messores,& pasto res alioqui gregis venias,spirituales legis iterpræ tes & doctores.Et c̄p̄ venturus sis nec tuam de relicturus ecclesiam.id quod certissimum tua pol licitatione est vis tamen nostris precibus venire. Vides tuo altissimo cōtuitu fines,cernis & media in tales præstitutos fines ordinata. vt nec vnum sine altero esse possit.Erat ipsa pientissima regina cœlorum iugis & frequens.in oratione.Siquidez tum egebant apostoli qui gratiæ tum erant exper tes nec sufficere poterāt eorum in rem tam egre giaz vota.& obserua quod ait.Similis esto dilecte mi capreę & hinnulo ceruorum,qui in apocalipsi leo dicitur agnus in genesi. Secundum quod pro phetauit Iacob.Catulus leonis,pulchre Cypria nus.q̄p̄ ipse sit leo de tribu iuda,& recubet dor miens in passione,& surgat & sit ipse spes gentiū. Et in ezechiele & plęrisq̄ alijs prophetis aliter de scribitur.in quo aperte monstratur. hunc de quo hic meminit vnigenitum dei verbū fuisse,& quia simplici absq̄ nomine proprio,dilecti aut frater nalis,explicatur nuncupatione,nec enim vllo di gne potest explicari nomine nec illud peculiare sa tis nobis cognitū.Quis scit (ait salomon) quod sit nomen eius aut nomen filij eius quasi nomen illud penitus ignoretur. Firmianus in. iij.ca.vij. probat nomē filij & āgelis & hominibꝰ esse igno tum licet nomen habeat nec ante id publicatum iri c̄p̄ dispositio dei fuerit ipleta nec enunciari pos se hominis ore, testimonio Herme contēdit & in ter homines Iesum nuncupari tradit lege.iij. cap nionis deverbo mirifico.Propterea haud explica tur hoc loco,quia etiam sub multiplicirerum pro ductaruz idea describitur,Emanuel.nobiscuz deꝰ explicatur lege Ioan.chrisost.q̄ Christus sit deus quasi ideæ rerum omnium & exemplares formæ in eo sint Est enim maxima rerum omnium idea si Alliacēsi credimus. Omnes eminentiꝰ cōtinēs ideas & species. Archetipon & ars paterua qua condita sunt oia.Nec enim vllo digne potest ex plicari nomine nec illud peculiare satis nobis co gnitum·Illud principium est sapientia in quo deꝰ pater condidit vniuersa in principio(inquit)hoc est i verbo creauit deus cœlum & terram,magnū (vt aiunt)eruditi,ibi latet secretum.Est enim oim principiorum principium,quod omnia alia velu ti exemplar respiciunt. Obserua etiam illud vt in toto hoc volumine pluribus effertur nūcupatio nib, quasi longe meliore forte c̄p̄ paulus oibꝰ oia factus sit.qui omnia vt diximus est in oibus.Nūc rex,nunc pastor,nunc dilectus,plærumc̄p̄ frater nus hoc est auctore Hieronymo fratris filiꝰ,aut fratruelis. dictus quoq̄ amicus etiam,quæ facile monstrant hunc librum totum spirituales esse Et sanctissimas Iesu christi cum ecclesia & cœlesti a nima describere nuptias (lege Basilium in pro uerbia Salomonis)aut sanctissimos cum venerā da matre occursus. Rogabat beatissima virgo. p sanctissimis Apostolis.in hac revt in alijs filiū imi tata.Ego pro eis rogo non pro mundo rogo.sed p his quos dediſti mihi.qa tui sūt. & mea oia tua sunt.& tua mea sunt,& clarificatꝰ sum in eis.Sub dit pater sancte serua eos in nomine tuo. quosde disti mihi vt sint vnum,sicut & nos, Cum essem cum eis ego seruabam eos in nomie tuo. Et iterū nō rogo vt tollas eos de mūdo.Sed vt serues eos a malo.Sanctifica eos in veritate sermo tuus,veri tas est. Sicut tu me misisti in mundum ita & ego misi eos in mundum.& pro eis ego sanctifico me ipsum.vt sint & ipsi sanctificati inveritate.Et vide prouidentiam & amorem ecclesiæ futuræ. Non pro eis autem rogo tantum sed & pro eis qui cre dituri sunt,per verbum eoꝝ,in me.vt omnesvnū sint.Sicut tu pater in me.Et ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint. vt credat mundus, quia tu me misisti.Et alia innumerabilia prosequitur domin in ea tam diuina & celebri oratione. in hunc mo dum sacratissima agebat virgo.Cernebatvt mon tes futuri erāt in circuitu ecclesiæ. Qui & duode cī erāt panes ꝓpositiōis educaturi verbo suo (q̄ panis est vitæ)omnem ecclesiam.Et duodecim il li fontes perquos decurrerent. cœlestis gratiæ & sanctæ doctrinæ perc̄p̄ salubres vnde,illę.xij. ho rę diei hocē Christi domini solis nostri lucis & ve rissime diei nostrę hos ex oibus & vitę Inde in spi ritu.Matthiaz elegit dominus, lege vj.c.Lucę his iuxta numeruz dicit.eritis & vos super sedes duo

decim iudicantes duodecim trib⁹ israel. pro iuda iam iam Matthiã sufficiens. Et tales & tãti hi erãt vt pro templo Ezechielis essent mœnia ambientia & circundantia omni custodia templum. Vt se mirum opponerent pro domo israel quæ est ecclesia dei viui. Tanta quippe dignitate fuerunt in tã sublimes gradus suffecti, & propter orationem dominicam. Et ipsius fortasse regiꝫ cœlorum. quæ totius mẽriti & dignitatis sui filij. fuit comparticeps, vt instar diuinæ trinitatis sed pro suo gradu & sanctissimorum angelorum munitionem & tutelam ecclesiæ prẽstaret. Et vide ampliores illoruꝫ profectus. Sistuntur in portas cœlestis hierusalem quæ est mater nostra. Ab oriẽte (ait Ioãnes) portę tres. & ab aquilone portę tres. & ab austro portę tres. & ab occasu portę tres. Fuerunt nimirum sanctissimi Apostoli per vniuersas orbis partes dispersi. Vt omnes veluti porte imitatrices domini eꝫ portꝫ, porte nimirum iustitiæ. in salutem recipe rentur. Fuerunt etiam veluti margaritę puriſſimę puriſſimam margaritam dominum Iesum siue ei⁹ super sanctam genitricem. referentes, de qua puritate. in sequẽtibus loquitur. Et duodeciꝫ (inquit) portę duodecim margaritæ sunt per singulas. Et singulę portę erant, ex singulis margaritis. Et portæ ipsæ margaritæ. Et per singulas, portas margaritæ sunt, verbum diuinum e sanctissimis patriarchis ꝓcessit. Et verbũ iterũ diuinũ per Apostolos erat disseminanduꝫ. Et per eos admittẽdi erãt in salutem credentes. Audi quid de se dominus, ego sum ostium ouium. Et iterum ego sum ostiũ, per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur & egrediet, & pascua iueniet. Et paulopost. Ego veni, vt vitam habeant & abundantius habeant, per ĩde acsi diceret. quia ostium ego sum. sunt isti recipiendi in vitam. Et pari quadam ratione sanctissimi Apostoli. qui ostium facti sunt cœli, cæteros in vitaꝫ admittunt. In qua te imitantur sanctissimam theotocon. In cuius laudes canit ecclesia in ei⁹ ꝑsona. Porta facta sum cœli ianua effecta sũ filio dei & hoc illi si magno Alberto credim⁹ peculiare vt plẽraq; alia cui⁹ singularia sũt. de illa cadẽ supsancta matre portã orictis. In Ezechiele. clausam interprætãtur. per quã domin⁹. solus ĩgressus fuerat. Porta igitur iustitiæ. cum dominus redemptor ipse sit sol iustitię. Et remotiori quadam imitatione sanctissimi Apostoli. de quibus dicitur. In troite portas iustitię. Et fortasse illud p̃s. xxiij. Attollite portas principes vestras & eleuamini portæ ꝛternales. & introibit rex gloriæ. Via quippe in ꝛternitatem et beatam vitam iustitia est. De qua arcana quædam differunt eruditi, iustum p̃dicantes, fundamentum sempiternum, de quo canitur orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis

Principes quippe sunt. de quibus dictum est Cõstitues eos principes super omnem terram. memores erunt nominis tui. Arnobius præceptor. Firmiani legit (vt istud obiter dicam) Tollite portas princeps vestri. i. abiꝫcite exemplum. Adę. qui est principi sv̄ester. secundum carnem. vt sicut portauimus imaginem terreni. portem⁹ imaginem cœlestis, communis tamẽ editio. habet principes. qd̃ ad Apostolos referri potest. Hæc pro eo quod dictum est. Super mõtes Bethel siue Bether. Quod verodomus dei siue vltra mũdanæ separationis sint. aperte dicit Apostolus. Quę domus (ait) sumus nos. si fiduciam & gloriam spei. vsq; ad finẽ firmam. retineamus. Per belle Alexandrin⁹. Cyrillus. Si in mundum commune est quod sanctum est. nominabitur separatum. Et si quis dei solũ seruus est, communis nõ potest dici, qui sanctus igitur eñ solius dei est. Separationis brachium quã do secundum prophetã separamur de medio peccatorum. Montes igitur separationis. montes sancti. Possumus oẽs gradus ecclesię maximos montes intelligere doctores & alios, qui prẽsunt, qui illustraturi erant minores. In quoruꝫ etiam fide. veluti in domo firmissima. alij recumberent vt olim in fide maiorum (quam vocant) explicita, credẽtes saluabantur. Hodie in fide parentum infantes si modo sacris fuerint dilutivndis. qui diuino gratiæ indumento illustres & grati & accepti sunt, & primo actu eiusdẽ gr̃æ. teste Ioãne gerson, & charitatis insignes & mite decori in pulchram ecclesiæ harmoniam immo vero in pulcherrimos chari parentis complexus venientes. Intellige igitur sæpe discedentem dominum. ob meliores fortasse fructus. Et sæpe iterum venientem. Cuius p̃ntiam multo meliorem existimat purissima virgo. Qua de causa rogat pientissima domina. vt reuertatur in mentes credentium. illas incendat inflãmet & fructificantes reddat. Duobus vel maxime continetur ecclesia, & sanctissima institutione & humilitate. Aperuit corda discipulorum frequẽter. dominus vt sensum scripturarum cognoscerent. Et potissima dedit præcepta humilitatis. Qui maior est iter vos fiat sicut' minister. & discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Et alia id genus plura Ipsa humilitas, vnum charitatis retinaculuꝫ est, & perinde oĩm virtutum. que ignorata a veteribus a domino & demõstrata & maxime prædicata est Perfecti tũ erant discipuli qui ꝓxime a dño discebant, & multo amplius super sancta virgo Maria diume. Cyrillus Alexan. libro. xij. in Leuiticum si eius tamen est, quando mire respondeant. hi libri homilijs Origenis in Leuiticuꝫ. Qui perfect⁹ est ab ipso deo docetur, & homie ad diuina sacramenta dicenda non vtitur, sed a deo discit. si po-

teſt capere dei vocem. Inferior diſcit ab eo. qui a deo didiſcit. Addit.duplex ratio de ſolẽnitatibus (inquit) & proinde de quibuſuis aliꝭs. ſcriptura rum ſacramentis.vna qua illuminata mens ꝓphetica a deo docetur/quæ (vt ita dicam) magis ituitu diſcitur mentis. q̃ ſono vocis/per quã veritas ipſa non vmbra aut imago veritatis agnoſcitur. Qui vero non totum fulgorem veritatis aſſequi poſſunt audiunt ſecundo loco ab ꝭs qui a deo dicerint. Ad hos veritatis vmbram profert ſolus auditus.Huius myſterij.conſcius apoſtolus dicebat de iudeis.q̃ vmbræ deſeruiunt cœleſtium. ipſa cœleſtia.Moſes. vidiſſe deſcribitur. Typos autem & imagines eorum quæ viderat populo tradidiſſe.facito (inquit dominus) ſecundum exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt.Illud de Moſe multis confirmat ſacer Hylarius in præfatione commentariorum in p̃s.& inſignis philoſophus Ioãnes picus a mirãdula. & inde eandẽ receptionem (quã cabala vocant) in lxx. quorum ſcriptura meminit, & horum etiam ſucceſſores/ a moſe veluti a manu deriuatam duplicem vero rationem diſcendi diuina etiam aperit Ioannes anthiochen⁹ cognomẽto Chriſoſtom⁹ in explanatione in Mattheum.& pene in principijs explanationis oportuerat(inquit)nihil nos indigere auxilio litterarum,ſed tam mundam in omnibus exhibere vitam,vt illarum vice gratia ſpiritus Sancti vteremur.& ſicut attramento paginæ ita corda noſtra inſcriberentur a ſpiritu. Quia vero hãc a nobis excuſemus gratiam,age vel ſecundas diuitias expetamus. Cæterum quod primum illud fuerit ſublimius,& ex verbis ſuis deus,& ex operibus oſtẽdit.Nam & Noe & Abrahæ eius q̃ poſteris & Ioſeph & Moiſi,per ſemetipſum locutus eſt quia munda eorum corda reperat, poſq̃ vero omnis populus iudeorum invitia delapſus eſt tũc iam litteræ dantur,ac tabulę,per quę hæc adminiſtratur admonitio. Nec apoſtolis ſcriptum aliqd tradidit Chriſtus ille(iquit) ſpiritus ſanctus.ſ.docebit vos omnia Paulus dicebat ſe accepiſſe legẽ non in tabulis lapideis,ſed cordis.ac de his hactenus.Oremus dominum.vt ex ſecundis gradibus nos tandẽ attollat in ſummosvt edocti ab hominibus tandẽ ab ipſo domino doceri mereamur gratia & miſericordia ſua. Cui ẽ omnis honor & gloria in ſęculorum ſęcula. Amen.

Libri Quarti. Homilia.ſ.

IN lectulo meo per noctem quæſiui quẽ diligit aĩa mea. Quæſiui illum & non inueni.Surgam & circuibo ciuitatem per vicos & plateas. quęrã quẽ diligit anima mea.Quęſiui illum & non inueni.inuenerunt me vigiles qui cuſtodiũt ciuitatem.Nũ quem diligit anima mea vidiſtis. Paululũ cũ pertrãſiſſem eos inueni quem diligit anima mea. Tenui eum nec dimittam donec introducam illũ in domo matris meę/& in cubiculum genitricis meę. Dixímus antea lectulum eſſe corp⁹ ſiue hoc quod cernimus. eſt namq̃ cubiculum & ſedes animę ſiue myſticum.In quo membra omnia cõquieſcũt de quo frequẽter meminit Apoſtolus. totum corpus eccleſię.difficile eſt omnia propria ratione.in matrem domini explicare/videtur namq̃ ille ſenſus eſſe impleriſq̃ locis allegoricus. At impoſſibile aperte ſingula in allegoriam iterpręari/ ſiue eũdem illum ſeruare tenorem interpręrationis. propter varia & multiplicia ſacramenta/ quæ cõtinet idem ſcripturę locus.Et ex vno ſubinde tranſit in aliud. Diſſeruit ſuper hac re pluribus ſacer Hieronym⁹.beatiſſima virgo Maria/ vt antea quoq̃ dictum eſt nũc perſonam ſuam agit.nunc eccleſiæ. Cuius alterum caput,ſiue regina eſt. Ipſius quandoq̃ animæ.Namq̃ anima longe omnes antecellebat.Sed ad interprætationem veniamus. Diuiniſſima ſunt ſi ſecũdum intelligentiam quam veriſſimæ tradit eccleſia accipiãtur quæcunq̃ inſcripturis cõtinentur iuxta quã ait Alexandrin⁹ Cyrillus.lex dei omnes ſuper eminet/& vere tum dei lex eſſe creditur.Peruius nobis paſſim in ſcriptura paratur aſcenſus. Quã admirãde auctoritatis eſſe.etiam probat antiquitas.lege Euſebium.ceząrien.in libro de p̃paratiõe.euãgelica/& Firmianũ in.iij.ca.v.&.vij.de ãtiquitate noſtræ gentis.Euſebiũ quoq̃ in prio eccleſiaſticę.hyſtorię.In lectulo meo per noctẽ(inquit)quęſiui quez diligit anima mea/cuiuſcunq̃ animæ ſollicite ſuper ſponſi ſui p̃ntia verba ſunt.Illam primum.quæ analogiã p̃ſtabit ad cæteras.ſimpliciter ꝓſequamur.Quãdiu in hoc mortali agebã corpore(inquit) in nocte huius ſæculi poſita/quamq̃ enim alternantia ſint dies & nox/& videatur huic ſęculo ſol ipſe afferre lumen.Tamen ſi ad lucem futurę hieruſalem conferas,nox eſt.Minora enim ſupræmis comparata contraria & oppoſita videntur.Poteſt & alia ratione nox hic conijci perturbationum multiplicium tẽtamentorum & rerum omnium ferme aduerſarum. Nox etiam peccatum qualecunq̃ ſiue contra legem ſiue præter legem dei ſit. belliſſime Cyprianus. Cum in tenebris ſæculi & nocte ceca iacerem difficile prorſus ac durum pro illis tunc moribus opinabar. quod in ſalutem mihi diuina indulgẽtia pollicebatur vt quis renaſci denuo poſſet vtq̃ in nouam vitam lauacro aquæ ſalutaris animat⁹ quod prius fuerat exponeret, hominem aĩo ac mente mutaret.non caret vtilitate ipſa nox

Siquidem luna. vt ait Firmianus, libro de ira dei. quē extollit Hieronymus, cecas tenebrosis mētibus noctes fulgore suę claritatis illustrat vt opera sine labore effici possint. Siquidē nocte leues melius stipulę, nocte arida prata tōdentur, noctis lentus non deficit humor. Et quidam seros Hiberni ad luminis ignes peruigilat ferroq; faces inspicat acuto, sed ad institutū. Quesiui quem diligit aīa mea in quem naturaliter fertur aīa, trahitur nāq; insummū bonum: in recreatorem & liberatorem suum imo & remuneratorem bonorū suapte naturali lumine. De quo meminit Propheta. Signatuz est super nos lumen vultus tui dñe, nec em̄ meus aliter quiescit animus. natus tamen in quietē suopte ingenio. siue aliter audiueram. q̄ta bona & q̄ maxima essent in dilecto meo. quod speciosus forma esset super filios hominum. quod optim⁹ maximus, quod rex regum & dñs dominātium. Rex magnus super omnes deos. illuz, ab eodē in penetralia sua admissa frequenter videram. Et si nō facie ad faciem. tamen in speculo & enigmate. noscens vtcunq; mirabilem virtutem eius & sapientiam, oēm superātem sapientiā: vt cætera oīa si ad illius ęminentiam cōferas. Tametsi pulchra & bona videantur, ñ mihil sint in comparatione illius, quē breui ita describit Gręgorius. Nazianzenus in natalem domini. De⁹ equidē semper erat est q; atq; erit. Nam erat & erit nostri temporis, & fluxe naturæ. sint particulę. At ille eistens est semper ita em̄ ipse Moysi semetipsum nominauit, totum enim ipso compręhēdens esse cōtinet. Quod nec incipit neq; desinet. tāq; pelagus quoddam essentia immensum & infinitum omnez transcendens sensum & temporis & naturæ solum mēti vmbrę instar depictum. Idq; sub obscure & per exigue non ex his quę in ipso. sed circa ipsuz sunt. alia ex alia imaginatione, in vnum quoddam veritatis simulacrum concepta, priusq; teneatur effugiens & anteq; cognoscatur euanescens. tantisper illuminans id quod in nobis principatum obtinet, & hoc in puris solum, q̄tum visum fulguris nō sustinens ictus. Ideovt mihi videtur, quo compræhē sibili illo ad se attrahat, ac eo quod difficulter cōpræhēdi possit, admiratum vero plus desideretur desideratum purificeret. purificatum vero deo similes reddat. Cum autem tales euaserimus tanq; cum domesticis iam conuersatur deus, dīs vnit⁹ & cognitus, infinitus, infinita igitur diuinitas & contemplatu. haud facilis. ac penitus ex illa hoc solum compræhensibile quod sit infinita. Cū em̄ mens in supernam respicit ꝓfunditatem. nec habet vbi consistat. at incontemplationibus de deo destituitur, tum infinitum illum & impenetrabile principio carens appellatur. His belliſſime astipulatur. S. Dionysius libro de diuinis nominibus & de mystica theologia. & in elegāti epistola, ad Caium cultorez de ea quæ in deo est ignoratione & ad Dorotheum ministrum de caligine, Damascenus in primo. Nicolaus cusanus libro. de docta ignorātia. Anthiochen⁹ in anomeos, & Basilius mag. in eunomium de inconpræhensibilitate dei, differens radicem diuinarum perfectionum censuit quidam infinitatem. Sacer etiam Augustinus instar fulguris corruscantis, menti nostrię veluti illucere vt vix breui momento (vt quidam ait) silentium & ineffabile arcanuz constet, scripsit prohisce diuinis ascensibus. de mystica theologia. Ioānes gerson, & plęraq; affert. in laudatiſſ. opere, in cāticum Mariæ. Cū vero deū nomino, ait Nazianzenus, de patre filio & spiritu sancto loquor neq; enim diuinitas supra hæa a nobis diffundiditur. ne deorum populum nec infra hæc distr. ngitur ne diuinitatis inopiam decernamus. Sentij vel in eius cella vinaria q̄tus sit illius in me amor. quippe qui immensus q̄ dulcis & suauis est mihi vel in medijs simibus meis. Nec enim me indignabatur. Siquidē ex cōtractu meo. q̄uis humilis sim & abiecta. nihil tamen illi qui infinita puritas est detrimēti accedit. quomodo nec radijs solis ex cōtractu rerum viliorum nec spiritalia a corporeis possunt labefactari proinde adsit tantum puritas mentis corporalis labes a tremendis altaribus austore Ioanne gerson. Fuerat me etiam suis dignata simibus, se tamen in præsens (vt frequenter facit) mihi subtraxit. Non sentio illius sollitam fragrantiam, non eius incomparabiles ardores oī voluptati & suauitati permixtos. illius præsentia augmentū charitatis est absentia vero. tanti feruoris (vt videtur) diminutio. Sordent mihi quæcunq; video. propterea illud sollicita etiā per noctem quæro. Quęsiuit illum. Moses. S. inueni (inquit) gratiam in conspectu tuo. ostende mihi faciem tuam. vt sciam te & inueniam gratiaz ante oculos tuos. Nec frustra fuit huiusmodi postulatio. Pollicente domino, facies mea præcedet te, & requiē dabo tibi. Et iterum ostendā omne bonū tibi, & vocabor in nomine domini coram te. Et alius quidam. Ostende nobis faciem tuam. & salutare tuum da nobis. Et Esaias huiusce videndi desiderio. Emitte agnum domine dominatorem terræ de petra deserti ad mōtem filiæ Syon, quaz fuisse orationem omnium patrum existimant. Et solemnis pro oīb⁹ filijs israel benedictio, hoc etiā continebat. Ostendit dominus faciem suam tibi. & misereatur tui. Conuertat domin⁹ vultum suū ad te, & det tibi pacem inuocabunt (inquit dominus) nomen meum super filios israel. & ego benedicam eis Ecclesia quoq; pro cōmuni voto incla

mat. Oſtende nobis domine faciem tuam & ſalui erimus. Et tu ipſe o dominator domine deus. Nũ in euangelio, in hac viſione beatitatem omnẽ cõſiſtere prẽmonſtraſti? Hæc eſt inquiens. vita ẽterna. vt videant te deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Non abſre igitur nec fruſtra fortaſſe: queſiui quem diligit anima mea. Quẽrebaꝫ illum in nocte. Cum tamen infinita lux eſſet. quoniã (iquit Ioãnes) deꝰ lux eſt, & tenebrẽ in eo nõ ſunt vllæ. Perinde fortaſſe mihi eueniebat ac illis ſolet qui quẽrentes lucem, in regionem tenebrarum ſecedunt. poteram ſcire quod ille affirmauerat. regnum ſuum non eſſe de hoc mundo. tametſi rex vniuerſæ terræ eſſet. non hic tamen primores gratiæ. illius quidem conſummatæ aut gloriẽ (id quod magis videtur) efficientias agebat, non tanti aut tam perſeuerantis amoris, propterea fortaſſe queſiui illũ & uon inueni. Solabar me ipſam ego & perſeuerantia opus eſſe intelligebã. Quod per importunitatem vult ille optimꝰ maximus eſſe petendum. Et ſi non primum petenti. tamen importunẽ petenti daturus eſt. Eram fiduciã & gloriam ſpei vſqꝫ ad fidem firmam retinens. Audiueram quoqꝫ illum tenebras poſuiſſe latibulũ ſuum. Et proinde non prſus abſonum eſſe. ſi in tenebris quæreretur. Hoc eſt indocta quadam ignorantia & quidem ait Dionyſius cum ſit inuiſibilis propter eximiam & quę ſubſtantiæ ſupereminet claritatem, eademqꝫ inacceſſibilis pro immenſa ex ſe manantis luminis copia, ad hanc pertingit eaqꝫ abſorbetur. quiſquis Deuꝫ noſſe acvidere meruerit. Ioannes chriſoſtomus. homilia prima de incomprę henſibili dei natura. Heu tu quid ais? ſapiẽtia dei a nobis compręhendi poteſt. nonne iſtud perſpicua inſania? Magnitudo eius nullo deſcribitur fine Eſayas, dicit generationẽ eiꝰ qs enarrabit. Dauid, mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me. Paulꝰ ex parte cognoſcimus. & de prouidentię parte diſſerens. velut ad mare immenſum, & gurgitem præaltum inſpiciens cõturbatur Deficit & recedit illico exclamans. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei ꝙ incompręhenſibilia ſunt iudicia eius. quod ſi ſcrutationem non patiantur longemin⁹ percipi poſſunt. Oculus etiam nõ vidit &c. quæ præparauit his qui diligunt illũ. Gratias (inquit) pro inenarrabili dono eius. Pax eius, omnẽ excedit intellectuꝫ. Si diſpenſatio incomparabilis, multo magis ipſe, ſapientiſſimus & magnus. Sed ẽtum ſapientia valeat, quę ſit eius magnitudo & quomodo vbiqꝫ ſit neſcimus. Vt etiam regat, ideo ex parte cognoſcimus. Cæterum quod ſapientia comperire non poteſt, hoc ſtultitia, quæ ſecundum Chriſtum eſt, vt in homilia dicit. efficere potuit, quotiens aliquid deus aſſerit. ex bona fide admittendum eſt, non ratio exigenda. Nubes igitur et caligo (inquit) in circuitu eius Superſubſtantialiter eſt ait ſanctus Dionyſius, & ſuper oẽꝫ mentem & intelligentiam noſcitur, præſtanſiqꝫ illa & perfecta ignoratio, eius vera cognitio eſt. & in epiſtola ad Caium Is qui principium omne viſuæ bonitatis excellit, hunc in modum deitatem boniqꝫ principatum ſuperat. & dorotheo. Caligo diuina inacceſſibilis lux eſt in qua inhabitare dicitur deus. pulchrę Nazianzenus. ἀλλά τὰ μὲν σὰ φῶς μεγάλοις ἐνὶ βένθεσι κεῖται hoc ẽ, iſta quidẽ in magnis profundis ſapietiæ iacent.. Et ſublato ſuperliminari domum fuiſſe fumo repletam obſeruauimus. Prẽceſſit ille etiam olim filios iſrael in nube, quę in tantos ſolis ardores refrigerium prẽſtaret. Cum legem pro ſolemnibus promulgaret. nubes denſiſſima, vbi erat tum ſingulari efficientia dominus, operuit montem. Iamqꝫ (inquit) ad uenerat tertiꝰ dies. & mane inclaruerat, Et ecce ceperunt audiri tonitrua. ac micare fulgura & nubes denſiſſima operire mõtẽ ſubiungit. Totꝰ aũt mons Synai fumabat, eo ꝙ deſcendiſſet dominꝰ ſuper euꝫ in igne, & aſcenderet fumus ex eo, quaſi defornace. Eratqꝫ oĩs mõs terribilis. Id quod antea prædixerat dominus. Iam nunc (inquit) veniam ad te, in caligine nubis. vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. Viden. vt dominus in caligine apparet, & legem decernit populo ſuo. De hoc quoqꝫ meminit apoſtolus. In epiſtola ad Hebræos. Non enim acceſſiſtis ad tractabilem & acceſſibilem ignem & turbinem & caliginem & procellam, & tubæ ſonum, & vocem verborum. Et ſi (inquit) Non ſim in eo gradu vt dominum & deum meum videam in eo etiam incomparabili ſplendore. tamen vt cumqꝫ videam, mihi ſatis datum iri videbitur. tametſi is locus aliam interpretationeꝫ habeat, de mitiore legis nouę promulgatione. Habet ipſa etiaꝫ nox diuinarum reuelationum ſacramenta & opportunitatem. Non de nocte peccati loquor, de qua. Nazianzenus Euigila (inquit) tibiqꝫ apparebit Criſtus. diſſoluẽs noctem peccati. qm̃ iuxta Eſaiam, ſpes praua in nocte, conducibilius eſt matutinum compręhendere tempus, & non timebis a timore nocturno. Aſpiciebaꝫ (inquit Daniel) In viſione noctis. Et ecce cum nubibus cœli, quaſi filius hominis veniebat. Et in ſequentibus. Ecce (inquit) vir gabriel quẽ viderã in viſione a prĩcipio citovolans tetigit os meum. Viden vt diuina numina ipſa nocte apparent hic & in eodem Dauiele? Videbam in viſione meam nocte, & ecce quatuor venti Subdit, poſt hæc aſpiciebãin viſione noctis, Et ecce beſtia quarta terribibis. & veſperã diuina ſigniſiare. vſqꝫ adveſperã & mane (ait) cęleſtes ſgr̃ai ip

so vesperi apparent. In Ezechiele, eleuata gloria domini, dom⁹ repleta est nube. in principio quo q̄ Ezechielis. vix sine caligine, aut nube magna visio est. Et vidi (inquit) & ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone, vnde solent tenebræ esse, & nubes magna & ignis inuoluens. in nouo vero. & regibus & Ioseph in nocte & in somnis diuinę fuerunt retectiones, & proinde in spem deducor meum videndi dilectum & amantissimum amicum qui nemini se negat, & iuxta Apostolu⁹ stabo ego ad ostium & pulsabo, vt me suo exemplo docuit. si forte apparuerit mihi. Voluit ipse videre faciem meam. Quid ni igitur contendā ego illius etiam faciem. contueri. gratia eiusdē vnigeniti & dei mei cui oīs gl'ia Amē.

Libri Quarti. Homilia. ij.

SVrgam & circuibo ciuitatē per vicos & plateas, quęram quem diligit anima mea, & ciuitatem fortasse mundanaz intelligit. Est enim in ea propter vni⁹ dei siue monarchæ principatum aut esse deberet ciuiū vnitas. In oīb⁹ vestigia diuinitatis aut imagines sunt & cogit in cōcinētiāv' renitent ē mūdū de⁹. Vñ in hoc circuitu & indagine rerum per res omnes sui sponsi poterat sibi euenire. qualiscunq̄ illi⁹ cognitio. Sunt in hac ciuitate mūdana. vici & plateę: quomodo de sapientia dictum est. Sapiētia foris clamitat, in plateis dat vocem suam: in capituitate turbarum clamitat: in foribus portarum vrbis profert verba sua. Dicens. Id quod de vrbe mundana intelligēdum. Neq̄ enim in vrbe solum dat vocem suam. Quam rem demonstrant statim verba. Cum primum ait. Sapiētia foris prædicat, & iterum in sequentibus ait. Nunquid non sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam. in summis excelsisq̄ verticibus. supra viam, in mediis semitis stans. iuxta portas ciuitatis. in ipsis forib⁹ loquitur. Dicens. At quæ sunt viæ aut portę huius vrbis? difficile est interpretari. Nisi intelligam⁹, per omnia nobis viam datam esse. quo in cœlestia contendamus. Horū ꝓfecto ait sanctus Dionysius si quis itueri possit in timum secretumq̄ decorem mystica esse omnia & diuīa mirabitur atq̄ ingenti theologiæ lumine plena. platea illa nimiruz est de qua dicit Propheta. Et ambulabam in latitudine quia mandata tua exquisiui. Et alio loco. Latum mandatum tuum nimis. Plateam cœlestis hierusalem vt angulos portarum in plebem dominicam eruditi referunt. Et viden. vt respōdent citima & sublunaria supremis. Plateam apertissime ciuitatis hierusalem. citerioris quidem (est enim ibi mundus intelligibilis quem vocant) dicit esse ex auto purissimo. Et platea ciuitatis (inquit) aurum mundum. īmo ipsam ciuitatem aurum mundum contestatur, propter quod spiritaliter & mystice omnia intelligenda esse apertissime mōstrat. Nec cū ambitus murorum ciuitatem facit. Surgam ego ꝑ vicos & plateas. quęram quem diligit anima mea Sum ego etiam peregrinans. & in hoc mūdo viatrix. longe peregrinata a domino, possuz pleraq̄ promererī. possum ex omnibus & mihi & multis prodesse. Audi quid responderit sanctissimus Iacob, regi Pharaoni. Dies peregrinatiōis vitę meę centum triginta annorum prauī & mali & nō peruenerunt vsq̄ ad dies patrum meorū quibus peregrinati sunt. Et Dauid. Heu mc quia incolat⁹ mee us prolongatus est vnde παροικία. idest incolatus quod vocabulum patres non sine sacramento obseruandum duxerunt: habitauī cum habitantibus cedar: multū īcolafuit aīa mea. De quo dicit Apostolus. iuxta fidem defuncti sunt omnes isti nō acceptis repromissionibus. Sed a longe eas aspicientes & salutātes. & confitentes quia peregrini sunt & hospites super terram. Qui enim hoc dicunt significant eam inquirere. Et siquidem ipsius memi nissent de qua exierunt. habebant vtiq̄ tēpus reuertendi. Nunc autem meliorem appetunt. i. cœlestem. Et alio loco non enim habemus hic manētem ciuitatem sed futurā inqrim⁹. Viden vt apte ciuitatē mūdanā & vltra mundanā dicit. Quā mūdanam facer Augustin⁹ in duas diuisit. In dei & diaboli ciuitates. alteri āgeli: alteri refugę prę sunt spiritus. Quæ pro eo dixerimus quod dicit vicos & plateas. ne ad iacentem litteram omnia referamus. Quatuor elementa esse quæ τὰ σύκλα vocāt ambigit nemo. Habet terra stabilitate suave stigiū quoddam diuinorum. habet aqua sua perspicuitate siue transparentia etiā mirā in fœcunditate ꝑprietatem: ea enim mire singula propagantur: lege in recognitionib⁹ clementis. quarti post Petrum pontificis. Roma. quæ de hac re locupletissime disseruntur. Qua da re velut numen quoddam illam insane quidam existimauerant. At ipso filio veluti diaphano & transparenti. deum patrē & totius trinitatis mysterum intelligimus, illoverbo mirifico veluti vniuersali idea & omnium rerum archetipo res omnes & contuemur & ab illo tāto fonte manētes miramur. Aer hz ob respirationē quā facimus. viuificandi quandā veluti potestatem. At ipso domino & deo (vt paulus athenensibus dixit) maxime constamus viuimus & mouemur. Cum ipse det omnibus vitam & respirationem, & omnia. In ipo enim viuimus, mouemur & sum⁹ ipsius enim & genus sumus. H

est ab illo educti & procreati. Ignis lucem habet & ardorem & alia id genus plurima. quæ Sacer enumerat. Dionysius. per ignez itaqꝫ (ait) signari arbitror, cœlestiuz spirituum faciem, dei maxime specie insignem. Nam sanctissimi viri summã illam & nullis obnoxiã figuris formisqꝫ substantiam, varie in igne describunt. quippe qui diꝫ proprietatis in rebus visibilibus, plurimas seruat imagines. & post enarratas proprietates addit. Complures alias ignis proprietates inuenies, diuinę actioni prope accedentes. illucet dominus iustis, & vrit veluti consumẽs ipsos Peccatores absumẽs, hoc est in armoniam cogens. & iustitiæ leges eorum peccata. Propterea ignis consumens dicit? quod hebręi vno vocabulo Esth explicant. Rota & sedes domini apud Danielem. Ignis accensus & dominum vt cumqꝫ explicans. Ezechiel ait. Et vidi (inquit) quasi speciem electri: velut aspectum ignis intrinsecus & per circuitum eius, a lũbis ei? & desuper, & a lumbis ei? vsqꝫ deorsum, vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu velut aspectum arc? cum fuerit in nube in die pluuiæ. Et oculi eius (ait Ioannes) velut flamma ignis. Et pedes eius similes auricalco. sicut in camino ardenti. Et vt sol lucet in virtute sua. Et multa alia in eaz sententiam in scripturis inueniuntur. Ignis maxime penetrat. Et gladius spiritus domini. Et viuus (inquit) & efficax sermo dei, & penetrabilior omni gladio ancipiti. longitudine ipsa omnia penetrat. vt latitudine singula ambit, vt possitis (inqt) compræhendere. cum omnibus sanctis. quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum. Et vis videre in Apostolo apertissime. dominum in flamma ignis. vide quid ait in secunda. ad Thessalonicẽses epistola. Et vobis q tribulamini requiẽ nobiscum in reuelatione domini Iesu de cœlo cũ angelis virtutis eius in flamma ignis. dantis vindictam, his qui non nouerunt deum. Et qui nõ obediunt euangelio domini nostri Iesu Christi. Purgat ignis. Tamẽqꝫ (inquit) aurum in fornace probabit eos. Illud nimirum aurum ignitum est de quo loquitur Ioannes in reuelatione, & pollicetur dominus electis suis. De qua iterum purgatione apertissimum est testimonium. Eloquia domini eloquia casta: argentum igne examinatum purgatum septuplum. Et in prima ad Corinthios Apostolus. Si cuius opus arserit detrimentum patietur, ipse aũt saluus erit. Sic tamẽ quasi per ignẽ Et paulo antea. Dies eniz domini declarabit quia in igne reuelabitur, & vnius cuiusqꝫ opus quale sit ignis probabit, lege sanctuz Ambrosium in explanatione eius loci, qui pie & orthodoxe interp̃tur, vtinam nouelli temeratores tam pij essent. Veniamus ad suprę̃mos cœlorum ambitus. sunt eñ veluti sedes domini. de qua scribitur. Cœlum mihi sedes est. Et terra scabellum pedũ meorum. Medium hoc firmamentum est diuidens aquas quæ super cœlos sunt, ab his quæ sunt sub cœlo. Et dominus Iesus mediator dei & hominũ est habens malos a sinistris bonos vero a dextris. Et adhuc bonos sursum, malos vero deorsum. Sunt qui anteriorem & posteriorem situm delectorum considerẽt & vt malitię gradus sunt quos obseruat Antiochenus in q. libro in vituperato. vitę monasti cę, quibus forte respondent profectuum gradus in melioribus & proinde diuersę sedes & mãsiones. ita omnia summa dispositione constabunt. Dispositissimus est ille cęlestium corporum ordo, & iugiter manens. dominus vero summa dispositio & determinatio est. q̃ diuina vt sentiunt eruditi sunt vocabula. Sunt stellæ & sol & luna in ornamentum firmamenti in diuina vero entelechia infinitę rationes, dignitates, virtutes, quæ diuina attributa nuncupant. Et si forte illam tam iugem motionem contempleris. dominus infinita & iugis agitatio (si dicere audemus) est. Et mira & cũ summa stabilitate & residentia coniurans. Est enim infinitus motus summa stabilitas cœlestis prorsus & diuina si dicere dignum motio. lege Victorinũ in libro de fi. orthodoxa. lege etiam Nicolaum Cusanum. Qui per diuinam coincidentiam de his philosophatur. Cęterum axioma illud diui Seuerini verissimuz: stabilisqꝫ manẽs dat cuncta moueri. Siquidem cum omnibus sese agitantibus mire & supra captum omnem immensa stabilitas est Rerum ergo omnium formas species materiaz ipsam, mixta cum perfecta, tum imperfecta. Omnia denicꝫ in diuinorum ascensum sumebat purissima anima, & mẽsuras & numeros. & multiplices in cœlo aspectus armonicos & numerosos mystice cantus. Obseruãt eruditi ex Dionysio materiã diuinam analogiam & comparationem ad deum habere. Ex omnibus incomparabiliter consurgebat. Ex omnibus disciplinis. Ex rebus omnib? mirabiles gradus sibi faciens, moliebatur veluti scalam Iacob, ex illis quæ sunt, ad summum & maximum: intelligens deum ipsum optimum maximũ qꝫ pulcherrimę innixuz scalę. medij, in ea scala rerum omnium post deum gradus. Eorum scilicet qui viuũt qui sentiũt, q̃ rationabilia & intellectualia sunt. Ex naturali in diuinum amorẽ. veluti aurora consurgens, etiã consurgebat. Ex naturalibus ad supernaturalia, ex tp̃e ad ęternitatez, ex occuppãte mole ad summã & maximã & oĩa replentẽ plęnitudinẽ. Ex tã cõfusanea multitudĩe. ad illã maximã vnitatẽ, q̃ oĩa vnice stringit. Prę̃cipue vero artẽ diuinã & sapiẽtię. admirãda molimina. cõsiderabat sapiẽtiam quam. Hogma vocant. Et

inter præcipua dei nomina connumerant. lege. ɳ. de verbo mirifico vbi sapientiam emanationē dei esse existimāt, & illam nos vnigenito attribuim⁹. considerabat nec iniuria, vt pulchræ omnia quadrarent, vtq; in omnibus maxime eluceret illa summa, ęternaq; bonitas & incomparabilis fœcūditas. Nūc in plateas quæ apertissime ista mōstrarent Et veluti in latitudinē secedens, nunc in strictiores vicos, qui remotiusculę & plærūq; ex opposito, aut suboscurius hęc eadē perficerent. Lux apertissime lucem illam cuncta illustrantem monstrabat. Ipse vero tenebræ veluti ex oppositō, & quadam angustissima via, de Mose dicit quidam. qualecūq; est quod ipse vidit quasi in enigmate viderit n ōfacie ad faciem vt sentit. Augustinnus fœlicitas beatorum (ne istud omittamus) illaq; immensam fœlicitatem indicans. veluti sapientia clamabat in plateis, At peruersorum, quæ hic monstratur fœlicitas veluti ex opposito. non tam fœlicitas q̄ postrema miseria est. Vnde error plærūq; inextricabilis & nocens. veluti in mari scopulus videbatur in quod impingentes plæriq; submergebātur, aut in præcipitium. veluti oppressi a maiestate domini ruebant. Quid plura rerum ipsarū egregie & continue efficientię monstrabant creatorem, vnum optimum rerum earūdem gubernatorem, ac in eodem summam vnitatem esse. Et virtutes in summa vnitate ī trinitatis mysterio, tametsi ineffabili super. S. ttia. ī quā miro ardore ąplectē dā nos hortatur Nazianzen⁹. pulchrū (inquit) mihi serua depositum, cui viuo, cum quo publica dispenso. quod emigrans suscipiam, cum quo & aduersa cuncta fero. ac delectabilia contemno. patris. ſ. filij & spiritus. S. confessionē. hanc q̄ in omni vita sociam tibi trado vndiq; ęqualem. vndiq; eandem vnius in cœlis pulchritudinem. trium infinitorum connaturalitatem infinitam, vt tamen vniuscuiusq; proprietas conseruetur. hæc Grēgorius. Fide igitur veluti certissima duce ambulans omnia complectebatur quæ sibi a maioribus pie tradita essent. Quid adhuc? circulum agens & in sese reuersa se metiebatur vt trina, memoria intellectu & voluntate, erat, vna vero q̄ maxime ipsa essentia tam diuersarum reruq; effectrice. in qua reveluti in speculo & egregia imagine deū ipsum & illam ingentem immensamq; trinitatem coniectabat. lege Origenem siue Hieronymum in eo loco epithalamij si ignoras te &c. Et progressa tandem trinitatem & vnitatem in rebus fere omnibus cernebat. Vnum mundum. prēterea videns in ęternā suspirabat vnitatem. Et totam per singulas corporis partes vel ex lumine naturali cōiciens animaq; considerabat vt deus ipse omnia esset in omnibus vbiq; præsens, vbiq; potens, vbiq; suas pulcherrimas efficientias efficiens. Pater me⁹ (inquit) vsq; modo operatur & ego operor. infinitum ciet ingula prosequi: quæ in hoc ordine mundano contectabat Ipia anima: non modo suis naturalibus sed diuinis etiam viribus fulta. addebat dominus adiumēta ad naturam, ipsas videlicet gratias. gratis datas (quas vocāt) nō nūq; q⁹ meliori adhuc accenderetur amore gratificante, siue gratum faciente. per quam grati sumus domino: quo meliori accenderetur amore, ad illius inuestigationem qui optime maxime tametsi inaccessibilis inuestigabilisq; est. Siquidē absolute & ex omni parte amabilis. Qnęsiui (inquit) illum & non inueni. Dictum fuit Moisi. Posteriora mea videbis. faciem autem meam videre non poteris. Et haud dubie melior & celsior fuit illa qualiscunq; apparitio: q̄ ea quam coniecere vetustiores ex rebus effectis in ipsum consurgentes opificem. Cognouit Adā dominum in superiori quodam lumine. quod lumen glorię non erat, alioquin beatus tum fuisset. Nec tantum fides sed quoddam mediastimuq; siue medium inter claram contuitionem fidemq; Existimandum quoq; est Mosem singulari priuilegio nec inferiore sorte & gradu q̄ Adam vidisse: id quod de Helia non prorsus absonū esset affirmare. Paulum plęriq; arbitrantur dominum facie ad faciem vidisse. quidam aliter putāt. Vt cunq; est credibile est illos fuisse in peculatia munera euectos, vltramundana lumina & super cœlestes theophanias. Philosophi in lumine naturę subsistebant. de quibus meminit Paulus in epistola ad romanos. Et quod notum est dei (ait) manifestū est in illis. Deus enim illis manifestauit. indito lumine naturali, aut datis per gratiam adiumentis. Sed prima sentētia magis videtur astipulari. Subdit. Ita vt inexcusabiles sint. Quia cum non cognouissent deum non sicut deum glorificauerūt. Viden. vt cognouerunt deum. Tertulianus & S. martyr Cyprianus existimant omnibus insitam dei cognitionem quod in tribulatione deum inuocēt omnes. S. Athan, etiā verbi hoc est vnigeniti in purioribus animis pœne innatā. Nam & vulgus (ait Cyprianus in libro. quod idola dij non sint) in multis deum naturaliter confitetur. Dici frequenter audimus, o deus, & de⁹ vidit. S. Athanasius contra gentiles. Cum enim nullo a dei cognitōne & speculatione præpediatur obstaculo contemplatur semper singulari munditia imaginem patris, dei verbum, ad cuius etiam imaginem fact⁹ est. addit, sufficit quippe, mūdicia animi deū per seipsam speculari, Tertulianus in apologetico Cū tamē mens resipiscit, vt ex crapula, vt ex somno, vt ex valetudine & sanitatē suā patitur & deū nominat solū, quia ꝓprieve⁹ hic vn⁹ de⁹, bonus

& magnus,& quod deus dederit omniuꝫ vox eſt, iudices quoq́,illum deus videt, & deo commendo,& deus mihi reddet. O teſtimonium animæ naturaliter chriſtianæ,denicq́ pronũcians hęc ad cœlum reſpicit. Nouit enim ſedem dei viui. Arbitrantur illi id quod verum eſt. Id quod optimum maximum eſt in rebus deum eſſe. At in cauſis ſiue efficientibus ſiue finalibus aut exemplaribus non eſſe proceſſum,in infinitũ putabant. alioquin nulla virtus nullus proprie effect⁹ ex determinata cauſa emanãs eſſet/contemplabatur hunc tam ſtatuꝫ ordinem: oportere a certis cauſis prioribus contineri, idq́ maxime abvna. Namvt clare cecinit homerus. vnus ſit princeps. Naꝫ plures non iuuat eſſe/non eſt bonum multorum principatui. Vn⁹ ſit ergo princeps: vnus rex præcipue vero in monarchia diuina. quę multo fœlicius/q́ alię regitur. id quod cõfirmauit Ariſtoteles, quia multorum principatus eſt mal⁹/vnus ergo in vniuerſo princeps hoc eſt vnus deus/quem tametſi finitum exiſtimarint tamen infinitus eſt. vt clare a noſtris comprobatur. Hæc erant veſtigia ſiue demonſtrationes/quia eſt, quas lumine naturę molicbãtur. Plęriq́ ob eam cauſam infinitum dixere principium rerũ vt alij exemplarem cauſam quæ deus eſſet. Sed nõ inueni(inquit)tam enim controuerſę fuerũt Philoſophorum in ea re ſententię: vt nihil certi poſſiꝫ ex illis habere. lege Firmianum. in libris diuinarũ inſtitutionun. Euſebium quoq́ in libro de præparatione euangelica. Theodoritum etiam & Aurelĩ Auguſtinuꝫ in tomis de ciuitate dei. Iuſtinũ martyrem in admonitorio ad gentes. Inuenerũt me vigiles qui cuſtodiunt ciuitatem. Num quem dilĩgit anima mea vidiſtis. Cuſtodes huius ciuitatis/beatiſſimi ſunt angeli dicente Propheta. Super te Hieruſalem poſui cuſtodes tota die ac etiaꝫ nocte non ceſſabunt laudare nomen domini, illi fortaſſe ſecundum quorum numerum diſtributę erant gẽtes. Nũ(inquit)quẽ dilĩgit aĩa mea vidiſtis. Vobis numinibus angelicis maior ineſt. diuinorũ cognoſcendoruꝫ ratio qui nullis deuicti eſtis corporeis vinculis in quam ſn̄iaꝫ venit ſacer Dionyſius & Baſi. mag. Et veluti ſpeculum puriſſimum pulcherrimum & luciditſſimuꝫ admittitis ſolem. in vobis purgandi illuminandi & perficiendi vis. Eſtis prorſus & vos ſpiritales/Et dilectus meus ſpiritus eſt. Noſtis illo meliore acumine veſtro. Et ſubtili⁹ ipſum deũ perſcrutari. Nũ igitur illumquem dilĩgit anima mea vidiſtis vnum illum noſtis in quo res chriſtiana p̃cipuo cõſtat. At ego (iquit Mag. ba filius) cum multa ſint quæ chriſtianiſſimum a iudaica ignorantia diſſeparent, nihil potius ac magis dogma q́ in patreꝫ & filium fidem euangelio noſtræ ſalutis ieſſe arbitror. i. p̃ pr̃is & filij̃ gratiã & proinde ſpiritus. S. vt libro. ſij̃. & ij. ſequentib⁹ probat baptiſmi ſigillo ſum⁹ deſignati. Sed ad rẽ. Poterant reſpondere angeli. Nos & ſi verbi ęterni ſpeculatores/& perinde matutinam habentes cõſideratione: & ſi melioribus donatę rerum formis per quas poſſumus in nobis ipſis diuinitatem & res omnes contemplari, tamen eius arcani myſterij̃ quod queris illius videlicet ſacratiſſimi verbi incarnationis haud habuimus omnem retectionẽ Propterea admirabũdi. Sæpe dicim⁹. Diximuſq́ olim. Quis eſt iſte qui venit de Edon intinctis veſtib⁹ de boſra. Iſte formoſus in ſtola ſua: gradiẽs in multitudine fortitudis ſuę. ipſe dn̄s & tãt⁹ & talis reſpondere nobis haud abnuit. Ego (inquit) qui loquor iuſtitiam & ꝓpugnator ſum ad ſaluãdum. Et nos iterum adhuc interrogamus. Quare ergo rubrum eſt indumẽtum tuum: & veſtimẽta tua ſicut calcantium in torculari. Iteruꝫ reſpondet. Torcular calcaui ſolus & de gẽtibus non eſt vir mecum. Calcaui eos in ſudore meo & calcaui eos in ira mea. Et aſperſus eſt ſanguis eoruꝫ ſuper veſtimenta mea. Et omnia indumenta mea inquinaui dies enim vltionis. in corde meo. annus retributiõis meuꝫ venit/circunſpexi. & non erat auxiliator quæ ſiui & non fuit/qui adiuuaret. Hęc & alia plęraq́ nobis tametſi ſupremis numinibus reuelare dignatus eſt ille/qui eſt rex magnus ſuper omnes deos(qui vt nobis quoq́ enarrant)factus eſt eis. hoc eſt gentibus & omnibus quærentibus eum ſaluator. In omni tribulatione eorum nõ eſt tribulatus. & angelus faciei eius ſaluabit eos in dilectione ſua ipſe redemit eos & eleuabit eos cunctis diebus ſæculi. Videte vt nobis etiaꝫ diuina ſuę tantę humanitatis prodidit myſteria. Homo(inquit Dionyſius) verus, qui ſingulari benignitate/amator hominum, ſupra homines ac ſecunduꝫ homines, ex hominum ſubſtantia carnem ſup ſubſtantialis accepit. Itaq́ a tanta magnitudinis celſitudine, ad noſtra veraciter infirma, deſcendens vltra humanum modum ſubſtantiam noſtræ carnis accepit, ac ſupra hoiem q̃ ſunt hominis geſſit Cui⁹ rei euidẽs idiciũ ẽ, virgo excellẽtis miraculi nouitate cõcipiens. & alia q̃ enumerat. &. ij. c. de diui. no. verũ quia qd̃ eſt oĩm nouitatũ ſuperemi nens nouitas/in naturalibus noſtris ſupra naturã erat, noſtra oĩa ex nobis & ſupra nos excellenter habens. & in Epl'a ad Gaium. Porro in ſacramento humanitatis Chriſti hoc theologiã ſignificare voluiſſe, qd̃ ex occulto ſupſubſtantialis ille deus in conſpectũ nr̃m repente ꝓceſſerit, humana ſubſtantia & carne veſtitus. occultus etiã poſt reuelationẽ illã perdurat. ſed ad rem A vobis ille quęrendus eſt/cuius ſplẽdor & gloria oẽs illuminat, Nõ eſt nobis in vobis immittendi poteſtas. Nõ poſſu-

mus in vobis illabi: hoc vnū ipsius dn̄i & dei nostri munus. Quæ vero possumus hæc donamus. Sacris te afficiemus o cœlestis anima purgationibus illuminationibus & perfectiōibus Hoc enim nobis a diuino largitore concessum, supplicationes diuinas faciemus litabimusq; quo tādem votis annuat, qui clementissimus est, & vnus vel maxime bonus & tui imprimis amantissimus. Illa vero gratiarū actionibus redditis & q̄ta maxima venerationis p̄fatione consalutatis eisdez, pergebat in eum qui solus eius ardentissimū poterat explere appetituz q̄ maxime. Et rebus oībus decursis, ipsisq; sup̄mis & maximis numinib⁹: q pulcherrima sunt etiammęnia mundi. tametsi in illis admirandis spiritibus paulum fuerit immorata. ꝓpter illorum incomparabilem ordinem dispositionem pulchritudinem muneruz dignitatē, tamen haud contēta progrediebatur & vi quadam meliore ferebatur. Nouerat illas creatas esse substātias & mētes, & se diuinis pollicitationibus posse in eorum fastigia quandoq; euehi. nihil illas ex sese subsistere nec beatitatem quam omnes desiderant pręstare: erant enim conserui nostri. Nouerat quandoq; ad Ioannem ab angelo fuisse dictum. Vide ne feceris cōseruus tuus sum & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu. Et q̄ administratorij erant spiritus in ministerium missi. Illis igitur nō sine ingenti admiratione prętergressis illorum exacto agmine & rebus omnibus post habitis vidit veluti in coruscante fulgure dominum. Coniecit illum nihil esse eorum quæ sunt & in diuinaz caliginem ingressa, nec angelum esse, nec mentem cognouit, nec illum mente animoq;. nedum sensu capi posse. Eius tanti & talis non esse digna vllam nuncupationem (aut cogitationem) non vocem Siquidem non tam substantia est quā super oēm substantiam omnis substantię causa. si Dionysio credim⁹. v.c. de mystica theologia. neq; (inquit) substantia est. subdit Nam est super omnem positionem, est perfecta & singularis omnium causa, & super ablationē omnem excellentia ipsius illius qui simpliciter absolut⁹ ab omnibus. vltra omnia est. Et paulo ante ipsius pręsentia omnez intelligētiam superans demonstratur, supra spirituales sanctissimorum locorum summitates supergressa, lege eundem in libro de diuinis nominibus. Nec quoq̄ lumine nisi suapte ipsius luce faciez eius capi posse. Quam faciem desiderabat quidam. Ostēde nobis faciem tuam & salui erimus. Et Philip⁹ illum desiderabat aspicere. Domine ostēde nobis patrem, & sufficit nobis. Tum se satiatum iri credebat. idq; firmissime ex citharędi sentētia. Tū satiabor cum apparuerit gloria tua. Paululuz (inquit) cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea. Cognoui nihil eorum cum esse quæ sunt, intellectuue aut mente compræhendi possunt. Sed aliquod esse altius & incomparabilius principiuz Tenui nec dimittam. in fide illius & amore persistam: illum vnum contemplabor. illuz demirabor Quoniam pulcherrimus & speciosissimus est, donec introducam illum in domum matris meæ & im cubiculum genitricis meæ. Tanta ille quidem humanitate & pietate est. vt sinat me inniti super eum. immo vt ille in me: & ego in ipsum sim. Ego introducam illum in domum matris meæ. hoc est cœlestis hierusalem quæ iuxta apostolum est mater nr̄a. Et adhuc propter meliores ꝓfectus meos & eminentiores gradus. in quos euehar. in cubiculuz genitricis meę, genuit illa ministerio etiā angelorum me in fide & omnium virtute. Siquidem non cessat tantis me illustrare muneribus. Et in cubiculum suum in admirādos profectus. Hęc tantilla de anima quæ vnitur post multam inuestigationem verbo cui epithalamium auctore Basilio magno, peculari etiā ratione conuenit. in ei⁹ persona dixerimus, q̄tum ad ecclesiam attinet difficile videbitur. Sed tentemus illo adiuuante qui omnia potest. In lectulo meo (inquit) per noctem quæsiui quem diligit anima mea. Possumus nomine ecclesię eos omnis fortasse intelligere quide gentibus ad populum israeliticum vouere cognoscendæ veritatis & illius in quem, suapte natura aut diuino impellente radio vt cumq; mouebantur totius veritatis ducem quęrendi & inuestigādi desiderio. Id quod de platone & plærisq; alijs creditum est. Qui teste Eusebio Philone. Clemente Alexandrino Iosepho Tertuliano Iustino martyre & omnibus ferme eruditis quicquid de diuinitate odorarunt, e fontibus hebręorum hausere. Id quod de Orpheo & Homero, & anterioribus poetis & alijs persuasum quoq; est. Id quod Iustinus Martyreruditissime ī paręnetico. i. admonitorio ad gentes confirmat. Hi in lectulo suo quęrebant. Erat enim communis omnium lectulus religio hebręa quā ipsi hebræi etiam gentibus in cōmunecōferebāt. vt Ptholomeo & plęrisq; alijs. & proselitis de gentibus. plęrosq;, illis monstrata lege faciebant. Poterant etiamnū facti ꝓseliti post exacta quædam solemnia in tabernaculū introduci & pro eorum religione viuere. lege Mosem & eius pentateuchū. Per noctē quęrebant: nondū enim illuxerant, Nam qui est lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Et adhud per noctē. Siquidem in ignoratione verioris cultus versabātur, neq; diuinos libros. plane intelligebant teste Iustino martyre in paręnetico, ad gentes, Eusebio quoq; in libro de pręparatione euangelica, Aut si qui fuerīt vt Iob & alij q

diuinum ſuſceperint ritum nondum tamen habuerant omnia pdita admirãda myſteria. quę dominus ſuo aduentu retexit. Et ineffabilia mire effatus eſt Quæſiui (inquit) & non inueni. Quidã enim ex gentibus vt Plato ſocrates & alij. nequaq̃ quæſitum inuenerunt qui in fide aut vero dei cultu non perſtiterunt. Nec ſanam domini doctrinã & veriorem religionem continuere, ſiquidem plęraq̃ deteſtanda aut ſcriptis aut verbo tradiderint vt Plato. & alij academici. lege Euſebium. in libro de præparatione euangelica qui pluribus illuz in ſequitur Theodoritus quoq̃ libro de curatione gręcarum affectionum. ſocrates cui? laudes proſequitur Io. Anthiochenus libro ſecũdo ad gentilẽ atq̃ infidelem patrẽ q̃q̃ viſus eſſet vnius dei cultum amplecti atq̃ ob eam rem mortẽ obire coactus. tamẽ æſculapio & gallo ſacrificandum vel in vltimo exceſſu ſuo iuſſit, de platonis legib? pulchrę Theodoritus ſyrenſis epiſcopus & Euſebi? cęſarienſis in libro de pręparatiõe euangelica Sacer Auguſtinus mire erigit Platonis dogmata cui etiam pro antidoto eſt vt Aquinas Ariſtoteli ſi eruditis credimus. credentes (inquit) Apoſtolus ſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Quia cum cognouiſſent deum. non ſicut deum cognouiſſent deuz non ſicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt ſed euanuerunt in cogitationibus & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis hominis. Et volucrũ & quadrupedum & ſerpentum. Fortaſſe curioſi nimiuz nec tota proſtratione mentis quęrebant: nec illo ſpiritu quo id faciendũ erat agebãtur. nec meruere adhuc ſuſcipi in eccleſiam domini: illaz quidem & pulcherrimam & in qua macula non eſſet tantum hoc gentis hebrææ peculiare munus & quorundã ex gentibus qui in fide mediatoris ſperandum ducebant, dilexerat enim gentez hebræam propter patres. Audi qd ait, Moyſes in deutero. iuxta omnia quæ fecit pro nobis dominus deus noſter, in ęgypto videntibus oculis tuis: vt ſcires quãdo dominus ipſe eſt deus. Et non eſt alius pręter vnum. De cœlo te fecit vt audire vocem ſuam, doceret te, Et in terra oſtẽdit tibi ignem ſuuz maximum. Et audiſti verba illi? de medio ignis. quia dilexit patres tuos & elegit ſemen eorum poſt eos Tantũhoc diuię profunditatis myſterium fuit & gratuita dñi electio. Quod patres pmiſſionem acceperint. & popul? ex eis progenitus legem accepit. quo tãdem ex illo Chriſtus naſceretur. Quare vero magis hunc q̃ alium populum delegerit pulchre ait Auguſtinus. Noli iudicare ſi nõ vis errare. i. voluntatis diuię nulla vlterior poteſt reddi cauſa. Niſi forte ex meritis aptiores illi erant Aut ex illis Chriſtus erat naſciturus. Aperte hoc dicit Apoſtolus. Quoruz adoptio eſt filioz & gloria & teſtamentum & legiſlatio & obſequium. & promiſſa quoruz patres ex quibus Chriſtus ſecũdum carnem. Propter chriſtum igitur. lege thõaz ſplendorem (vt aiunt) theologię noſtræ. Sed audi quid dicat moyſes illis improperans. Necq̃ eñ propter iuſtitias tuas & equitatem cordis tui ingrederis: vt poſſideas terras eorum. Sed quia illę egerũt impie, quaſi maior forte eſſet impietas gẽtium, q̃ populi iudaici. Subdit & vt compleret verbum ſuum dominus quod ſub iuramento pollicitus eſt patribus tuis Abraã Iſaac & Iacob. Et paulo poſt. non propter iuſtitias tuas cum ſis duriſſimę ceruicis. Et ob eam cauſam omnia in diuinam volũtatem & gratiã referunt, proinde dicit Moyſes. Quando diuidebat altiſſimus gẽtes. quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum iſrael, ſiue angelorum vt alia æditio habet. Pars autem dñi populus eius, &, Iacob funiculus hæreditatis eius. Quærebat vtcũq̃ veritatem quæ deus eſt. gentium populus. Hoc eſt docti inter eos, & perinde indocti in ipſis doctis. Sed non inueniebãt. Impietas eñ & tãta irreligioſitas excecauerat eos. Vel potes intelligere quod in lectulo ſuo ꝓpter ſequẽtia. Hoc eſt in naturali lumine quęrebant. in quo ſolemus quieſcere. Sed per noctez: erat eñ & peccatis multis, & multa dei ignoratione illud lumen obtenebratum. At fide q̃ dei mun? eſt, opus erat: fide (inquit) Apoſtolus, iuſtificati ſumus per Ieſum chriſtum. In hac enim ait Apoſtol?. In epiſtola ad hebræos. conſequti ſunt teſtimonium ſenes. Fide intelligimus aptata eſſe ſęcula verbo dei, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. fide plurimam hoſtiam Abel q̃ Cain obtulit deo. Denicq̃ plurimo enarrato iuſtorum & patrum catalogo, ait deficiet eñ me tempus enarrãtem de. Gedeon, Baruch, Samſon, Iepte, Dauid, Samuel, & Prophetis. qui per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones. Et in epiſtola ad Romanos. Iuſtificati ergo ex fide pacem habeamus ad deum, per dominum Ieſum Chriſtum, per quem habemus acceſſuz. per fidẽ & pulchrę ait Prophęta. Iuſtus meus ex fide viuit. Nõdum enim venerat plenitudo temporis: nũdũ Chriſtus qui vocaret gentes. & in eum vſq̃ eius aduentuz. honorãdi erant. Ex quibus Chriſtus ſecundum carnem futurus erat, & deus in xpo. vt in. ij. ad Corinth. Erat ſibi mundum reconſiliaturus. Et propterea rogabat Apoſtol?. Obſecram? (inquit) pro xpo reconſiliamini deo. hoc mũere fidei expertes erãt ante aduẽtum domini paucis exceptis. quo expleta iudorum malitia ſubintroirent nationes. Sed

illorum(inquit Apostolus)delicto:salus est gentibus: vt illos emulentur.in qua re,altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei demiratur, auctore Antiocheno Apostolus. Nō inuento igitur illo.quem suapte cogente natura.diligebant gentes. Surgam(inquit)& circuibo ciuitatem mūdanam.s. surgam/e/tenebris & cultu idolorum in lucem.in veritatē ipsam/per vicos & plateas. quę ram quem diligit anima mea. Omnes quippe natura scire desiderabant illum. Et haud dubię istud in Platone.& plęrisq; aliqs expletum est. Quęsiui (inquit)ecclesia de gentibus congregata.pro illo tempore loquens & non inueni. Tandem post lōgam peregrinationem meam iam querendo pę ne lassata & defatigata/& anxia in torpore & męrore animi posita/quod salutis męe nescia essem/inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem. hoc est vel angeli illuminatores ne iuxta præcedētem.interprætationem custodes huius mundanę ciuitatis/quos ego interrogaui/nunquem diligit anima mea vidistis. Et haud dubie iam exorto domino/& mundo nato illum mihi vt cūq; manifestauere/& paululum cum pertranssissem eos inueni quem diligit anima mea. Hoc est mundo iā iaz exortum dominuz vidi/& fide complexa sum. vide vt istud apertissime expletum fuit in trib⁹ regibus .qui diuina angelorum refectione:quez diu & assidua obseruatione quęsiuerant:tandem inuenerunt. Et oblatis muneribus adorauerūt. Et obserua quod dicit. inuenerunt me custodes muroruz quod de Apostolis. qui se oppoſuerunt murū & custodiā pro domo domini intelligere possum⁹. Venerunt quippe in gentium populum Apostoli:quo illos in fidem cōuerterēt. Ecce(iquiūt) cōuertimur ad gentes. Et in actibus Apostolorum, audi quid dicat scriptura. Dixit Spirit⁹ Philippo/accede & adiunge te ad currum istum. accurrens autem Phillippus locut⁹ est Sancto Eunucho.putas ne intelligis quæ legis. Et deniq; illi ostendit dominum in littera clausum. Ad Cornelium vadit Petrus. Descendens (inquit)scriptura Petrus Ego sum quem quęritis. Et sequenti die profect⁹ est cum illis.ad Cornelīū. Iubēte domino & ostēso sibi lintheo.in quo erant omnia quadrupedia/& serpentia terræ/& volatilia cœli. In significationem omnium gentiū conuersionis. Quodde⁹ (ait domin⁹)purificauit tu cōmune ne dixeris. diximus antea de separato & communi ex oregine siue Cyrillo/Alexandrino/quod separatum in affirmatione commune in negatione sit. Vis aperte videre in euangelio quod dicit eccl'ia. Paululū cū pertranssissem eos,īueni quem diligit anima mea. mulier Cananea a finibus Tyri & Sidonisegressa clamat post Apostolos.vt tandē iueniat dominū immo magis rogātes pro illa dominum. Apostoli inuenerut/& accedētes discipuli eius (vt in euāgelio secundum Matthēū scribitur) rogabant eū dicentes. Dimitte illam quia clamat post nos. Nec enim illam antea audire volebat dominus. Demū pertransitis apostolis meretur audire:in typuz totius ecclesię. O/mulier magna est fides tua:fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius.i.credētium animæ/ex illa hora.subintrauit ait Hieronymus/mulier sanguine fluēs,& octauo sanatur loco.vt principis filia de hoc excluſa numero veniat ad nonū iuxta illud ęthiopia p̄ueniet manus eius deo,& cū intrauerit plenitudo gentium. tunc omnis israel saluus erit. Poterat aperte dicere. Tenui cum fide nec dimittam donec introducam illum in domuz matris męe. & in cubiculum genitricis męe. Hoc consummationem ęculi inspicit quando redditurus est regnum deo patri: expleto electarum animarum numero. Reliquit suo delicto & incredulitate dominum synagoga. Quando dixit/non habemus regē nisi Cæsarem. Regnum x̄pi negātes Et ob eam causam filius eius mortuus est. Eccle się autem filius perpetuo vixit. Siquidem tenens dominum Iesum nūq; diuisit. Et illi dominus Iesus viuens erat. ipsi vero synagoge mortu⁹. quia eum resurrexisse non credidit. In typo duarū mulierum meretricum.inter quas dicit sententiā Salomon.lege elegantem Hierony. tractatum de ea re Non introduxit synagoga dominum in cubiculum genitricis suæ.i. cœlestis hierusalem. Ecclesia vero introducit & obserua quod ait.īuenerūt me vigiles qui custodiunt ciuitatem. quasi non ipsa ecclesia de gētibus cōgregata ad apostolos. Sed Apostoli ad ecclesiam venerint.id quod etiam verum est. Audi quid Esaias audit a domino. Inuētus sum a non quęrentibus me. palam apparui his qui me non interrogabant. At israel autem vt meminit Apostolus dicit. Tota die expandi manus meas ad populum non credentē & contradicentē mihi. Hęc sunt quæ in loco tam difficili dici de ecclesia aut magis a nobis cōpici potuerunt. Possemus vtramq; nectere in explanatione huius loci vt accipiamus ciuiatē dei.i. eccleſiā q̄ fuit ab Abel iusto vsq; ad consummationem sæculi.vt ecclesia ipsa siue plęriq; ex eis volūt em̄ ab illo sumpta forte occasione ex verbis domini ecclesiā sumere initium/nonab Adam,pęnitēte sed ab ipso Abelqui prim⁹ ecclesiā suo sanguine videtur in typo domini consecrasse. Cui etiā dn̄s attestatur a sanguine ait Abel iusti Antiqua synagoga iudęi recepe rint Christum,vt deum & hominem fidę& miraceleritate post apostolorum prædicationem lege elegantissimum libruz Antiocheni quod Christ⁹ deus sit & ad babilam martyrē hoc nimirum mi-

in synagogæ illustratione oblatum. Sume tib i (inquit) aromata stacten & onicham galbanen boni odoris & thus lucidissimum. Nataſ, opobalsamum latine gutta gen⁹ aromatis grecę stacte Exodi. xxx. Sume tibi aromata & stacten. Pedati⁹ dioscorides dicit esse recentis myrrhæ pinguedinem maxime odoriferā, fitq; vnguentum. Rabi Moyses esse resinam distillantem ex ligno balsami, oīs autem liquor pręciosus græcis stactes dicitur. Aristophane authore, proprium stacte verbi Nataſ, æqualis ponderis erunt omnia faciesq; Thymiama compositum opere vnguentarij, mixtum diligenter, & purū & sanctificatione dignissimū. Cumq; in tenuissimum puluerem vniuersa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonij, in quo loco, apparebo tibi, Sanctū Sanctorū erit vobis thymiama. Ibi quatuor ī, thymiamate sumebantur. Hic vero sponsa nostra vniuerso puluere vnguentarij insignis est. Ex quo apertissime monstrari videtur. hunc locum, vt quidam explicant, non esse de vetustiore synagoga explanandū. Sed magis in ecclesię aut diuinę matris laudes cedere. Quomodo enim oscula & amplexus illius, domino placuissent cui nō erat voluntas in ea. Nec in illis sacrificijs Dedi (ait) illis præcepta non bona. Et antea in spiritu & ī persona dñi saluatoris dixerat Dauid, sacrificiū & oblationē noluisti, aures aūt perfeciſti mihi. holocaustū ꝑ pctō nō postulasti. tūc dixi. Eccevenio, ī capite libri scriptū ē de me, vt facerē voluntatē tuam. Impossibile est (inquit Apostolus) sanguinem taurorum aut hircorum auferre peccata. Ideo ingrediens mundū dicit. Hostiam & oblationęz noluisti. Subdit. Superius dicens: quia hostias & oblationes atq; holocausta & pro peccato noluisti. Nec placita suut tibi, quæ secundū legem offeruntur. Tunc dixi. Ecce venio, vt faciam deus voluntatem tuam. de nullo alio dictum istud est (ait Chrisostomus) nisi de Christo vt faciam voluntatem tuam, hoc est me ipsum tradere. In dei voluntate sanctificati sum⁹. Quia non sacrificia hominis mundant: sed volūtas dei. Et paulo ante. Vna est ista hostia: illæ multæ sunt. Propterea nec fortes quia multæ: instar medicamenti quod semper apponitur. Et nos p singulos dies offerimus quidem, recordationem facientes mortis eius, & vna est hæc hostia, quia semel oblata est. Illa in sancta sanctorum. hoc autem sacrificium exemplar est illi⁹. Nec nunc quidem alium agnum, crastina alium, sed semper idipsum. Proinde vnū sacrificiuz: sicut vn⁹ est Christus, qui in pluribus locis offertur: vbiq; plęnus. Hoc facite (inquit) in meam commemorationez. Pontifex autem noster est, qui hostiam mūdantē nos obtulit, & nos illā ipsam q̄ consumi non pōt offerimus. Hinc cm̄ (ait Tertulianus) oportebat pro omnibus gentibus fieri sacrificium. Mortu⁹ est (ait Arnobius) & crucifixus: vt nos a morte & cruciatu liberaret, sed ad institutum redeamus. Aufert primum vt sequens statuat. In qua voluntate dicit Apostolus. Sanctificati sumus per oblationem corporis Christi Iesu semel. Et paulo ante dixerat. Nunc autem melius sortitus est ministerium: quāto & melioris testamenti mediator est: quod in melioribus repromissionibus sancitū, est. Nam si illud prius culpa vacasset. ideſt inculpabiles faceret: non vtiq; secundi locus inquireretur. Vituperans enim eos dicit. Et citat idem Apostolo. testimonium Hieremię. Ecce dies veniūt dicit dominus: & cōsummabo super domum Israel & super domum Iuda testamentū nouū. Nō secundū testamentū quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum eorū: vt educerē illos de terra Egypti. Quoniā ipsi non permanserunt in testamento meo: & ego neglexi eos dicit dominus. Quia hoc est testamētum quod disponam domui Israel post dies illos: dando leges meas in mentē eorum: & in corde eorum subscribam eas: & ero eis in deum: & ipsi erunt mihi in populū. Subdit. Dicendo autē nouum veterauit prius: quod autez antiquatur & senescit prope interitū est. Qui locus manifeste ostendit Epithalamium hoc. vbi tanti & tā ardentes spōsi & sponsæ celebrantur amores, non de vetere synagoga. sed de ecclesia, post domini aduentum congregata & illius principe regina cœlorū intelligendū esse. alioqui q̄nā illa tam perfecta quæ tantopere hic cōcelebratur: in qua macula nulla? Maxime vero conuenit dño Iesu Christo: qui nostrā carnē assumēs, similis nobis factus est: vt sponsus sit: ipsi vero immaculatę ecclesiæ nō habentis maculā neq; rugam, vt spōsa sit. Meliores hæc facit ascensiones non modo in corde credentium spirituales: sed in cęlum vsq; deducentes. Habemus (inquit) meliorem & manentē ciuitatem: hoc est regnū cęlorum, quod nobis in Euangelio apuit dñs. Hęc terra viuentium melior est: q̄ vetus palestina, fluens Lacte & melle. hic vna oblatio in æternum perficit eos qui sanctificantur: per quaz dimittuntur peccata. vt non sit alia oblatione opus, ait, Anthiochenus ex dictis Apostoli. qui eminentiam nouę legis ad veterem docet in libro de dignitate sacerdotali: & in sermone de verbis Apostoli. cum subiecta illi fuerint omnia. Vide (ait) q̄tum discrimen sit etiā per omnem statum: & multis id ꝓsequitur. Et aduerte mirabilem scripturæ artem: virgulæ fumi comparat sponsam, q̄cūq; illa sit siue ecclesia siue selecta quęcūq; amima, aut, qđ maxime quadrat dñi parēs. Et totū spirituale esse, qđ hic dr̄ itelligitur.

proximus gradus ait ex sentētia plurīū quidam, vt vaticiniū ꝓprię accōmodetur xp̄o: atq; hic sensus p̄serti ī psalmis fere ꝓpetu⁹ est, scripturę auctoritate cōmōstrat⁹, & ī hoc epithalamio ꝓpiquior proinde videbitur gradus vt vaticiniū dilectę, in diuinam parentē, proprie conferatur vel ex ipsius ecclesiæ, & sanctoꝝ auctoritate, p̄cipue Hieronymi in sermone Assumpt. eiusdem dilectę. cui accinit mulieris euangelicę exclamatio. Beatus vēter qui te portauit & vbera q̄ succisti. & hic vbera & venter & alię idētidem partes exactius prædicantur, & tota ꝓxima & ī maculata & pulchra vt dilectus etiam speciosissimus eē cōcelebratur. Obserua vbiq; elegantē in ea consequentiam: & verborum & sentētiarum. Quæ em̄ comparatio esse potest pulcherrimę corporis formę ad virgulam fumi? inepta prorsus comparatio & sapiente Salomone indigna: nisi spūaliter & mystice (vt plęraq; alia scripturę loca) intelligas: aut quis ascēsus corporeę molis esse potest, vt virgulę fumi cōparetur? Lege. Q. Septimiū Tertulianū aduersus Iudęos de vero & spūali sensu scripturarum, & Magnū Basilium ad nepotes. In eo vero qđ ex aromatib⁹ myrrhæ & thuris & vniuersi pulueris pigmentarij dicit, ostendit ad veterem synagogā pertinere: vnde pulchrę deriuata est ecclesia: & ꝓ patribus nati filij. Vtebaꝫ prior synagoga hisce odoramentis q̄ iuxta mysticos intellectus & spūaliter transfusa sunt in ecclesiam. Lege Altitiodorēsem egregie differentē de incenso & thymiamate. Tentemus si alia quadā ratione peculiari quidem ista possimus in matrem dn̄i interp̄tari. Dn̄i Iesu humanitas, myrrha est de qua dicit. Myrrha & gutta & cassia a vestimentis tuis. Vestimenta vero dn̄i Iesu, eius est humanitas: quam incorruptione donauit pater. Non dabis (ait) sanctū tuum videre corruptionem. Ipsa vero diuinitas incensum est: de quo dicit Psalm. Dirigatur oro mea: sicut incēsum in conspectu tuo: & ille Angelus vt diximus habens thurribulum & incensa multa, dn̄s Iesus. Olim iuxta eruditos altare incensi, eiusdem dn̄i & dei diuinitatem significabat. Ipsum vero altare sacrificij, humanitatem. Lege Cyrillum Alex. in cōmenta. in Ioannem. Vtrumq; vero, siue vtraq; natura in eo vno altari aureo in Apocalypsi significabatur, vt daret (inquit) de orationibus sanctorum oīm super altare aureum: quod est ante thronum dei, at quid magis ante thronum dei q̄ vnigeniti humanitas, in quo vno sibi bene cōplacuit pater? vniuersos pulueres pigmentarij, vniuersas virtutes intellige in Christo, pulchrę Dionysius. iiij. c. cœlest. hierar. Scimus augustissimum Iesum supersubstantialiter odorum esse, intellectuale nostrum spiritalibus distributionib⁹ diuina voluptate replentē addit. Ipsa itaq; vnguenti compositio mystica (vt ea interim formemus q̄ nequaq; formam admittunt) ipsum nobis pingit, Iesum principalē sc̄z diuinorum odorum opulentiam sacris ꝓportionibus ī augustissima q̄q; spiritalium diuinos vapores īmittentem. In quibus spūs suauiter affecti spiritali vtūtur alimonia, odoratis distributionibus, ad ipsoꝝ intellectuale, diuina participatione, subeuntibus. Vnguentum nostrum igitur dn̄s Iesus, & vniuersi pulueres pigmentarij, qui oīa erit in oībus: siue oīm sanctorum merita, quæ in illo eminētius continentur: & ab eodem in oēm ecclesiam, cum citimātum extimā, iugiter manāt, Vide vt noua respōdent veteribus. Hic dicit, vniuersi pulueris, In Apocalypsi vero. Et data sūt illi incensa multa (ait) vt daret de oīonibus sanctoꝝ oīm, super altare aureum. Oēs orationes & proinde virtutes cōplectitur. At quomodo de illis daret, nisi suæ efficiētia quadam incōparabili essent? Siquidem oīa ex ipso & per ipsum & in ipso facta sunt: aut mirabilius in eo contenta, q̄ ☩☩☩ in sup, sanctam Trinitatem referātur & ipsius arcanū mysteriū, tamen & ipsi Christo dn̄o accōmodatissima sunt, ī quo habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter. Exhis omnibus pulcherrima consurgit ī summa cœli, fastigia, sponsa mire fragrans, oī laude & virtutū, oīm & gratiarum gloria dignissima. Super oēs vero veneranda θεοτόκου. i. deipara regina cœloꝝ: q̄ sicut virgula fumi corpore & anima consecendit, quēadmodum filius ad cœlū cœli ad orientem, pandens sc̄'o loco post eundē vnigenitum suū, oībus iter, quo iugiter tales molirētur ascensiones. Habuit singularem ipsa charitatē & inenarrabilem ad filium cōnexionem: vt in vestimenta eius, siue vnuz illud esset, siue alterū post eius humanitatē vestimētum: sufficiatur. De quibus ait in Genesi scriptura. Statimq; vt sentijt vestimentoꝝ eius fragrantiam bñdicēs illi ait. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dn̄s. Vestimenta (aiunt eruditi) non vestimentū considera: dn̄s Iesus (qui ignis consumēs est) illi fuit ingens charitatis & oīm virtutum fornax, vnde exiliret & ascenderet omni virtute & gratia ad mirabiliora, & qualis cum in Daniele tum in Ezechiele & Apocalypsi describitur. Lege venerandū Bedam & Richar. a sancto Victore de podere. i. veste sacerdotali dn̄i in Apocalypsi. Obserua vt ī scripturis odor mysticos habet intellectus. Diximus alio loco, tres maxime sensus iuxta Platonicos a quibus nō dissentiunt in hac re scripturę affirmantem quā vocant & diuinam habere significationem: visum auditum & olfactum id quod ex plęrisq; scripturę locis facile conijcias: vnguentarium Beseleel in Exodi volumine legimus quem

impleuit dñs spū dei, sapientia & intelligentia & scientia in omni opere vt faciat etiam vnctionis oleum & θυμίαμα (qđ vaporationem interptantur) aromatum, in sanctuario. Oia inquit quę precepi tibi, faciet. At lōge prestantior pigmentarij dñs Iesus est, Archetypon & sapientia patris. De quo dictuz est. Myrrha & gutta a vestimētis tuis. qui primum suo ipsius oleo exultationis vnctus est p̄ participibus suis: quo inungeret oēs & sumerent de eius plenitudine vniuersi. Proinde (vt sacer ait Dionysius) ad ois sacræ rei consecrationē vtitur vnguento diuino ecclesia, aperte indicans, sanctificantem eū qui sanctificatur, iuxta scripturæ testimonium vt qui semper sibi ipsi similis atq; idem sit, in omni diuinę benignitatis operatione. & paulo ante. Quo circa signoꝝ sacroꝝ veneranda traditio Seraphim sancto dum sacratur circūponit vnguēto. Christum indemutabilem sciens atq; describens, in vera & integra assumptione fragilitatis humanę, id est humanitatis. Et vide vt in ecclesia dñi oia fecit: quia non venit facere voluntatem suā: sed voluntatem eius qui misit eum: nec venit legem soluere: sed adimplere. Nullꝰ pigmentarius, tales vnq; habuit puluercs, Siquidem eius fuit sapientia, virtus, honor & imperium, milibus milium illi voce magna attestantibus, dignꝰ est agnus qui occisus est accipere virtutem & diuinitatem & sapientiam & fortitudinē & honorē & gloriam & benedictionem: & omnē creaturam q̄ in cœlo, & super terram & sub terra & q̄ sunt in mari & quę in eo, & oēs audiui dicentes sedenti in throno & agno. Benedictio & honor & gloria & potestas, in secula seculoꝝ. Nec mirū si iuxta pręcedentem intelligentiam, exurgat sponsa de spōso. Siquidem in dño Iesu Christo veluti petra firmissima, fundata est domus dñi, q̄ est ecclesia dei viui. Et super hāc petram (inquit) ędificabo ecclesiam meā. Et sustulit me (ait Ioannes) in montem magnum & altum: & ostendit mihi Ciuitatez sanctā Hierusalem, habentē claritatem dei. Cernis vt in monte cernit eā incōparabili ciuitatē fulgore radiantem. At ędificium omne in altū consurgit: prēcipue vero istud de quo dictum est. Fūdata est domus dñi supra verticem montium: & venient ad eam oēs gentes & domū inferiorem coniunctum iri cum superiori apertissime constat. Lege veteres. Ipsa vero regina cœloꝝ illo suo ascensu oēs antecellit: illo eodem exaltata super oēs choros Angeloꝝ. Ea de causa illam miratus vnigenitus filius siue vt ait Hieronymus Spūss. ait. Quæ est ista quæ ascendit sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhę & thuris & vniuersi pulueris pigmētarij, ac si diceret. (quod de eiusdem vnigeniti filij humanitate dictum est (, Myrrha & gutta & casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo, Sed de his tātilla dixisse sufficiet. Digredimur nōnunq; sed sumpta occasione ex verbis scripturę, q̄ omnia in laudes illius & prędonia dicātur qui est superbenedictus in secula dñs Iesus Xp̄s. Amen.

Libri Quarti. Homilia. vj.

EN lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel oēs tenentes gladios & ad bella doctissimi. Vniuscuiusq; ensis super femur suum ꝓpter timores nocturnos. Lectulum Salomonis in tabernaculum referunt quod virorum sexaginta milia ambirent, in eo quod dicit fortes vnum ꝓ mille supputantes, quomodo ad Dauid dictum est. quia tu vnus solus pro decem milibus computaris, & alio loco in scripturis. vna dies ꝓ mille annis est. Quoniam mille anni ante oculos tuos tanq; dies externa, q̄ preterijt. Sed istud Iudaicum aliquid olet. Dilexit dñs patres: sed populum illum ꝓpter duriciā cordis eoꝝ pene paruisciendum duxit. Scito (inquit Moses ad populum illum) qđ non ꝓpter iusticias tuas, dñs deus tuus dederit tibi terram hanc in possessionem, cum durissimę sis ceruicis populus. Antea dixerat. Audisti verba illius de medio ignis: quia dilexit patres tuos & exprobrans illi ait. Ego te elegi vinēa meam electam: & tu conuersa es in amaritudinem vitis aliena. Sed magis est vt ista in ecclesiam, quæ hic adhuc militat referantur. quam sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel patres videlicet veteris testamenti Patriarchæ & Prophetæ & noui testamenti Apostoli, Martyres, & qui in sancta dñi confessione ad finē vsq; permanserunt. Virgines quoq; oēs. qui in denarium sufficiuntur cum ꝓpter perfectionem numeri: tum quod eoꝝ vna merces denarius sit: vt in Parabola in vinea laborantium dominus ostendit. Posset istud idem de ecclesia triumphante interpręari, quam oēs Angeli & electorū animæ in eoꝝ ordinem suffectæ, circūambiunt, & hic perfectos & superiores suis piamꝰ Angelos, & celsioris ordinis animas. Quæ cum cæteris p̄sint: illas etiā circūambire creduntur, hic eim (ait Effrem edissenꝰ) positi certauerūt, nunc aūt ibi constituti lętantur: & oēs ędificationē aīę iuenerūt. Lege librū pastoris de ędificatione turris. Et est adolescētularum siue sodalitū vox simul tuz concinentium drama istud, siue alternū fortasse isti & illę istud & sequentia in laudes spōsi & sponsæ canebant. Nimirum ecclesia dñi verꝰ tabernaculum est: cuius typus & veluti vmbra q̄dam: illud vetustissimū esset. Viuida hic & admi-

randa ſunt oĩa, vtrũq; nobis apte exhibuit Apoſtolus. Etiam tabernaculum (inquit) & oĩa vaſa miniſterij ſanguĩe ſimiliter aſperſit, & oĩa pene ĩ ſanguine ſcd'm legem mũdãtur: & ſine ſanguinis effuſione nõ fit remiſſio. Neceſſe eſt ergo exẽplaria cœleſtiũ his mũdari. Ipſa aũt cœleſtia melioribꝰ hoſtijs q; iſtis, Nõ eĩm ĩ manufacta ſancta ĩtroiuit exemplaria verorum: ſed in ipſum cœlũ: vt appareat nunc vultui dei ꝓ nobis. Quod de vtraq; eccleſia intelligi poteſt, quemadmodum in ſequentibus oſtendit, Aliquibus nãq; commemoratis addit. Sed acceſſiſtis ad ſion montem & ciuitatẽ dei viuentis Hieruſalem cœleſtẽ & multorum milium Angelorum frequẽtiam: & eccleſiam primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cœlis: qd' in vtrãq; & citimã & extimam eccleſiam explanatur. Ea tñ explanatio q̃ ad eccleſiam p̃ſentem attinet, & proiude ad mores inſtruendos neq; propter aliam p̃termittenda eſt. Vt Arnobius in pſalmos meminit. Pulchrę de myſtico & qui ad mores pertinet ſenſu ſacer Ambro. in prę fatione Pſal. cxvij. obiter etiam Grego. Nazianzẽ. in Monodia. narrans Magnum Baſiltum in vtroq; admodum valuiſſe. & hi duo celeberrimi p̃ter primum & natiuũ ad litteram, apud veteres ſenſus erãt. Hiero. de Anagoge meminit, q̃ in ſupernam Hieruſalem ducit, quã matrem noſtram in hoc forte ſenſu dicit Apl'us. Ecce vt in circuitu ſunt Angeli id qd' de ſupremis animis etiã intelligi põt, & Montes (inquit) in circuitu eius & dñs in circuitu populi ſui. Tres erant muri in Ezechiele circũcingentes templum dñi. Vnum in dñi ſacerdotes alium in Angelos (qui & flammantia mœnia mundi ſunt) referunt. Iuncta eſt eccleſia ſemper cum angelicis agminibus, Sub pedibus (ait Moſes) eius quaſi opus lapidis Saphyrini & quaſi cœlum cũ ſerenum eſt, vnũ Angelorum, aliud Eccleſiæ, hoc eſt electarum animarum indicium iuxta eruditorum ſentẽtiã eſt, Omnes tenent gladios, hoc eſt vnuſquiſq;, gladium Spiritus habet, quod eſt verbum dei. Pulchrę Septimius Tertulianus, aduerſus Iudæos, Videamꝰ ergo an alius ſit enſis ille: cuius eſt aliꝰ actus. i. dei ſermo diuinꝰ bis acutus, duobus ſcilicet teſtamẽtis, acutus ſapiẽtiæ ſuæ ęquitate, reddens vnicuiq; ſcd'm actũ ſuũ, Licuit ergo Chriſto, ſermonem dei p̃cingi cui p̃dicta tempeſtiuitas congruat, cũ gratia labioꝝ qm̃ cingitur ſuper femur, quando venturus in terras nunciabatur: & ſagittę acutæ, peruolantia vbiq; dei præcepta, viuus hic ſermo eſt & efficax & penetrabilior omni ancipiti gladio, & pertingens vſq; ad diuiſionem aĩæ ac ſpũs, cõpagum quoq; ac medullarum & diſcretor cogitationum & intentionuꝫ cordis. Vniuſcuiuſq; enſis ſuperfemur ſuũ, ꝓpter timores nocturnos: hoc ad fidem exponẽdum ſiue quãtum ad Angelos pertinet, in intelligentiã incarnationis, Muniuere hac fide ſiue intelligẽtia quam cęteris prodidere, ſancti Angeli dñi eccleſiam. In femore verbi hoc eſt in eius innocentiſſima humanitate ſcriptum erat. Rex regum & dñs dominantiũ. Illa eĩm & regere & reges facere poterat ꝓpter vnam mixturam quam grauiſſimi & ſancti petres, dicunt malim dicere, vnionem cum diuinitate. Cõteſtatur ſanctiſſimꝰ Abraham in hęc iuſiurandi verba ſeruum ſuuꝫ. Pone (inquit) manum tuã ſubter femur meum vt adiurem te per deũ cœli & terrę: vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Canancoruꝫ: inter quos habito, ſed ad terram & cognationeꝫ meam ꝓficiſcaris: & inde accipias vxorem filio meo Iſaac. Incarnationẽ verbi quod de femore illo pulchra ſtirpe ꝓdiret atteſtans, femur generationem deſignare conſentit Arnobius in. p̃s. xliij. Speciosus ait forma. i. virginea erit ortus, & accingit gladium ſup femur, ad amputandas oẽs libidines. vis videre hos multiplices gladios: Lege epiſtolaꝫ Pauli ad Hebręos. In hac (inqt) ſcꝫ fide teſtimonium conſequuti ſunt ſenes. Et alio loco iuſtus meus ex fide viuit. Et Apoſtolꝰ diffinitionem fidei p̃fatus: egregium Catalogũ texit ſanctorum qui fide ſanctificati fuere & teſtimonium vt dicit cõſequuti. Sic inquit. Q. S. florens. bellipotẽs & armiger Chriſtus accipiet ſpolia Samariæ & oĩm gentium & ſecundum populum introducturus eſt in terrã repromiſſionis id eſt vitæ ęternæ. Hac fide imiſſa ab angelicis numinibus ꝓtegimur veluti gladio ſuper femur eorum poſito, q̃q; eĩm huius myſterij minime plænam intelligẽtiam aſſequuti eſſent: nihiloſecius tñ vel obſcuriꝰ amplecterẽtur. Et hic fortaſſe gladius ſuper femur illoruꝫ eſt. quo vt repetam nos protegunt: quia Angelis ſuis mandauit de te vt cuſtodiant te in oĩbus viis tuis: in manibus portabunt te ne forte offendas ad lapidem ꝓpẽ tuum. Quod aũt dicit ꝓpter timores nocturnos, ſi ad eccleſiam q̃ adhuc militat referamus, apertiſſimũ eſt. Sancti eĩm per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſticiã adepti ſunt repromiſſiones: obturauerunt ora leonũ extinxerunt impetum ignis. hac cuſtodia muniti ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabant & conculcabant Leonem & Draconem, qui videlicet draco (vt aiunt eruditi) occulte inſidiatur, & apertius adhuc in eodẽ Pſalmo. Scuto circũdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno. Propter quos timores p̃cedebat dñs filios Iſrael in columna nubis per diem & in columna ignis per noctem, vt per

diem sol non vreret eos neq; luna per noctē: cōtra vtrumq; & meridianum & nocturnum dęmonioꝝ prędidiū afferens. Hoc etiānum ab initio p uidente dño, Fecit (inquit) deus duo luminaria Luminare maius vt prędesset diei, & luminare minꝰ vt prędesset nocti, & stellas. Noluit nocte nos opprimi, quin lumīa & opē intulit. Dies demū spirituales virtutum sunt: qui contrarias noctes habent. De quibus meminit Apl'us. Nox p̄cessit: dies aūt appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis, sic vt in die honeste ambulemus. De quibus spūalibus illud forte intelligendū est. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiā. Tametsi iuxta iacentem litterā interpretetur quoda loco Antiochenus, & alio loco. Tertio die (ait idem Antiochenus) restituitur viuus Isaac in figuram Resurrectionis. Tres dies manet Ionas in vētre Ceti, vt resurrectionis mysterū ostendat. & tres dies ait interpretātur nobis passionem dñi. Abraā exultauit vt videret diem meū, mortis scz quod teste Dauid cōfirmat. Quoniam prędidet, quod veniet dies eius. Et antiquus Serpens princeps tenebrarum dictus est. Sunt e regione noctes spirituales, quę diem plęriūq; mentiuntur, vt Sathanas testimonio Apostoli se transfigurat in Angeluz lucis. De qua die cōtestabatur Iob. Pereat inquit dies in qua natus sum, noctem p̄cti diem appellās. Lege Origenem in explanatione Iob. Habent etiam suos pestilētes dies vitia, vt ex his quę attulimus liquet. Ex eo loco Psal. 138. & nox illuminatio mea in deliciis meis. Ibi em̄ habebo lucem meā (ait Arnobius) xp̄m meum in cuius conspectu nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebrę eius & lumē eius. Hoc contra Manicheū habent etiam plęraq; in scripturis & laudabilem & illaudabilem significationē vt leo, edus, ignis, sol, ait Raduiphus, in Homilia q̄dam. cui astipulatur Origē. & in hoc loco nox, nunc lauda. nūc illaudabiliter ponitur Deus em̄ ad requiem hominum noctes instituit. ex quo liquet affirmantem etiam significationem noctes habere. mysticę fere semper malam vt in eo loco. Nox p̄cessit. Videamus si possemus istud de ecclesia quæ in cœlo triūphans est explanare. Nisus est a prīcipio draco & angeli eius noctem cœlo inferre: sed p̄ualuere sanctissimi angeli in fide & veritate si quibusdā creditur Iesu Christi retēti, qui esset eoꝝ ruinas impleturus. Habuere illi gladiū spiritus, & verbi diuini in manu: & super femur suum gladiū sanctissimę, & innocentissimę humanitatis. hoc fortasse tum significāte Spūsancto mysterium istud haud dubie in quo vincebant, futurū iri q̄q; in nouissimis diebus & plenitudine temporuz. Propterea in femore adhuc esse gladium hoc est fidem siue intelligentiam informatā charitate & illo mirifice vincere, tm̄ gladio spūs in manu posito & nedum fortasse plęnius posito. lege Ioā. Chrisosto. in p̄fatio in Ioan. & iij. caput Ep̄læ ad Ephesios. & Dionysi. in cœ. Hierarc. Et vide vt tenebræ pulchræ a luce fugantur. Ait em̄ scriptura. Et factum est prælium magnū in cœlo. Nō esset ait in quodā loco Origenes beatitas ęterna n isi miseriā vinceret. quæ ad rectā intelligētiam de more Hierony. vsurpāda sunt. Michael & Angeli boni p̄liabantur cuz dracone: & draco pugnabat & angeli eius & nō valuerunt, neq; locus inuentus est eoꝝ amplius in cœlo. Aduerte vt tenebræ propter p̄tm̄ erāt: siquidem tenebrarū locis deputati sunt. Et proiectus est (inquit) draco ille magnus serpens antiquus, qui vocatur diabolus & Sathanas, qui seducit vniuersum orbem: & p̄iectus est in terrā, & angeli eius cū illo missi sunt. Manifestum sanctorum aīas, contra oēs hostiles impetus gladio spūs & fide incarnationis (quem gladium in p̄cinctu & super femur habebant) fuisse munitas. Accingit gladium dñs super femur suū, ad amputandas oēs libidines: ait Arnobius in. 44. ps. de quo paulo antea diximus. & in. 37. Non est sanitas in carne nostra: qñ libidinum vulneribus agitamur. Lectulum antea interp̄tati sumus, humanitatem dñi nostri Iesu Xp̄i verioris Salomonis: quā cum in adiumentum forte, tum in ornatum circūambiuere oēs Angeli: & vniuersa electarum aīarum turba. Et ecce (inquit Ioannes) sedes posita erat in cœlo & supra sedem sedens. Hęc sedes nimirum, caro innocētissima saluatoris est. De qua in Esaia scriptum est. Et ponet in in misericordia solium suū. Aureo etiam secundum eruditoꝝ sententiam p̄piciatorio illa designabatur sedes, & ipsius materiæ purissimi auri sacramento & dimensionibus ipsis. Lege Origenem Adamantiū in Epistola ad Romanos. Subdit Ioannes Iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragddinę, propter Angeloꝝ multiplicem cū varietatem, tum puritatem, virorem, alacritatem, īmo diuinam executionem & virtutez. Ipsam quoq; in sequentibus in circuitu dñi designat ecclesiā. Multiplex genus smaragdi annotat venerandus Beda in Apocalypsim Ioannis, in sacramento cœlestis & diuinę. tum varietatis tum significationis. Et in circuitu sedis. Obserua q̄ dicit sedis, non sedentis, p̄pter eundez dñi Iesu lectulum siue humanitatem. Subdit. Sedilia viginti quatuor, & supra thronos viginti quatuor seniores sedentes, circūamicti vestimētis albis, & in capitibus coruz coronas aureas qui &

numero & habitu primores vtriusq; ecclesiæ veteris & nouæ significant. Duodecim olim erant Patriarchæ: duodecim in nouo testamento Apostoli: in quorũ vicem, perfectissimi oēs intelligũtur suffecti: quem sacratissimũ numerum vocat S. Dionysius. c. 5. ecclesiasticę hierarchiæ, quo numero sacratissimus chorus Apostolorũ designatus est, & a dño declaratus. Pro duodecim Patriarchis (ait quidam) nati sunt deo filij alij duodecim, quos cõstituit principes Iesus super oẽm terram. Duodenarius vtrinq; excedẽs etiã numerus est. Quod in oĩbus illis patribus excellentiam virtutis significat & in sequentib⁹ apertius adhuc, & multis etiã sub velamentis demonstrat. Et vidi (inquit) & ecce in medio throni & quatuor aialium, & in medio seniorũ agnum stãtem, tanq; occisum habentem cornua septem, & oculos septem: qui sunt septem spũs dei missi in oẽm terrã. Hic idem vestitus est zona aurea. hoc est vt sacer exponit Gregorius sanctorũ caterua. Angelos vero in circuitu eius esse manifeste aperit dicens. Et vidi & audiui vocẽ Angelorũ multorũ in circuitu throni & aialium & seniorũ. Et erat numerus eorũ milia milium dicentium voce magna. Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutẽ & diuinitatem & sapientiam & fortitudinem & honorem & gloriam & benedictionem. Et iterum, & oẽs Angeli stabant in circuitu throni & seniorũ & quattuor aialium. & Daniel. Milia milium ministrabant ei: & decies centena milia assistebant ei: & Messiam hoc est Xp̃m illis circũdatum esse in sequentibus ostendit, siquidẽ quasi filius hoĩs (quem Messiach oẽs interp̃tantur) vsq; ad antiquum dierum peruenit. Hieronymus in explanatione sc̃d̃ę visiõis Esaiæ legit & decies milies centena milia assistebãt ei. Lege etiam Diouysium. xiij. c. cœlestis hierarch. Posset ne apertius dicere. En lectulũ Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel. ex eorum numero qui iugi contemplatione deum suspiciunt, oẽs tenentes gladios, gladios quidem Spũs, & ad b[illegible] doctissimi. Audi quid ait dominus. An putas quia non possum rogare patrem meum: & exhibebit mihi modo plusq; duodecim legiones Angelorum: qui tametsi illis non egeret qui ops erat: tñ vt gladios habeãt, & ad bella doctissimi sint manifeste ostendit Angelũ exterminatorem legim⁹, qui in noctis medio, vt dicit scriptura occidit, oẽs primogenitũ in terra Egypti a primogenito Pharaonis qui in solio eius sedebat vsq; ad primogenitum captiuę, q̃ erat in carcere. In quarto Regũ volumine ostẽdit puero Heliseus exercitum magnum angelorum. & ꝓinde pugnaces & victores angelos, contra eũ malum bonum. Plures (inquit idem Heliseus) sunt nobiscum q̃ cũ illis. Subdit: & aperuit dñs oculos pueri: & vidit q̃a ecce mons plẽnus equorum, & curruũ igneorũ in circuitu Helisei: angelici nimirũ exercit⁹ erat. Et in Esaia dñs sabaoth. hoc est exercituum cõcelebratur. De quibus exercitibus dicit Ioannes. Exercitus (inquit) qui sunt in cœlo, sequabãtur eum in equis albis, vestiti byssino albo. In sc̃do regnorum volumine interfecit Angel⁹, a Dan vsq; ad Bethsabee septuaginta milia virorũ. Et ait dñs angelo percutienti populum. sufficit nunc contine manum tuã. Erat aũt Angelus dñi iuxta aream Arenna Iebusei. vniuscuiusq; ensis super femur suum. Nimirum istud ꝓprie huic explanationi cõuenit: refertur eñ ad dñi Iesu incarnationem siue corporationem (ita eñ vocãt sacer Athanasius & Hylarius) & quidã haud ineruditi pugnam ꝓpter eandem in cœlo fuisse, autumant. Hanc etiã sum mopere venerabantur Angeli. Pacificauit enim per sanguinem suũ, q̃ in cœlo & q̃ in terra sunt. Et fecit vtraq; vnum, cœlestem & citimã Hierusalem ecclesiam vnam. Poterant tum dicere Angeli, Ipse est pax nostra. qui fecit vtraq;, vnũ & medium parietẽ macerię soluens inimicitias in carne sua. Subdit vt duos condat in semetipso, in vno nouo hoĩe faciens pacem, vt recõciliet ambos in vno corpore deo, per crucem: interficiẽs inimicitias in semetipso. Et antea dixerat in eadẽ ad Epheseos epistola in dispensatione plẽnitudinis tẽporum, instaurare oĩa in Christo, q̃ in cœlis & q̃ in terra sunt in ipso. Vide vt aperte vniuscuiusq; Angeli siue sancti ensis est sup femur suum, Cessit nãq; ĩ vtilitatem vtriusq; ecclesiæ hęc dñi Iesu incarnatio. Angelorum sc̃z & hoĩm. At quomodo qd̃ sequitur potest dño seruatori cõuenire: Propter timores nocturnos. Vide quid ait Petrus tempore instantis excessus & passiõis dñicę ad dñm. Dñe tecum paratus sum in carcerẽ & in mortem ire: hoc nãq; dicebat ꝓpter nocturnas insidias Iudęoruz: quas hic timores nocturnos nuncupat. Antea dixerat dñs eidem Symoni Petro. Symõ ecce Sathanas expetiuit vos vt cribaret sicut triticum. Ego autez rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Id quod de oĩbus pari rõne Apl̃is sentꝛt: imo & deuniuersa Catholica ecclesia. Addit. & tu aliq̃n conuersus confirma fratres tuos. q̃q̃ eñ Apostoli patiente dño visi sunt fidem posthabuisse tñ breui recuperarunt. vt non videantur amisisse, quod tam breui restitutum est: & dispensationẽ ineffabilem & arcanam in toto eo excessu fuisse. Propterea dicit dñs, vt non deficiat fides tua. Et in euãgelio qd̃ sc̃d̃m Matheum scribit, ait Petrus ad dñm, Etiã

si oportuerit me mori tecum, nō te negabo: similiter & omnes Discipuli dixerunt. Ecce vt aperte vniuscuiusq; ensis erat super femur illoꝝ etiam propter timores nocturnos. Prædixerat namq; illis dñs, oēs vos scandalum patiemini in me ī ista nocte. Ipsi vero vt possunt ensem accipiunt sup femur suum. Potest aūt intelligi, oēs tandē post dñi Resurrectionem, & demū Spūssancti missionem gladios habuisse spūs, diuini scz sermonis. Prędicauerūt idētidem iubente dño euāgelium omni creaturæ. & perpetuo & perseuerātissime in fide tantę incarnationis permansisse eos constat, etiam ad mortē vsq;. Et proinde fuisse vnicuiq; ensem super fœmur suuz, propter timores nocturnos: tentamenta videlicet diaboli & tantos tormentorum, mortis deniq; cruciat⁹. vt de ipsoruz, dominum sequentium timore, intelligatur. Quib⁹ plurimū afflictis, magna accessit cōsolatio. Angelus domini per noctem aperit ianuas carceris, educit sanctos Apostolos. Sic vndiq; iuuenietis (ait quidam) has magnas cōsonsolatiōes, nō euenisse nisi valde afflictis: qui constanter credunt etiam si differatur auxilium: etiam si res pœne conclamata videatur. Lege Ioannē Anthiochenuz in Genesiz de mira perseuerātia Abraā ait & alio loco, tū auxiliari dominū cū res pœne conclamatę sunt. Sed pręcedentem sequamur interpretationem. In euangelio apertum est testimonium. Cepit (inquit Mathęus) contristari & męstus esse & ait: tristis est anima mea vsq; ad mortem. Apparuit autē (ait Lucas) illi Angelus de cœlo confortans eum. Cerneq̄ clarum est illū habuisse gladium scilicet Spiritus hoc est verbi dei & fidē siue intelligentiā (quod magis de angelis persuasum est) incarnationis. Existimare nanq; opportet illa cōsolationis verba fuisse de fructu passionis domini, & tantæ incarnationis & de salute omnium per eam efficienda. Propterea ensem super femur suū habuisse dici potest, & fuisse cum illo perinde ac in natiuitate contigit, innumerabilem angelorū turbam simul sese adhortantiū, & de tā efficaci passionis excessu & tanto facinore cōgratulantiū. Poterant tū dicere adulescentulæ in excessu mētis positę. En lectulum Salomonis hoc est hanc pręciosissimam dei humanitatem, sexaginta fortes ambiunt, innumerabiles ijq; perfectissimi angeli ex fortissimis Israel. Hoc ē fortasse ex supræmis ordinib⁹, omnes tenentes gladios, & ad bel adoctissimi. Sese enim obtulerant si oportunū & domini voluntas fuisset ad omnia egregia facinora, propter dominum obeunda. vniuscuiuq; ensis erat super femur suum, induti fortitudinem & accinti potētia imitatione domini Iesu, cuius eos spectra & sanctissimos typos gerere creditur. Propter tiores nocturnos. Licet iquit bonorum nostrorū non egeas: es enim omnipotens, tamen, vt moris tui est omnia per medias efficis causas. vt Legem per nos ipsos tuos angelos & cœlestes nūcios, in manu mediatoris: tua videlicet domini & dei nostri, dedisti. Et tanta prodita mysteria idē domin⁹ & deus efficit. Potes hos nocentissimos exterminare, vt olz exterminaturus es, hostes. Ecce nos accinctos fulgētissimis armis: gladio maxime spiritus, quod est verbum dei. Sed aliter decretum est. Tu tantum patere & in egregia obeunda morte, te fortissimum presta. Omne etiam Apostoli pręcipuuz institutum & prędicatio est, de domino Iesu & eius acerrima passione. Gratias ago (inquit) deo meo, quod nihil aliud gloriatus sum me scire inter vos, nisi Christum Iesum & hunc crucifixum. Paulus. ait. Victor Mari⁹. libro. iij. quid aliud in oībus epistolis agit nisi quod de Christo testimonium dicit quem affirmat soluz post absessum dñi Christum vidisse, & soli ait apparuisse, intellige singulari quadam ratione, plerisq; enim alijs si Cypriano credimus apparuit. lege illum in libro de mortali. & libro de singulari. cle. & pluribus alijs epistolis. & Ioanni etiam obuiam venit, auctor est. S. Melito. Carpo. etiā teste Dionysio. sed istud parergon. ille talis & tātus apertissime ensem habebat super fœmur suū Et iterū. de cętero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata domini Iesu ī corpore meo porto. Et alio loco. mihi viuere Christus est & mori lucruz. & idem. Mihi autem absit gloriari nisi in crucedomini nostri Iesu Christi, per quem mihi mūdus crucifixus est & ego mundo. Vide quid in hanc sententiam ait in prima sua epistola Petrus. Vos autem genus electū, regale sacerdotum, gens sancta, populus acquisitionis: Vt virtutes anūcietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum: qui aliquādo nō populus dei. nunc aūt populus dei, qui non consequuti misericordiaz, nunc autem mīam consequuti. Et statī addit. Charissimi obsecro vos tanq̄ aduenas & peregrinos abstinere vos a carnalibus desiderijs, quę militant aduersus animam. Hic gladium habet super fœmur suum, quo putridæ carnes resecandę sunt: addit. conuersationem vestram inter gentes habentes bonam. Potest etiam in hanc sententiam gladius super femur, innocentissimam & purissimam oēs sedantem inanes motus, perfectorum virorū designare vitam. Et aduerte vt pulcherrime idē istud antea explicuit. Propter quod (īquit) succinti lumbos mentis vestræ sobrij, perfecti, sperate in eā,

quæ vobis offertur gratiam,in reuelationē Iesu Christi:quasi filij obedientiæ non configurati priorib⁹ ignorātiæ vestrę desideriis, sed secūdū eum qui vocauit vos,sanctuz,vt & ipsi in omni conuersatione sancti sitis.subdit .aīas vestras.castificantes in obedientia charitatis .i. fraternitatis amore.Ecce iterū gladium super femur suū. Subdit:simplici ex corde inuicem diligite,altius renati, non ex semine corruptibili: sed incorruptibili,per verbū dei viui & permanentis in ęternum.Quia omnis caro vt fęnū & flos eius decidit. verbum autem domini manet in æternum. Hoc est autemverbum quod euangelizatum est inter vos.Potuit ne apertius dicerevniuscuiusqȝ ensis super femur suū.Ensis quidem verbi eiusdēqȝ incarnati iustificantis animas & permanētis in æternum.De hoc verbo elegāter Orphe⁹.

Diuino assideas verbo quod cōspice semp.
Quod mentis nauē flectet:tu scāde per arctum.
Et solum spectato ducē qui præsidet orbi.
Per cœlum iuro te,quod deus inclitus ędit,
Perqȝ patris vocem primam quam ꝓtulit ipse.

Quam vocem ait Iustinus martyr dei verbum nuncupat ꝑ quod omnia condidit,proinde adiecit.Hac & cōsilijs mundum firmauerat omnē: hoc est verbum penetrabilius omni ancipiti gladio pertingens vsqȝ ad diuisionem animæ ac spiritus,compagū quoqȝ & medularum,& discretor cogitationum & intētionuz cordis.Femur spiritualiter intelligendum est alioquin vt dicit, *omnis caro fœnum*.Et vide quid de hac eadem fide antea dixit. neqȝ enim omnia prosequimur quæ in hanc sententiam conuenire possent. In vobis (inquit) qui in virtute dei custodimini per fidem: in salutem paratam reuelari in tempore *nouissimo*,in quo exultabitis modicū nūc si oportet contristari in varijs tentatōibus,vt ꝑbatio vestrę fidei multo prætiosior sit auro: qđ per ignem probatur.Et vide vt vetera nouis cōnectit.de qua fide(inquit)exquisierūt atqȝ scrutati sunt Prophetæ,qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, prēnūciās eas quę in Christo sunt passiones:& posteriores glorias,quib⁹ reuelatum est.Quia non sibimetipsis,vobis autem ministrabant.ea quę nunc nunciata sunt vobis,per eos,qui euāgelizauerūt vobis,Spiritusancto misso de cœlo.in quem desiderant angeli conspicere.Pulchræ Iustinus in calce admonitorij ad Zenū & Serenū. Fieri non posse(ait) vt ab alijs ꝙ a solis Prophetis qui nos diuīa inspiratione eruditi sunt,vel deum vel diuinam religionem perdiscamus.de quib⁹ Plato in thimeo quæ autem in his principia sunt,& deus & quicūqȝ illi iunctus est amicitia superne cognouerunt. Amicos dei & Mosen & Prophetas (ait Iustinus) Existimat,tametsi ab eorum contemplatione longe auctore eodem Iustino abesset. sed ad rem ipsam veniamus. Omnia enim propter illum faciebant,& veteres & noui patres.& annūciabant verbum, & gladium stringebant Spiritus.& vnam domini Iesu humanitatē prædicabant.Sed de his hactenus.Tentemus si propria vt sæpe dicimus ratione possum⁹ ista in matrem domini conferre.Ipsa nanqȝ verior & conuenientior verissimi Salomonis lectulus,verius tabernaculū etiā (quod in corp⁹ refert de Apostoli sentētia Magn⁹.Basili⁹)& templum.Oia enim siue symbola, siue figuræ veteris legis illi mirifice & supra omnes quadrant,quę dominū gestarit in vtero,strinxerit amplexu. Lactauerit vbere dulci:per belle .Prudentius.

Intactam thalami virtus diuina puellam.
Sincero afflatu per viscera casta maritat,
Incōperta ortus natiuitas,iubet vt deus esse
Credatur Christus,vitium nec sentit amoris
Pubertas signata manet:grauis intus & extra.
Incolumis florens de fertilitate pudica,
Virginitas & prōpta fides xp̄m æ didit aluo,
Cordis & intacti cōdit partura latebras.

Peculiari magis rōne lectulus est,ꝙ dñi seruatoris humanitas.Illa namqȝ semp coniūcta manet Quod enim semel assumpsit dimisit nunqȝ.In lectulo non semper sponsus agit,ad temp⁹ enim conquiescit,in reliquum peruigil est.Differam⁹ igitur de hac omni sancta & omni bona virgīe. Pulchræ sodales siue aduliscentulę & alternum vtrinqȝ inquiunt in eius laudes.En lectulum Salomonis beatissimā videlicet virginem quæ regi pacifico lectulus(etiam literam primam coniectantibus nobis) nouem mensibus fuit.Eiusdēqȝ diuę parentis etiam sinus eidem Salomoni pro lectulo.Sexaginta fortes ābiunt,hoc est omnis Apostolorum & discipulorū confessus. qui senarij & denarij sacramento propter eorum ingentem virtutem & perfectionē maxime contineantur. Septuaginta etiānū erant discipuli,sed propter eorum optimam maximam perfectionē in senarium circularez siue κυκλοτερῆν & perfectū numerum ex omnibus suis partibus constantē, mystice & oppositi analogia cohibētur. At hęc cohibitio maxia q̄dā dilatatio est,horū etiā meminit Eusebi⁹ i ecclesiastica hystoria. & quosdā enumerat.Fortes(inquit)vt vn⁹ ꝑ decē milibus vt antea dixim⁹ sit. Effecere eñ eorum ingenti virtute,vt milia milium,& vniuersæ nationes in dñz cōuerterētur,& tādē i filioꝝ nūerꝝ reciperēt Quotquot aūt receperūt eū(inquit)dedit eis potestatē,filios dei fieri,his ꝙ credūt in noīe eius.

Lege.77.Homiliam Ioānis Antiocheni in Mathęum & eiusdem librū quod Christus deus sit. Ambiuerunt Lectulum illum omni honoris obsequij & venerationis delatione/omni laudis & gloriæ præconio. Ambiuerunt etiam, vt tali ambitu & circuitione: diuinas consequerentur/cœlestis magisterij retectiones. Ex fortissimis (inquiunt) Israel. fuere enim illi fortissimi qui proxime in locum patrum successere. De quibus dictum est. Pro patribus nati sunt tibi filij/ constitues eos principes super omnem terram. Hi proxime forti seruatori astitere: & manibus contrectauere (ait Ioannes) quæ de verbo vitæ disserebaut. Vt qui proximi luci erant, iuxta Priscuz. & Dionysij etiam theorema, maxime lucerent: & pari quoqz iure, quos tali omni ex parte & virtute & propinquitate dignabatur, ijdem meliora & potiora sortirentur munera: hoc etiam efficiente tali lectulo & tam cœlesti matre. Iam non dixi vos seruos sed amicos: quia quæcunqz habui a patre meo/nota feci vobis. Sese enim effundunt & plurimas propagationes habent cœlestes & spirituales gratię. Omnes (inquit) tenentes gladios & ad bella doctissimi. iuxta pręcedentem intelligentiam, potest istud etiam interpræ tari, vniuscuiusqz ensis super femur suum propter timores nocturnos. Parati erant mortē oppetere pro deffensione tanti tamqz sacrati mysterij, quod ī hac sacratissima deipara operatus est dominus. Poterat tum dicere quisqz illorum. Te ne dei genitrix, te ne, o castissima virgo ipse canam? pietas stimulat sed deprimit ardor.

Lāguid⁹, & grandi titubant sub pondere vires.
Incipiam tamen incipiam/ tu dirige mentem
Concipis assensu subito sine semine natum.
Qui iussu cœlum struxit, qui sydera terras.
Condidit æterni soboles æterna parentis.

¶ Addit.

Filius & genitor, quem tectū paupere pāno.
Et pastum lacte in vili pręsepe reponis.

Cui accinit Firmiani Carmen de Do. Passione.

Hic mihi fusa dedit bruta inter inertia primum
Arida in angustis pręsepibus herba cubile. Et vt amore filij parati & accincti erāt in mortē: haud aliter zelo diuę parentis/si vt antea diximus/ voluntas domini fuisset. Accipe etiam sanctorum Angelorum numerum. Existimandum quippe est plures huic ministrasse & in obsequium datos esse Angelos, quę Angelorum Regina erat. Vnicuiqz suus datus est Angelus, at huic vniuersa pene cœli curia præsens obsequebatur, nedum minores, qui in eaz rem destinati vidētur, Propterea admirabundi sodales dicebant. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt, & numero & ipsa fortitudine pręstantes, ex fortissimis Israel, hoc est ex supremis ordinibus, qui iugi contemplatione assistere domino dicuntur, qui dominum assidue circundant. Nec enim plebi Israel concessum est, vt oēs vere Israel essent, tantum Israelitides ab Israel descendētes. Hi vero fortes & ex fortissimis, ex tanta diuinorū numinum numerositate, accepti sunt. Diximus antea vel ex templi Ezechielis typo & prefiguratione, supremos ordines sanctissimæ deiparæ obsequutores, cum propter vnigenitum dei filium, tum propter parentem. Nec te moueat septuagita hic numerus. Vnus enim pro mille & innumerabilibus suscipitur. Erat enim multitudo cœlestis exercitus laudantium & benedicentium deum, in cœlum efferentium hoc tam ingens & diuinum facinus. Omnes iuxta precedentem interpretationem habebant gladios: & erant ad bella doctissimi. Nec inferiores tantum ordines cum Dracone & Angelis eius pugnarunt: sed etiam superiores ordines. Creditum quippe est ex omnibus cum infimis tum supremis ordinibus plurimos corruisse: quorum tentamentis/ qui ex eodem erant ordine minime assensere. Quo nutu & voluntate contraria/pugnasse dicuntur. Adhuc strictos gladios habebant: non in suam, qui iam confirmati erant: sed in ecclesię defensionē, hoc in mysterio & arcana intelligentia/significāte Spiritu sancto. Siquidem a principio in custodiam Paradisi & horti deliciarū ne nocens quispiam ingrederetur prępositus est Cherubin. rōpheam flammeam habēs. In hunc etiam modū Angeli omnes habent: & vires quidem & cœlestem armaturam, tametsi differenter in custodiam siue ornatum huius Lectuli/ hoc est Reginæ cœlorum & dilecte Domini quæ vtriusqz ecclesiæ princeps & caput est: & perinde totius corporis & cuiusuis domini sponsæ. Sunt enim per incōparabiles nex⁹ & cōpages & iuncturas oēs capiti iuncti, & ad bella doctissimi. Tractatio hęc de supercœlesti matre (vt singula illi conueniant) difficillima est. quo peruestigato: vtinā quafas ne dicam vt par est (hoc enim impossibile p̄stare) facile erit in cæteras, siue ecclesiā, siue priorem sinagogam, siue cœlestē quamuis animam/ explanationem deriuare: & a tempore deiparę, i omnia. quādo omne facile tempus eminentius complecteretur. Ecce enim (ait) ex hoc beatam me dicent omnes generationes. sed ad rem ipsaz Si em̄ testimonio Iob grauissimo non est potestas super terram quę valeat sathanicæ comparari: q̄nā potestas, supernorū ordinū illorū cōferetur potāti? Qui eo sunt p̄stātiores: quo virtute & diuinis illucescentibus radijs clariores hn̄tur.

Experiemur facile eorum incomparabilem potestatem, si eorum auxilium in summis rebus iplorauerim⁹. Vniuscuiusq; ensis super femur suum propter timores nocturnos. Non quod vlli sup sint timores nocturni in cœlo, aut in purissima matre: sed ensis ille super femur, insigne est illius olim partę victoriæ in cœlo: qui velut stigmata quædam, haud in paruum cedunt ornatū, Credere nempe par est: quoddam illis gaudium pręcipuum esse, propter egregiam illam victoriam: vltra innumerabilia q̄ in contuitione verbi aut in seipsis habent bona. Quidam hæc accidentia p̄cipua gaudia, coronas aureolas vocāt. Qd' aliæ sint ab aureis, diuinę beatitatis substantiam p̄tendentibus. Hic ensem super femur suum nū cupat. Rerum quippe spiritaliū, his vmbris corporeis teguntur sacramenta, & formę. quæ contemplatione digna sunt (ait, Iustinus Philosophus & martyr) & secūdum anagogem, ab his qui addicti religioni vere sunt examinanda. Id quod affirmat Magnus Basilius, & Gregorius Theo. Quando Philosophi nec in his quidē rebus quicq̄ sinceri ex seipsis scribere potuerūt, in quibus a prophanis sui generis hominibus collaudantur, quiq; certa veluti allegoria suis lucubrationibus deprompserunt, ea quæ a Mose & reliquis Prophetis didicerunt. Sed istud præter propositu; Habent milites strenuissimi etiam in ipso certamine geminos gladios, altero decertant, alterum habent quo quandoq; vsi sunt, aut cum opus fuerit vsuri, qui etiam gladiū suę militię insigne, continenter ferunt. Quas ob res in preteritum hæc referenda sunt. Vicere etiam in Iesu merito præuiso veteres patres, vincente in illis præcipue eodem Iesu christo, qui in æternū permanet, & ob vnam illam præcelsam humanitatem, quam in plenitudine temporum induendus erat, ista causa ensem super femur habere dicuutur. Possum⁹ sexaginta fortes, diuinas & heroicas virtutes in dño intelligere. Superabāt ille omnium mortalium uirtutes. Erant ad bella doctissimæ. Siquidem fortem armatum, & omnes eius insidias facile contēnebant, & ipsum pedibus calcabāt hostem. Dominus quippe sabaoth .i. exercituum est quod inter diuina nomina, tu; Hieronymus tum eruditissimi Hebręi connumerant, & pluratiue vt Adonai & Heloim non sine sacramēto & arcano mysterio profertur. De illa admiranda dilecta dictum est. Et ipsa conteret caput tuum. Denario insigniuntur omnes in typo decalogi, & senarij, ingēti quidem ex numeri sacramento, perfectione, & in deum absolutissima conuertione. Hac ipsa perfectione & æquabili sui redditione (partes enim ipsum æquabiliter reddunt) diuinā & eius inenarrabilē fœcūditatē Senarius demonstrat. Diuinæ atq; in deum optimum maximum intentæ pulcherrimæ dilectæ erant, actiones omnes facile deum resonabant, nec terrenum quippiam aut sensile sonabāt, magis vero diuinum aliquid & vltramundanum. Vniuersæ isti scalæ magn⁹ & mirabilis deus innixus erat. Efficiebat ipse simul cum illa superdiuinas actiones. Vt in eo admirabili templo nihil nisi diuinum esset. Omnia Cherubin alata & Seraphin, alter ad alterum clamantia Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus deus Sebaoth. Vox ibi diuinæ laudis iugiter audiebatur, & lucerna ardens septemplici lichno illustris, conspicua erat: omnis eius cogitatio diuino flagrabat incendio suauior & candidior ipso manna vel omne delectamentum in se habente, vel ipsa nominis proprietate eidem pręcipue cōueniente, quando nihil non stupendum & admirabile in ea esset, quę verbum mirificum gestarat gremio, lactauerat vbere dulci. Erat in ea singulari arca, interius atq; exterius aurea, & ipsum Manna & virga Aaron, quæ fronduerat, & diuina & admiranda testimonia domini. Panes in ea aurea etiam mensa Apostolici, immo vnus ille inefabilis panis, qui de cœlo descendit. Alterum quippe, ipsa eadem tabernaculum stupendis sacramentis illustræ. Ipsa templum altaria cerimoniæ omnes, & incensum, odor suauissimus, præcipue vitæ in vitam. Vox quædam laudis inenarrabilis iugiter Alleluia, diuinam oden, siue Amen Angelicum, siue aliud diuinius concinens. Dominus ipse verius eminentiusq; omnia in omnibus est. Ipsa etiam quoquo pacto κατὰ ἀναλογίαν omnia in omnibus erat estq;, participatu quidem incomparabili, & admiranda super omnes imitatione. Viden senarium pulcherrimum, ob illam quam diximus admirandam & fœcundam imitationem? Suspice alia etiam ratione denarium. Omnes quippe eius actiones, premium essentiale (quod denario constat) promerebantur, Dei. scilicet, visionem perfruitionemq;, ingenti per omnes efficientias charitate illustris, Angelica perfectione per omnia consummatior, vna insignis virgo, quæ illos in sanctum etiam denarium inintegrarit. Singulariter innixa super dilectum suum. Desiderauit olim sanctiss. Heliseus spiritum Helię in se geminari, vt non simplicem sed duplicem sortiretur, vna hæc cœlectis virago, non solum geminata, sed plusq̄ centuplicata (vt, sic dicam) sibi & nobis conquisiuit, plusq̄ millenarij auctario, illustris. Tanta quippe illius erat virtus, vt facile omnes aliorum contineret. & quæ

in alijs ſimplices, in ipſa typo mulieris fortis, eſſent multiplices, omnes (ſi dicere dignum) tenẽtes gladios. quando omnes in fugi certamine & actione eſſent, & ad bella, in omnium victoriam & cœleſtem triumphum doctiſſimæ. Continue omnibus animi viribus pro domini eccleſia & electorum pręcipue animabus decertabat, ſublatis tum forte de more Moyſi, & triumphalis ſigni ſcemate, in cœluꝫ manibus. Nullo opus illi alteri⁹ cꝫ dei fulcimĩe, nullis Ioſue adiumentis, quando omnium merita continens: omnib⁹ magis ipſa eſſet pedamento. Tertulianus vetuſtiſſi. ferme latinorum ſcriptor, hãc manuum Moſi ſublationem myſtice interpretatur, & hunc ritum & cerimoniam a Chriſtianis inter orandum obſeruari in Apologetico affirmat. Vniuſcuiuſcꝫ virtutis enſis ſuper femur ſuum, id quod metha phorice & tranſlatitie, cꝫtum ad propoſitum attinet dictũ ſit, propter timores nocturnos, a diabolo. ſ. electis incuſſos terrores. Quos diuina parens, vna domini incarnatione & exceſſu recenſito, facile vincebat, nihil ſibi, pręcipua humilitate inſignis, arrogans, tantum de vnigenito ſuo qui exiuit vincens vt vinceret præſumens, diuina virtute & auctoritate in refugas ſpiritus vſa, ſeſe, toto, agmine virtutum immovero deo ipſo terribilis, obijciens, vel muruꝫ pro domo domini, non mortem, non diſcrimina vlla reuerita, q̃ S. Aegnatio perſuaſit. Nec te (inquiens) deterreat perſecutionis auſteritas, ſed exultet ſpiritus in deo ſalutari tuo. Suos terrores ducebat, qui electis animabus inferebantur. Illũ maxime gladium vnicuiꝫ ſuæ virtuti & diuinæ actioni, immo vero cuiuis annuenti eius votis cœleſti animæ dederat, qui eius animaꝫ in domini paſſione pertranſiuerat. Illo veluti aureola, optima maxima regina & dictatrix quædam, ſummum continenter impetium nacta, egregie in omnibus vincens, inſignis erat, nec ipſa modo, ſed omnes ei⁹ vires virtuteſcꝫ, talibus etiam corollis illuſtres. Vt terribilis, tanto virtutum agmine, refugę imineret hoſti. Veluti (ait Spirituſſanct⁹) caſtrorum acies ordinata. Quod admiranda quadam fœlicitate, in quantalibet eius virtute (quæ cæteras omneis ſtringeret) pręſtabile eſſet. Quid videtis (inquit) in ſulamith. i. pacificata (ita ei legendum eſt) niſi choros caſtrorum? Atcꝫ in hunc modum hęc admiranda chariſmata & virtutes mire coruſcantes, hunc Salomonis hoc eſt pacifici puriſſimum & immaculatum lectulum circunſtabant, imino vero ipſam eandem interius exteriuſcꝫ ſtipabant, efficientia nimirum exteriori, odore bonę famę, præclaro exemplo, ſapientia exterius ineffabiliter micante, omni prę cipua gloria filię regis ſummi nimirum parentis ab intus & agente & in omnes fœliciter manante. Vt nihil admirabilius cerni, aut a quouis etiaꝫ imortali animo cogitari poſſet. Et quid mirum? quando ſapiẽtia eam ſibi in ſuos ineffabiles vſus ędificauerat domum. Incaleſcunt omnes cœleſtes animi, quodam incredibili ſtupore in tanto contuendo agmine innumerabilium δυνάμεων, id eſt virtutum. Talia & tanta lectulum Salomonis decent. Tam innumerabiles omnis generis & chori & exercitus, vel quæ reginam Saba in extaſim & defectionem diuinam cogant. Cui ſuper ſancto & ſuper pacifico regi ſeculorum imortali, ſit omnis honor & gloria. Amen.

Libri Quarti Homilia. vij.

Erculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis libani, colũnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureuꝫ, media charitate cõſtrauit, ꝓpter filias Hieruſalem. Totum epithalamiũ (cui veluti in canone receptiſſimo, atteſtantnr auctore Hieronymo hebrę, & in arca receptum cenſet Ioan. Damaſce. de quo admirandus Dionyſius Areopa. in Epiſtola ad Titum vtiliter memit. Quid itẽ canticorum carnales ac adamatorios cꝫ plurimos affectus, quorum profecto ſi quis intueri poſſit ſecretum intimumcꝫ decorẽ myſtica omnia. diuina, mirabitur, atcꝫ ingenti theologię lumine plena) candorem, puritatem, quendam cœleſtem amorem, arcanam ſapientiam, regium aliquid, principale, cœleſte, pacificum, deſignat: & per obſcura quędam enigmata diuinam illam (ait idem Dionyſius) plenam myſterijs ac prophanis inacceſſaꝫ veritatem enunciat. quod nulli magis (ne ꝑter abſurditatẽ quaꝫ rudibus ac imperitis imprimit etiam carnales affectus ingerere videatur) cõuenire ex omni parte poteſt, cꝫ dñi matri, qua excepta nullus dicere poteſt ſine peccato natus ſum. Quæ vna ſancta (vel barbaris confitentibus) ſactos ſuo diuino ſuffragio efficere põt. De qua Auguſtin⁹. Cum de peccatis agitur nullam volo de matre dñi facere quęſtionem. Vnde ei plus gratiæ collatum eſt ad vincendum, quę concipere & parere meruit, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum. Hęc non ſolum in ſe, ſed in omnibus eam contuentibus carnales vincebat affectus, & haud dubie in hoc epithalamio nulli⁹ lapſus qbuſuis cõtinget, ſibi ꝑſuadẽtib⁹ vel rudibus ipſis iſta ꝑcipue κατὰ orthodoxã eccl'iam diuinę cõuenire parẽti. Explanem⁹ igr̃ tiñ in dñi parẽte

ne prolixiores ſimus. Hac enim præcipue hoc loco aſſequta interpretatione, facile erit omnes conſequi, & quid ni? quando in ipſa omnis eminentius conſtet eccleſia. Sit ipſa ſupercœleſtis & omnibus præſtantior anima. Quidam ad vetus moſi tabernaculum referunt, & vbi nos ferculum, hebræi papilionem legũt. Cęterũ ferculũ illud nõ potuit eſſe de lignis libani. Si q̃dẽ in ęgypto aut deſerto nulla talia erãt, niſi figmẽta & meras nenias rabi Salomõis accipiam⁹. Aſ ſolẽt ipſi talib⁹ nugis, vbi veritas ĩmoueri ſilitudo eos deficit. Dicãt ſi placet quis ibi erat aſcenſus, ſiquidem nec purpureus, nec vllus alius erat, vſq; a deo, vt arca ipſa ſuper pauimentum ſederet, & in altaria omnis tum aſcenſus prohibitus eſſet. Incongruum ſane explanationis genus eſt, velum aſcenſum interpretari, quod in altum ſuſpenſum eſſet, & diſcolor variegatumq; illud, ſiue polymitum non purpureum tantum. Aut q̃ ibi columnę argenteæ. Deaurate potius in eo tabernaculo viſebantnr. Figmenta igitur & falſa commenta omnes ille interprætationes iudaice, quę Chriſtum aut eius eccleſiam non reſonant. Et ſi lex ſecundum quod dicit Apoſtolus ſpiritalis eſt, multo magis hic liber ſpiritalis erit, qui ſub prętextu vmbrarum carnalium cœleſtem texit anagogem, & diuinas ineffabilibus myſterijs nuptias, & tãto id facit ſpiritu, vt in cœleſtes. Theorias nihil illuminando aut inflammando afficiat magis. Apochtegma ſiue axioma veteruz eſt, *Tum ibi ſpiritualiter intelligẽda eſſe omnia, vbi* hyſtoria aut litera ipſa mĩe quadrat. Is vero quẽ prætendit Spiritus Sanctus, vel ad literam tantum recipiendus ſenſus. Iſta omnia ait Cyrillus in Leuiticum niſi aliter accipiantur: q̃ litterę lex prætendit ſubuerſionez magis, religioni, q̃ ędificationem præſtabunt. Eadem ſentiunt Origenes & Hieronimus. proinde vitatis immo ingenti virtute ſuperatis nocentibus fumis, capeſcendus eſt, auctore Hieronimo, Spiritus. Alternant hic adoleſcentulæ reſpondentes ſodalibus. Laudauerant illi virginem, vt lectulum Salomonis, Laudant iſte eam, quæ omni laudis pręconio ſuperior eſt, vt ferculum ſiue (ita eĩ volunt) vt papilionem. Ferculum enim, fericulum eſt, a ferendo dictũ. Nec eĩ vna eius laudationis rõ ſed innũerabiles, p innũerabilib⁹ eius chariſmatibus, virtutib⁹, gratijs, ſingularib⁹ priuilegijs. Canitur deeadẽ, qđ hort⁹ concluſus ſit. Fons ſignatus, & eius emiſſiones paradiſus, & in alia id genus admirabilia effertur & prædicatur, ſed inſtitutum vtinam pro tantula dignitate, aggrediamur. Perbelle dicit, Ferculum fecit ſibi rex Salomon, Puriſſimam videlicet parentem ſuam, quã ſibi etiam ędificauerat domuz, quæ de ſe ait. Dominus poſſedit me (ita enim legendum Magn⁹ etiam Baſilius teſtatur) in initio viatum ſuarũ, anteq; quicq; faceret a principio, ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis anteq; terra fieret. Obſerua quod ait fecit ſibi. q̃q; enim omnia in ſuam gloriam fecerit, Præcipue tamen hanc diuam παρθένον & reginam, & ſibi tantum fecit, vt ex ea gigneretur ipſe rex regum & dominus dominantium, veluti purpuram electiſſimam, in ſuos vſus eterni eiuſdem & immenſi regis paratiorem. Sed quonãmodo temporarium & ſub inde mobile tabernaculum ſibi æterno & ſtabili deo feciſſet, quod manufactum hominis artificis erat breui quoq; finiturum, vmbram habens futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum? At puriſſima poſt vnigenitum ipſa Regina cœlorum eſt. Ipſa vltra omneis vel maxime ferculum. Regẽ qppe cœlorũ ĩmenſum & æternum tulit ipſa, quæ ab ipſo ſimul portabatur, ſimul quoq; ipſa eundem in vtero concluſerat, ab illo vel q̃ maxime ipſa concluſa. Quid ipſa non contineret immenſitas? Quomodo vero ipſe tametſi immenſus, in ea non contineretur, quem nullo humano myſterio tantum de Spiritu Sancto conceperat? Spiritus Sanctus (inquit) ſuper ueniet inte & virt⁹ altiſſimi obũbrabit tibi. Ideo quod ex te naſcetur ſanctum, vocabitur fili⁹ dei, Sublata etiam fuit a choris angelicis, poſt exceſſum ſuum eadem dei genitrix & virgo. Credibile etiam dominum Ieſum illam diuiniſſimam & ſuper cœleſtez ouẽ ſuis humeris in cœlum detuliſſe, ſi tanto errantem dignatur honore. Fert ipſa ingenti ſua virtute & poteſtate eccleſiã, ferẽ ab eccleſia ipſa, cui ſtupẽdę reginæ, vice triumphalis ſi dicere dignum currus eſt, cui cõtra ipſa & ſi non pro capite (hoc enim domini ſingulare mun⁹) tñ pro collo, vnde in eam omnes deriuenturdiuini influxus ſit. Vtrinq; igitur actiue & paſſiue (vt aiunt) ferculum dicta, eadem nimirum, ſupra omnen captum continens quæ & contenta. Fuit etiam omni ratione tabernaculum, iuxta aliam interprætationez in qua oraculum Adytum ſeu recõditus locus, quod Debir vocant, magis vero propiciatorium aureuz, æterni parentis myſtica & incomparabilis, pro ſacramẽto ſedes eſſet. Inde oracula mundo prolata, & diuinæ voces emiſſę veluti ex tabernaculo, & longe quidem illo vmbratili celſiore atq; diuiniore. De lignis (inquit) libani, Libanus cãdor interpretatur. In pręconia virginis & cœlebre encomium canitur, & remotiore imitatione cuiuſuis alterius ſponſæ. Tota pulchra es amica mea & macula nõ eſt in te. Et Quę eſt iſta, q̃ a

ſcendit dealbata innixa ſuper dilectum ſuum: & mirabili ſacramento q̄ antea aut nigricans. dicebatur, in calce epithalamij candida & dealbata dicitur. quam tali candore, ingenti profectu donauerat ſol iuſtitiæ & proinde totius pulchritudinis & decoris immenſus, qui eſt cādor lucis ęternæ. Ipſa vero proxima. tanto illuſtrior & Dealbatior lumine, incelſius quoddam lumen & inefabilem decorem euecta. vt ſit etiā alterum ſpeculum ſine macula, terſius & mundius omnibus angelicis aīs, qui pura quędā ſpecula ab eruditis noſtri comparatiōe prędicātur, ſolis ipſi⁹ veluti quandam puritatem & lucem prętendentes. Cæterum quæ ligna libani in hoc fercu lo noſtro niſi innocentia, oī (ſi eruditis credimus) iuſtitia originali ſuperior, puritas virginitas Sanctimonia? Erant hæc libani ligna, Sethī fortaſſe ligna incorruptibilia, vt olim arca teſtimonij de talibus lignis perfecta eſt, quod incorruptum fortaſſe māna contineret, tum deſignāte Spiritu Sctō futuram virginem, virginē quidem abſconditam & incognitam viro, quæ panem cœleſtē & veriſſimum māna contineret, & quod omnes ſuperaret etiam angelicum captū, mulier circundaret virorum virum, longe oīm ſpecioſiſſimum, qui eſſet verus Emanuel. i. nobiſcum deus. Nec mirum ſi virorum virum dicamus. cum idē mons montium ab eruditis nūcupetur, dominantium dominus & princeps regū terræ. ſed iſtud τὸ πάρεργον .i. præter ꝓpoſitum Incorruptiſſimum igitur Chriſtum, immaculatiſſimam matrem decebat, innocentiſſimam etiā eccleſiam ſuam non habentē maculā neq; rugā, & dilectam quācūq; animam, ſanctam illam, & abundantia chariſmatum, gratiorem. Colūnas eius fecit argenteas. Argentum in eloqnia referunt vt in p̄s. xj. Eloquia domini, eloquia caſta, argentum igne examinatus purgatū ſeptuplum Fuit enim in eloquijs diuinis edoctiſſima, vt poſſet eadem ſanctiſſima virgo ipſa eloquia altius diuinius q; ſupra omnium ſortem reſonare. Nō vna tātum colūna ipſa fuit, ſed multiplices, oīs merita, virtutes & doctrinas continens, omnes qui in domo domini ſunt, immo totam ipſas ecclesiam ſuſtentās. Quarum meminit Salomon Sapientia ædificauit ſibi domum, hoc eſt eccleſiam, excidit columnas ſeptem. Puriſſimam vs virginem, quæ ſeptemplici ſpiritus vbertate inſignis eſſet, vel propter vniuerſitatem & largā copiam munerum in ea dictum eſt. Nec eī illo tī coarctātur numero, vt neq; fruct⁹ Spiritus duodenario, neq; lucis ipſo forte concluduntur ternario, ſed numeri ipſi in myſterio poſiti ſunt. Septenari⁹ quippe vntuerſitatem ſignificat. quod ſeptenario dierum numero vniuerſum tempus concludatur, qui numerus etiam, teſte Macrob. mundi nexus eſt. Si omnes eius efficientias complectamur. De quibus amplius meminit Apoſtolus Alij quidem datus eſt ſermo ſapientię. & reliqua, quæ proſequitur. Nec enim illi, pro domini imitatione, datus fuit Spiritus ad menſuram, qī in eam totam ſe infudit plenitudo gratiæ. Colūnæ etiam erant Apoſtoli, de quibus dicit idē in Epiſtola ad Galatas. Et cum cognouiſſent gratiam quæ data eſt mihi, Iacob⁹ & Cephas & Ioannes, qui videbantur colūnæ eſſe, dextras dederunt mihi & barnabæ ſocietatis. Celebrātur etiā in regum volumine colūnæ, quas iuſſu Salomonis extruxit. Hyran de tyro: & finxit (ait) duas colūnas ęreas decē octo cubitoꝝ altitudis colūnā vnā & linea, xij. cubitorū ambiebat columnā vtranq;, Ipſa omnium virtutes & typos qui illis ſacramentis & cerimonijs velabantur, ſingulariter adepta eſt, haud in typo quidem ſiue vmbra ſed in purioreveritate. Poſſumus colūnas argēteas in ea accipere, ſapientiam, ſcientiam, prudētiam. & intellectuꝫ, quæ in illa ob diuinā largitatem fuere clariſſima. Illis enim muneribus & tāta ei⁹ doctrīa vniuerſa illuſtrata eſt eccleſia. Et vide vt aliquid maius in eccleſia dei viui ſiue in puriſſima virgine eiuſdē eccleſię regia eſt. Olim in veterib⁹ cerimonijs Baſes tantum columnarū argenteę erant, hic vero totę invniuerſum colūnæ argenteæ ſunt. Facies (ait enim ſcriptura) & Velū de hyacintho & purpura coccoq; bis tincto. contextum, quod appēdes ante quatuor colūnas de lignis ſethin, quæ ipſe quidem deaurate erunt, & habebunt capita aurea & baſes argēteas. Et ſi quæ alię erant in introitu tabernaculi colūnę ęneas baſes habebāt, hoc fortaſſe ſignificante ſpūs. pauca illis eloquiorum fuſſe ꝓdita myſteria vt antea de murenulis aureis cōmemorauimus. & totius illius ſtructurę fundamentū dominum Ieſum, qui origo & cardo omnium erat eloquiorum intellige. Hic igitur ꝓpter eminentiam & incredibilem ſonoritatem perfectionēq; colūne prorſus argenteæ ſunt. In omnib⁹ quadā ſui effuſione, ipſa erat ſingularis veneranda parens in ſingulis imitationem perfectionęs quoq; vnigeniti ſui p̄tendebat. Exiſtimant pleriſq; (id quod antea diximus) nullam artem nullam diſciplinam illam latuiſſe, quorū anceps ſententia. Tātum enim artium hæc aſſequta eſt iuxta eruditorum ſententiam q̄tum illam decebat, & diuinę q̄ ſpecialiter iuſtiſſima & ęquiſſima eſt fuit voluntatis Cæterū rationi conſonū admoduꝫ videtur nihil in diuinis eloquijs illi quæ magiſtra & omniū aī ſignana erat clā fuiſſe. Et pla

ne ait quidā vir. S. omnium ſanctorum mortali ter viuentium ſapientię valde præferendam. habuit ſapientiam, eam icz q̄ de creatoris cognitione deuote inueſtigat. Ea enim q̄ vel præter creaturas vel ex creaturis ipſis ad cognitionem & amorem creatoris ſe extendit vere ſapientia nominatur. qñ ſapiē tia dici non poteſt: q̄ rebus diuinis nō militat, nec ſapientem qui diuina non procurat. Petrus. a. cluniaco ad Grego. ſcribens exiſtimat diuam parentem in plenitudine euangelice gr̄ę accipere meruiſſe quod nullus Apoſtorum vel ipſo die pentecoſtes eccipere potuit, cui plane ſententie ſacer Hię ro. in Panegyri eiuſdem dei parentis accinit & alio loco meminim⁹. Magn⁹ Gre. de quodā Sancto, Aix (ait) videti deum Anguſta eſt omnis creatura. Ex gratia ita cz ſuperaddita & meriti prærogatiua, quæ virgo ſimul & mater dei meruit exiſtere, etiā in carne poſita videtur ſua ſapientia angelorum ſcientiam tranſcendiſſe. Sicut enim ſuper omnem angelicam naturam credimus exaltatam. ſi vere ſecundū diuinitatis cognitionem ali⁹ alio ſit beatior. Hęc virgo etiam in carne omnibus angelorum ordinibus longe poteſt (ait) videri ſapientior, cui datum eſt in carne non ſolum p̄ter carnem vixiſſe, ſed ipſum dei verbum carnem factū genuiſſe. Lege Antiochenum. in præfatione in Io. Euangelium, qui vel angelos auditores Ioānis nobiſcū efficit ex ſentētia Apoſtoli ad Epheſeos. Quid. non auditores tam incomparabilis virginis efficeret, quæ tanti pudoris & honoris virgo fuit? ſed ad ſuperiora redeamus. Diuinę paretis præcipuum ſtudium in diuinis eloquijs. Quod pulchrę cecinit quidam.

¶ Angelus aurato cui veſtis candida limbo
Succincta ad lumbos fulget, cui vitta capillos
Strin git & a niuea porguntur lilia dextra,
Qui paruo in thalamo reſidētē & priſca parētū
Facta recēſentem, ſublatis margine libri
Luminib⁹, placida te paucis voce ſalutat.
Sępe etenim tacito requieras ſola cubili,
Aut manib⁹ operi indulgens aut mēte reuoluēs,
Lucida q̄ ſacris hauribant lumina libris.

Aegnati⁹ ad Philippenſes miſſum ad virginem, archangelum fuiſſe dicit. Ei⁹ de ipare etiam peculiare munus aliorum approbare & confirmare ſententias. vt in quibuſdam ad Aegnatiū epiſtolis memoriæ p̄ditum eſt, in quibus Ioannis doctrinam prę clare & omni voto confirmat. Reclinatorium aureuz (ait) Oia. teſte Cyrillo Alexand. regalia in domino Ieſu & ſolida fuere qui rex regum erat & dñs dominantiū. Fuerūt etiaz omnia principalia in tanta eius matre de qua canit eccleſia. Regali ex progenie Maria orta reſulget. Manifeſtum (inquit Apoſtolus) quod ex tribu Iuda in qua regium ſceptrum erat ortus eſt deus noſter. Mathęus ita exorſus, Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid filij Abraaz. Hanc regiam propagationē ex ſanctiſſima mr̄e ſua ſumpſit idem de⁹ & homo. Sed magis regalia omnia in ea propter diuina & ingentia mūera illi ſupra omnium ſortem a dño conceſſa. Et ſi omnia regalia in ea, illud prę cipue reclinatoriuz quod regem cœlorū & dominum ſtringeret. Si eñ ſuprę mi angelorū chori, quibus de more iudicantis inſidet de⁹, aurei, ſpiritales incōparabiles & admirabiles propter ipſum inſidentē ſunt. Quid totum admirabile penitus ſtupēdū aureū diuinuz in hoc ſingulari reclinatorio vbi vnice conquieuit domin⁹. non erit? Non fecit taliter omni nationi. nec angelos appræhendit, ſed ſemen Abrahę appręhēdit. Non in eū modum in illis conſidet, vt in hac tanta & tali conſedit. Totum igitur aureum reclinatoriū erat, diuinū, ſpiritale, myſticū, regale, admirabile ſtupēdum, To to hoc cœleſti auro ab illo manente cuius caput aurum optimum eſt, cuius etiaz ſuperiora in Ezechiele ex electro puriſſimo ſunt quod iuxta eruditos & alio loco diximus auro ſuperius eſt. Et viden vt reclinatorium aureum dicit. Reclinatorium in quo reclinatio fit nullam habet efficientiæ ſed tantum ſuſceptionis rōnē. Exiſtimāt plericz, fœlicitatem non tam in agendo cz in ſuſcipiendo eſſe, quod omnis actio oīs efficientia deus ipſe, fœlicibus aīs ſeſe in obtutum eorum obięciens in eos penetrabiliter illapſus eſſet, tametſi eas mentes. haud in ea beatitate ocioſas eſſe ſed in pulcherria & fœliciſſima actione Ioannes Scotus cenſeat. Cæterum gandēſis grauiſſimus auctor eas tū fœlices animas eū cœleſtē influxum & diuinā cōmiſſuram ſolum ſuſcipe exiſtimat, Vt cūcz eſt ipſe puriſſimū cuiuſcz viden tis aurum & ſumma & vna q̄ menti obięitur & aio, beatitas erit. Pulchre. in li. de mortalitate exiſtimat Ceci. Cyprian⁹ totum gaudium noſtrū & proide beatitatē in Chriſto dño futurā, exco loco Iterum videbo vos & gaudebit cor veſtrū Ipſe quocz vnigenitus dei filius, diuinæ matris fœcunditas gaudiū vnū & vltra omium ſortem beatitas, ipſum vnde aurea eſſet, aurum. Aurum in myſticos ſenſus eruditi referunt, alij in charitatem ſiue ſapientiam: quę oīa prę cipua in dilecta domini fuere. fuit eñ illa columba cuius meminit Propheta. Pēne columbę de argentate & poſteriora ei⁹ in pallore auri ſiue vt alia habet in terp̄tatio i viriditate auri hoc ē virētib⁹ & vegetis ſenſib⁹. eloquia & ſpritales ſenſus mire ſtrigebat & tali quodam ſpū diuina tū fulta auctori

tate,cęteros afflabat. Meminit sacer Dionysi⁹, in eius excessu conuenisse Apostolos & diuina supra captū omnem prodidisse mysteria, & ineffabiliter diuīa collaudasse,Fortasse diuina hoc tum impetrante matre. Diuia videbat inter Prophetas Saul, tametsi visus reprobus. Quid nō potuerunt illi diuina tum videre & intelligere,illa præsente,siue cœlitus post defunctionem aflāte, quæ totius diuini magisterij summam habebat:vt ipsa (id quod creditu dignissimuz est) tum inexcessu prophetante,prophetarent & ipsi,immo ipso contuitu tam cœlestis tabernaculi, eius ipsius corporis, in diuina laudāda quod admirādus Diony. censuit, efferebantur. Thronus in regum volumine,ex ebore hoc est ex candore,est,Et vestiuit eum Salomon(ait)ax auro fuluo nimis quod in virtutis altissimi plenissimā obumbrationem referre possum⁹. Fit enim obūbratio hæc,auctore Gregorio.& Ve.Beda,obiectu corporis,& dominus quo posset, hanc diuinam salutarē,ī omnes beneficam,inire obūbrationem,verbum caro factum est: & habitauit in nobis.Lege.S. Cyrillum Alexandri.in exeplan. eiusdem loci. qui admirādum in eo loco apit sacramentum.Thronus in Apocalipsi,magnus & candidus est.Et vidi(ait) Thronum magnuz & candidum,& sedentem super eum a cuius conspectu fugit terra & cœlum. Thronus ille dilectissima & omni sancta virgo, & mater. Ciuitas dei, in eadem reuelatione Ioannis,aurum mundum,arundo qua metiebatur ciuitatem. Angel⁹ etiam aurea.Gloriosa dicta sunt de te, o ciuitas dei.Mons dei.mons coagulatus,siue rectius excelsus & mira coincidentia humilis & colliculosus,humilitate omnium sanctorum insignis.Cęteruz quęnā alia mensura totius cœlestis,& citimæ Hierusalem,quæue eiusdem post dominū Iesum,longitudo,latitudo,sublimitas,& profundum altitudo quoqz:nisi illa cuius intercedētibus meritis velut mensura arundinea, salutem pro cuiusqz sorte, consequntur omnes? Minima illa est,propter incomparabilem eius humilitatem:& ob singularem virtutis magnitudinem, maxima etiā est. Diximus obiter maxīaz & minimam,per diuinam quandam coincidentiam. adducti sententia non solum Cusani, sed diuini Dionysij. qui primo capite libri de mystica theologia,Sic itaqz(inquit) diuinus Bartholomeus ait.& plurimam theologiam esse & minimam,euangelium & latum & magnum, rursusqz concisum.Mihi quidem illud mirifice intellexisse videtur.quia plurimis verbis exprimitur,bona omnium causa,& breuib⁹ simul & nullis,vt q̄ neqz verbum neqz intelligentiam admittat.quod omnibus super substantialiter eminet. Sed de his hactenꝰ. Ascensum purpureum. Nō legimus ascensum in tabernaculo veteri fuisse: nec in altare ascendebatur. pręstituto super ea re decreto,altare de terra facietis mihi: & offeretis super eo olocausta,& pacifica vestra.oues vras & boues,in omni loco in quo fuerit memoria nominis mei.quod si altare lapideum feceris mihi non ędificabis illud de sectis lapidibus. si eñ leuaueris cultrum super eo polluetur.non ascendes per gradus ad altare meū ne reueletur turpitudo tua. At hic ascensus purpureus est:per quē rex regum solum ascendit. Nec eñ. Alij purpura vti cōcessum.ascēdit(inquit Propheta) sicut virgultū de terra sitiēti. De illa terra q̄repleta est vbertate domini:& sitiens salutem cōem:vt dñs sitiens fuit,eo in cruce dicēte,sitio. Ascensus suos per gradus huius purissimę virginis faciebat. ipsa solū excelsuz & eleuatū in Esaia est. hic scala & ascensus purpure⁹: verissima scala Iacob in qua erant ascendentes & descēdentes angeli. Et fortasse hic ascensus, illa scala sublimior & venerabilior est:siquidē purpura summi regis insect⁹ In portam orientis in Ezechiele nulli patebat ingressus:siquidem omnibus illa clausa fuit.quod dñs per eam ingressus esset. In hos etiā ascensus nemini patet accessus.& mirū istud quidē.Naz ipsa porta facta est cœli:vt oēs in cœluz intromitteret.nec tñ ascensus per eam patet. Coincidentia hæc cōtrariorū est qualē in diuinis rationib⁹ plerūqz coniectant eruditi. Sed alia ratione per eam nobis & aditus & ascēsus est,siquidem mater oīm est & publica parēs:alia ratione vna præcipua dñi mater est.de qua canitur vna est colūba mea, vna est speciosa mea,vna ē genitrici suę electa.vna mea quasi in nullos alios q̄ summi regis vsus esset accōmodanda. Id quod pulchræ Hieronim.in sermone de assumptione virginis declarat. & antea meminim⁹. Grad⁹ erāt in thronum Salomonis eburneum sex, qui habebat(inquit scriptura) sex grad⁹. & duodecim leunculi stantes super sex gradus.hīc atqz inde, duodecim sunt apostoli aut perfectorum caterua duodenario vel geminato etiam:de viginti quatuor senioribꝰ in Apocali. in signis· & ī quadratū.cxliiij. exurgūt ,qui dicunt canticum nouū & seqūtur agnum quocūqz ierit.illū circumābientes thronum:& fortasse aliquid amplius in hoc ascensu q̄ in illo est:vt iste sit purpure⁹ in rem summi regis tantum. cedens:ille fortasse omnibus qui reges futuri sint, patēs. Gens enim sancta testimonio Petri sum⁹,regale sacerdotiū,& populꝰ electionis:quibus de rebus, in regia fastigia patet ascensus.Fuerunt enim (vt istud obiter ex sentē

tia patrum dicamus) quædam in illa etiam nostri cõsideratione specialia est enim mater dei filia sponsa: sed primum speciale. Porta etiam cœli est, atrium, fundamẽtum & alia, cęterum primũ illi peculiare, est etiam singulariter stella maris, tametsi alia omnia, quę digna sunt, illi conueniãt. Videamus si alia ratione ascensum purpureum dicere possimus. quasi videlicet sit sanguine verioris conchilij aut muricis infect⁹: sanguine videlicet purissimi agni. de quo meĩt Petrus. Sciẽtes quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis: sed pręcioso sanguine quasi agni immaculati & alio loco. Sanguis eius emũdauit conscientias nostras. Hic purissimę virgini præstitit ascensum, Et quo redempti, alij fuerũt: ipsa seruata fuit: eisdem fontib⁹ puriorvel ab ipso cõcept⁹ exordio effecta. qb⁹ & alij purificati & expiati sunt. Tota erat ipsa in iugi tanti mysterij & excessus meditatione. Hanc omnibus suggerebat. Immittere inefabili suo illapsu tantum de⁹ potest. Hoc vnum inter angelos siue alios quosuis qui eadem potestate censentur, & deum interest. vt domin⁹ illabatur. illi nõ. Dñs diuina ingerat munera: illi tametsi intromissi tantum suggerãt. Dominus creans est: illi tantum persuadẽtes. Hortabatur igitnr diua mater & suggerebat vt tales ascensiones in corde suo facerẽt. Per oĩa charismata & virtutes nobis ascensus est. Ascẽdẽt (ĩquit) de virtute in virtutẽ quo cælebrato ascensu videbitur deus deorum in syon. Ascensus, per omnes sanctos, quousqꝫ ad purissimam ventum sit: quæ exsese etiam præstat ascensum. ad filium. Ipsa etiam filij humanitas in eiusdem domini & dei diuintiatẽ ascensus est. Hi gradus sunt quindecim: per quos canticuz gradum cõcinentibus ascensus patet. Qui pro templo Ezechielis, & septem & octo erant. vt mysterium in toto⁹ & in partibus esset. At hic ascensus purpureus, celsior est: siquidẽ purissimo sanguĩe agni immaculati madens. non alius in cœlũ patet, nisi per hos gradus aditus. Non alia est via: ꝫ per dominum Iesum Christũ. In hos contẽplãdos miro affectu apud Firmianum nos ꝓuocat, En aspice crines (ait).

Sanguine concretos, & sanguinolẽta sub ipsis
Colla comis, spinisqꝫ caput crudelibus, haustũ.
Vndiqꝫ diua pluens viuum super ora cruorem.
Cõpressos speculare oculos, & luce carentes
Afflictasqꝫ genas, arentez aspice linguam.
Felle venenatã, & pallentes funere vultus
Cerne manus clauis fixas, tractosqꝫ lacertos.
Atqꝫ ingens laterivulnus, cerne ĩde fluorem.
Sanguineum, fessosqꝫ pedes, arctusqꝫ cruentos.
Flecte genu lignumqꝫ crucis venerabile adora.
Flebilis, innocuo terrãqꝫ cruore madentem,
Ore petẽs humili, lachrymis suffunde sub ortis.
Hi cœlestes & purpurei gradus nos miris
Affectib⁹ in eius ardentes trahũt amores
His enim vel solum contentus, vt quidã cecinit
Si cupis ergo animi mihi signa repẽdere gratis.
Dilige pro tantis sat mihi solus amor.

Sed ad institutũ redeamus Omnia pene (inquit Apostolus) in sanguine secundum legem mundabãtur & sine sanguinis effusiõe nõ fit remissio & proxĩe dixerat. Lecto enim omni mandato legis a Mose vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum & hyrcoruz cũ aqua & lana coccinea & hysopo, ipsum quoqꝫ libruz & omnem populum aspersit dicens. Hic sanguis testamenti quod mandauit advos deus. etiam tabernaculum & oĩa vasa mysterij sanguine similiter aspersit. q̃ sunt futurę ecclesię per Christum dñm suo sanguine ablutę sacramẽta. & in his oĩb⁹ suntvarij profectus. siue multiplices in ecclesia gradus & ordines. Subdit. Necesse est ergo exemplaria cœlestium his mundari ipsa autem cœlestia melioribus hostijs ꝫ istis. Viden vt ascẽsus hic purpure⁹ nec aliter ĩ tã sublimia fastigia ascẽsus. Ait enim dñs Iesus (id quod ecclesia pro sacris cõtinenter memorat) Hic est calix sanguinis mei noui & æterni testi mysteriũ fideiq ꝓ multis effundetur in remissionem peccatorum. Vis videre in hoc sanguine gradus. Sanguis oliz Abel typus sanguinis dominici effusus est: & multus sanguis prophetarum vsqꝫ ad sanguinez Zacharie filij barachie quẽvel ipsius dñi testimonio occiderũt ĩter tẽplũ & altare. Hic sanguis sanguinẽ dñi prefigurabat & in illum quẽdam præstabat gradum Erat sanguis hyrcorum & vitulorum & denicꝫ omnis generis sacrificiorum: qui graduz in hac scala faciebat: sed pręcipuos, domini sanguis facit, gradus, omnia sanctiens, omnium sufficiens imperfectionem. Audi vt Apostolus istud præclare aperit. Si enim sanguis hircorum & taurorum & cinis vitulę asperſus inquinatos sanctificat ad emundationẽ carnis (tollebat eĩ quandam irregularitatem· quam vocant) ꝫ to magis sanguis Christi qui per Spiritum Sanctũ semetipsum obtulit immaculatum deo: emundabit conscientiam nostram ab operibus mortis ad seruiendum deo viuẽti. Et ideo noui testamẽti mediator est: vt morte intercedente, in redemptionem earũ prꝫuaricationũ quæ erãt sub ptiori testamento: repromissionem accipiãt, qui vocati sunt æternæ hereditatis. Vis & alios gradus cernere huius tam mirabilis ascensus. Sufficiens hic sanguis, pro omnibus est. Satisfaciens mira pro electis efficatia. Semel oblatus est: ipso

domino semel ingresso in sancta, æterna redemptione inuenta. Cotidie idē sanguis offertur. in tanti excessus & passionis iugem memoriam & sacrificiuz, & idem oblatio est cum dominis excessu. quando (vt ait Anthiochen⁹) idem Christus vtrobiqꝫ fit. Hęc (inquit) quotiēscunqꝫ feceritis ī mei memoriā facietis. Et per eundē sanguinem eiusqꝫ sacratissimum corpus, nobiscum est vsqꝫ ad consummationez seculi. Purgatiuus illumiatiuus & mire pficiens sanguis. quo sanctissimi antistites & patres cæteros purgant, illuminat & pficiūt: quo etiā forte diuiꝫ aiꝫ hisce funguntur muneribꝰ. Habet miram cōnectendi efficaciā. Pacificauit enim per sanguinem suū, quæ in cœlis & quæ in terra sunt. Lege Chrisostomū in Ioannem. Sacra hoc mirifice condiuntur mysteria, sacrificia, & iuges oblationes. Omnis virtus, omnis efficatia in hoc est sanguine. mira & incredibilis fœcunditas in eo. vt a me seruatore prodiens: & vniuersam irrigans terram, cui benedixit dominꝰ, martyres faciat, amplius in cōfessione nomis dñi persistentes, beatissimas quoqꝫ virgines. Et dealbauerunt eas (inquit) in sanguine agni: vt contra sanguinis alioquin rubidi naturam (vt alio loco diximus) etiam dealbare possit. Et quid mirum, cum omnis efficacia in eo sit? Vis longitudinem, latitudinem, sublimitatem, & profundum: quæ commemorat Apostolus & tales & similes profectus, in hoc oīa sanguine accipe. Parit si quidem nobis æternitatez in qua longitudo est. Longitudo dierum ait, Salomon hoc est ęternitas: in dextera eius: latitudinem: & amplitudinem, hoc est, mirabilem charitatē, si eruditis credimus donat. Latuz (inquit) mandatum tuū nimis. At quod aliud nisi de charitate latum mandatum est. Interrogatus dominus quod est magnum mandatū in lege. respondet. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo ex tota aīa tua: & tota mente tua & proximum sicut teipsum. in hoc consistit omnis lex & Phrophetę. Videvt amplissimum vt latissimū mandatum est. Altitudinem siue sublimitatem hi habent gradus. quem fortasse ascensum siue scalam vidit Iacob: & cacumen illius (vt ait scriptura) tangens cœlum. Et vide sublimitatem. Dñs quippe cuius omnipotens nomē est, erat innixꝰ scalæ. Fortissimꝰ (inquiunt filij Rubē & Gad & dimidia tribus Manasse) dominus deus ipse nouit. Et in Exodi volumine ait dñs. Ego dominꝰ apparui Abraā, Isaac, & Iacob, in deo omnipotente. & nomē meum Adonai non manifestaui eis, Cernis vt omnipotēs pater apparet in omni potente filio. Per hūc vnū oīs potestas. & diabolum superandi & ingrediendi regnum cœlorum datur Illi nēpe sumus innixi ptāti: de qua dicit dominus. Data est mihi potestas in cęlo & in terra. Hoc delibutis sanguine nihil angelꝰ exterminator oberit, erit autē sanguis vobis in signū in ædibꝰ in quibus eritis: & videbo sanguinem & transibo vos: nec erit in vobis plaga dissperdens: quando percussero terrā ægypti. Simile quoqꝫ in Ezechiele legimꝰ: & signa Thau super frontes virorū gementiū & dolentiū super cunctis abhominatiōibus quę fiunt in medio eius. Ibi profundū etiā est: quo deus in nobis: & nos in deo sumꝰ. Sicut (inquit) tu pater in me: & ego in te. vt & ipsi in nobis vnū sint. Hac profunditate, hoc est per sanguinē agni immaculati verā sapientiam cōsequuti. hoc vno non aliter diuinā assequimur sapiētiam. oī humana sublata de qua dicit. Perdam (inquit) sapientiam sapientū & prudentiam prudentium reprobabo. Accipe omnes virtutum & gratiarū, Spiritussancti donorum, beatitudinum, fructuum quoqꝫ Spiritꝰ gradus & quod amplius est, dignitates: & ppriętates diuinas q̄ innūerabiles sunt: oīa in his gradibus inuenies. Suas hic inferior & superior rationis portio. præclaras functiones exercere potest. Da (vt ait Salomō partes septem da partes octo) hoc est mysteria septenarij in veriore sabbato & in tanta quietæ, octauam etiam resurrexionis & future gloriæ. Nihil est quod hic abunde inuenire non possis. eleganti hymno ita pulchrę quidam cecinit.

Omnia dispellit spreto triumphat in orbe.
Quem trahis afflatu supo & profundis amore,
Cęlestis patrię, duduz quę clausa sacrato.
Sanguine, nunc portis reserata patentibus oēs,
Inuitat superāqꝫ lubēs admittit in arcem.
Sed poteras, rex clementissime nullo.
Sanguine tartareas propulsauisse phalanges,
Verum diuini plura hinc pręconia cultus,
Pluraqꝫ mortales animi documenta sequūtur,
Hinc surgit semper laudanda tonantis,
Præcellens bonitas, hinc & sapientia surgit,
Humano maior captu, nam summa potestas
Pauperie, tumidos humili deuicit auaros,
Et nece florentis vitæ detrusit amœnas,
Delicias.

His ascensibus Etiam spiritualiter positis in corde nostro: in supernā ciuitatem Hierusalem conscendimus. immo in templum Ezechielis quod tantis sacramentis insigne: ipse dñs & deus est. Et templum (inquit Ioannes) nō vidi in ea. Dominus enim deus omnipotēs templum illius est & agnus. Septez & octo gradibus (vt paulo antea diximus) in orientalē in portā ascensus erat Hi omnes gradus per sanguinē eiꝰ rosei, & pur

purei/redditi sunt: sub quibus Flumen domini ad irrigãdos omnes/gratia emanat. Altare quippe dñs Iesus est: & illud quidem aureuꝫ de Apocalypsi. diuina nimirum charitate gratia & sapiẽtia insigne, bonitate etiaꝫ & pietate. pulchrę Picus a mirandula.

Maior in erratis bonitatis gloria nostris,
Illecꝫ prẽcunctis fulget amandus amor,
Qui potuit cœlo dñꝫ deducere ab alto,
Incꝫ crucem summi tollere membra dei.
O amor & pietas/tua rex mitissime tantis,
Dat mala materiam suppeditare bonis.
O amor & pietas/nostris male cognita seclis,
O bonitas nostris nunc prope victa malis.

Hic (vt ait Firmianus eleganti carmine) clarissima ab alto reddita lux tris hic alma salutis imago. Hic tibi sum requies, via recta, redemptio vera. Vexillumqꝫ dei, signum & memorabile fari. Te propter vitamqꝫ tuam sum virginis aluum ingressus, Sum factus homo, atqꝫ horrenda passus funera. & quę subdit. sed ad rẽ cœptã, si hoc ex Arnobio Dixerimus bonitatem ascribi filio & sanctitatem Spiritui sancto, Pater (ait in ps. cxxxj.) nunqꝫ fuit sine bonitate, quæ est filius, nec sine sanctitate, q̃ est Spũs Sanctus. Vide quid ait scriptura. Aquę aũt descendebant in lat⁹ templi dextrum ad meridiem altaris. Illud nẽpe altare/illa sedes dei est: hoc est humanitas domini Iesu. Audi quid ait Ioannes & ostẽdit mihi fluuium aquæ viuę splendidum, tanqꝫ crystalum, procedentem de sede dei & agni. Eadem sedes/quæ & altare. Omnia mirifice in illa tam incomparabili humanitate/cõueniũt. Ex illa/oẽs fluuij grę & veritatis spẽldidissimi/decurũt: qui nimirum riui sanguinis sunt decurrentes ab illis fontibus q̃ in quinqꝫ porticus mire enumerãtur vt in eũdem numerum & nomen & fontes conueniant. Hic est ille de his ascensibus procedens fluminis impetus letificans ciuitateꝫ dei. Sed de his tantilla dixisse sufficiat. Ascensus igitur purpureus: quem nobis in se veluti primo archetypo & exemplari exibuit purissima & sanctarum sanctissima virgo. Hos tam incomparabiles ascẽsus. ipsa super omnẽ creaturaꝫ eleuata proxima vnigenito filio suo/& tantis gradibus/in corde faciebat. Media (inquit) charitate constrauit: ꝓpter filias Hierusalem. Virtus omnis in medio critate cõsistit. Et dñs sæpe in medio esse dicitur Ego in medio vestrũ sum. Et Ioannes. Medius vestrum est. In Abahuc. vbi nos legimus. Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud, in medio annorum notum facies, obseruat Origenes in periarchon/in hebreo haberi/duo tum animalium vel duarum vitarum cognoscentis & de Christo & Spiritu sancto interprætari debere. Omnis enim sapientia de patre/reuelante filio in Spiritu sctõ/accipitur. lege Basilij ma magnum in libris contra Eunomium quos igni comparat Gregorius Nazianzenus. Verbũ incarnatum mediũ sit sciendi patrem. Nemo (inquit) potest venire ad patreꝫ, nisi per me. Et iterum. Nemo nouit patrem nisi filiꝰ: aut cui voluerit filius reuelare. Mediator nãqꝫ dei & hominum est: verior quidam Aaron: stans delibutus oleo exultationis prę participibus suis/vestibꝰ sacris insignis/medius inter mortuos & viuentes/primogenitus in multis fratribꝰ: obtulit thimiama suauissimum domino: & pro populo depræcatus est: & plaga cessauit. ille ego (ait) qui casꝰ hominum miseratus acerbos huc veni, pacis ꝓmissæ iterpres & ampla communis culpę venia. & qui admonuerat orandum esse pro persequẽtibus, medius etiam inter latrones dominus orauit. Pater ignosce eis. quia nesciũt quid faciunt. De medio iterum scriptuꝫ est: quod operabitur dñs salutem in medio terrę. De quo etiam canit ecclesia. Dum mediũ silentiũ tenerent omnia: & nox in suo cursu medium iter perageret. Omnipotens sermo tuus domine/a regalibus sedibus venit. Et ipse psalmographus/hoc etiam sacrũ esse monstrauit/inquiẽs. Media nocte surgebã: ad confitendum nomini tuo domine. Deus (iterum inquit) stetit in synagoga deorũ: in medio autẽ deos dqudicat. Et in euangelio stetit aũt Iesus in medio discipulornm suorum: & dixit eis/Pax vobis. quæ pax nisi in medio existente Iesu esse nõ potest. Vide Iesum iterũ vt ī medio est. quotiens (inquit) duo vel tres fuerint cõgregati in nomine meo in mẽdio eorum sum. Et de viro iusto dictum est. In medio ecclesię aperuit os eius: & ipleuit eũ/dñs spũ sapientię & intellect⁹. Media/quadam ratione in se cõtinent/extrema Et q̃ inextremis excedunt aut deficiũt/in medio pulchrę cõtemperãtur. qua de re/media summopere diligit dominus. & statuit paruulũ/ait scriptura/in medio coruꝫ. Media igitur hac ratiõe charitate constrauit. Ingenti nimirum illa charitate: quæ iuxta Apostolum nũqꝫ excidit. & quæ omnibus etiam diuinis virtutibus maior est/cõstrauit/firmauit/orãuit/illustrauit vt forma/munimẽtũ/fastigium & fundamẽntum oĩm esset. Et talis est sensus. Virtutes q̃ in medietate consistunt/& prouide media quædam sunt/charitate stabiliuit sanciuntqꝫ. Antea virtutes sine charitate aut per q̃ rara/erãt. Ignotus ille tantus amor diuinus. qui in beatitateꝫ deduceret/erat, atver⁹ Salomon/hanc non modo ꝓdidit: sed mediam ostẽdit. Sub timore & disciplĩa ille popul⁹ israhe

liticus erat legibus non agebatur amoris: siqui dem durę ceruicis: & si prȩcepta charitatis habe ret: illa nō plane aut percipiebat aut sequębatur. At illa, aperuit dominus in Euāgelio. ex hoc (in quit.) pendent leges & Prophetę. Populus gen tium ambulabat quōdam in tenebris & vmbra mortis: at per dñm lux orta est eis. illis ꝓdita gra tia: quæ & charitas. aut nō siue charitate est. Lex per Mosen data est: gratia & veritas per Iesum Christum. Media igitur, hoc est iuxta aliam in terprętationem, mediam suam ecclesiam ex vtro q̄ & iudeorum & gentium populo compactam charitate stabiliuit. Media antea non erat: siqui dem nulla extremorum esset participatio: nunc extremorū participatio est. Media igitur est. Hi sunt illi duo, in medio quorum in eius nomine congregatorum, se futurum dicit dominus: illa duo animalia in Abacuch inter quæ notum fe cit dominus salutare suum. Viden domini pro piciatoriuꝫ in medio duorum Cherubim apud Mosen esse. In Esaia sedes domini & sedēs in se de in medio duorum siue pluriuꝫ Seraphim est. quasi constrata vndiq; sit ecclesia (quæ & sedes dñi) media charitate. Vis apertissime videre cha rite constratam hanc sedē. Audi quid Ezechiel dicat. post primam descriptionē currus & qua drigę domini. addit aliā prima locupletioreꝫ. Et omne (inquit) corp⁹ earū & colla & manus & pēnæ & circuli plena erāt oculis, in circuitu qua tuor rotaruꝫ: & rotas istas vocauit volubiles au diente me. Quatuor autem facies habebat vnū. Facies vna, facies Cherub: & facies secūda faci es hominis. q̄ q̄ em̄ scientiæ plenitudo siue scię tia multiplicata interprætetur Cherub: tamē cha ritatem in ea plenitudine includit. siue quod ip sa interprætatione immaculatum aliquid conti neat. Apertissime in Esaia Seraphim ipsum non solum dominum circūstāt, sed consternūt sedē & ipsum sedentem circūtegunt, & sese ob diuini tatis immensitatem incomprębensibilem obte gunt. lege Dyonisium in eccle. Hiera. & Chriso stomuꝫ de incompræhensi. dei natura. Et vt ad priora redeamus in gentiū populo Charitas nō erat: siquidem prorsus avera religiōe alieni erāt. Illius media qui non altum sapiebant & ob eam causam qui fortasse aptiores ad verum recipien dum lumē essent, charitate constrauit. vt tandeꝫ conuerterentur ad dominum vniuersi fines ter ræ. Decebat namq; media idcirco charitate con sterni quod media inter gemīas sorores illa esset Fidem videlicet & spem. Quę tam inter se iūctę. vnam veluti præeminētem charitatem recogno scerent. Propterea possumus hunc locum etiam aliter explanare. Constrauit ipse Salomon veri or ille quidem, hoc est deus optim⁹ & maxim⁹: opus vniuersum ipsa charitate. olim sedes (hoc est domini currus) vt dixim⁹ plena oculis erat, nunc aliquid amplius a domino assequitur: cha ritatem videlicet. Aduerte vt noua respōdentve teribus: imo vt vetera noua indicant. Tota fer me vis ecclesię in charitate cōsistit. in hac perfe ctionē christianam constare eruditissimi putant. Hanc antea Spiritus Sanctus in epithalamio no bis indicauit: & post descriptiones multas, ipsaꝫ postremo quæ omnibus insideret intulit chari tatem: & quę vniuersuꝫ exornaret opus. Gloria bantur se filij Israel: cognitionem veri dei habe re: & propterea fortasse rotæ & vniuersa quadri ga dñi, plena erat oculis. Nulla aut rara erat cha ritatis aut gloriatio aut cōmendatio. Habet am plius aliquid ecclesia quæ verior quædam domi ni sedes est. Habet etiam aliquid amplius q̄tum ad propositum attinet singularis & veneranda dñi mater: vt tota exornetur charitate cuius illa vestis aurea est. de qua in. p̄s. xliij. Astitit regina a dextris tuis in vestitu de aurato. quaꝫ pulchræ descripsit egregius poeta. Serta (inquit) dabant capiti radiꝫ illustris & auro, ibit ad extrēos can dida lęna pedes. Nonne hoc est i meliores & su blimiores gradus euehi? Ex Cherubim, in Sera phim ascensus est. Ex oculis antiq̄ synagogę & tam ingenti cultu plenovidelicet mysteriꝫ & la tentiori significatione: in charitatem & ordines Seraphicos est incomparabilis ascensus. Et pro pterea egregie dictum est. Ascendit in plenitu dine nimirum ipsarum, de virtute in virtuteꝫ, vi debitur deus deorū in Sion de intelligentia qua dam tenui, in veriorem sapiētiam & comprębē sionem: q̄ iuxta eruditos oīs a charitate defluit nec sine charitate, si Ioāni Scoto credimus, deū videbimus Thomas aquinas lumē etiam exigit gloriæ. Egregie dixit Sacer Hieronymus plus in deserto fonte ecclesiæ, q̄ in aurato synagoge templo reperit. Plura olim erant cantica, vnum ecclesia epithalamium & nuptiale carmen ample ctitur, canticum vnū amoris, & diuini congres sus. In quo admittuntur superni etiam animi ad mittūtur passim filię Hierusalem. Oīs in amore & in maxis proinde ordinibus ecclesia est. Nō concupiscit sedes sponsi nisi beata perfruitione lętetur. & propterea gradus multiplices esse vi dentur. Ex eloquiꝫ quæ in argento sunt: ad sa pientiam venitur, q̄ auro designatur. Qua de re reclinatoriū sponsi aureū est. Hęc est (inquit) vita æterna: vt videant te deū verum: & quē mi sisti Iesum Christum. Sedes quippe & reclinato rium requietionis, nedum iudicantis si eruditis credim⁹ īsigne est. Beata igitur vita & requietio

perſeueranter matrē ſuam: inſignē & formoſiſſimam in corpore reddit. Quod carnem ex illa ſuſceperit, & tali ratione & alijs innumeris ſanctificauerit tabernaculum ſuum altiſſimus, Propter ipſam igitur, mirifice atq; ex omni parte pulchra. Diximus alio loco hanc deſcriptionem corpoream, ex ipſo frontiſpicio litterę, non poſſe ſupuacaenam eſſe. Futura nempe virgo erat, q̄ omnes iſtas ſpecies & formas nō ſolū in mente ſua, ſed (ne vim inferre videamur litteræ) etiam in corpore, ꝓpter vnigenitum filiū ſuum abſolueret. De qua externa etiaz pulchritudine virginis plura, S. Epiphanius, pluriora Albert⁹ Magnus. Talis nempe erat, q̄ ineffabili cohereret & reſpōderet ſanctitati. Donabatur atq; illuſtrabatur aſſidue radijs diuinitatis, mire in aiam illi⁹ & ſupra oēm modum deriuatis. Accurrebant in eam perficiendā formam oēs diuinę rationes, ipſa tota etiam Trinitas, ut multiplici forma & talibus radijs vel in ſanctiſſimum corpus etiam redundantibus, eſſet per oia inſignis. Iterum humanitas filij in oēm redundans grām, tabernaculum illud mire ſanctificauit & incomparabili harmonia cō poſitum exornauit, mirabilem donabat efficatiā & pene ineffabili illi reſpondebat proportione, Vt eſſet per omnia & corpore & animo omni veneratione digniſſima. Exiſtimant aliqui a conceptu vnigeniti, radios quoſdaz tum ex eius vultu micaſſe, vt non poſſet in eam intēdere vel ſanctiſſimus Ioſeph, in diuinā ecſtaſim cogerēt omnes, extincto pœnitus furentis libidinis omni ardore. Pulchra igitur immo aurea tota exterius, Pulchra interius. proinde, non ſine ingenti vel huiꝰ diuę parentis myſterio, arca interius exteriuſq; deaurata: arca etiā quā ſanctus Noe cētū annis non ſine arcano ſacramento et eccleſiæ & diuæ parentis edificauerat erat interius exteriuſq; bitumine delibuta. Thronum ex ebore grandem, veſtit Salomon pacificus. Rex ex auro ſuo nimis. Quid enim in hiſce ſcrupuloſius īmo raretur ſcriptura niſi arcanum, vnius huius tabernaculi ſuper cœleſtis, myſterium indicarent. O venerāda amica mea & dilecta, cꝫ pulchra es mente, cꝫ pulchra es corpore. Quomodo nō admirabūtur vniuerſi Hāc cœleſtē, pulchritudinē, quam nō deſino ego admirari? Pulchra nimirū inenarrabili ęſtuans charitate, illuſtris, ſapiētia, decore, ſanctimonia, caſtitate, fide. Quam interius totam penetrat ſuperbeata trinitas, atq; exterius ambit, cuius vnius intelligentia & confeſſione erat præcipue illuſtris. Magnus Antoni⁹ in Arrhium mira pietate, cœleſtem confeſſionē profeſſus (ait) in epiſtola quadā catholica. Sciamus igitur, quod cœli ſancti ſiue angeli ſiue ſedes &c. ex vno ſunt omnes, excepta ſola & beata trinitate patris & filij & ſpiritus ſancti. Exiſtima hanc diuam partheniçem matrem, nō minorem in omnes hereſes (quas ſola in vniuerſo extinxit) ſiue laudem ſiue confeſſionē feciſſe. Theſauro cuipiam, iuxta Anthiochenum, comparare poſſumus, huiꝰ iuſtiſſimæ virtutē, in quo plurimæ diuitiæ continentur. Nā qui ex illa vel paruam partem capere poteſt, breui ſibi copiam rerum cꝫta ſatis eſt parat, & ſicut (ait) a fonte largis fluente riuis, etiam ſi omnes hauriant, nō ſolum non īminuatur, ſed cꝫto plures ſunt qui inde hauriant tanto magis natura iſta aquarū ſcaturit. Ita eſt in hac omni prędītāti virtute virgine. Me vnū (ait) dilectus hēs qui ſum vniuerſi ſpecies, idea, & infinita pulchritudo, totiꝰ pulchritudinis prototypon exemplar. Tibi me aſſimiſti qui infinitum ſeparatus eram ab omni creatura propter immenſitatem & infinitudinem meam. Tu ſola inter omnes amica, me pariens, Mundo & mortalibus hominibus, ſpecie fratrem, & cōditione mortali parē, reddidiſti, vt tali coalitu & vnione q̄ deformes alioquin erant, ſpecioſi meo vno cōtactu immo cōtuitu efficerentur, tu cꝫ maxime eſſes. Tu tua ferula hoc eſt ingenti hac humilitate tua, ſup̄mum cœlorum ſcandēs, inde diuinum ignem rapuiſti, quo vniuerſum illo primo flāmata, incēderes orbem, veram pulchritudinē inde etiam educens, vbi oīs fons pulchritudinis & formę agit, qua omneis donares, principium quoddā eiuſdē effecta. Vt in te pulchra & ineffectis tuis etiā pulchritudinibus ſpecioſa etiaz ſis, Pulchra in te, pulchrior in meverbo diuino, vnigenito filio tuo: pulchra virginitate, ſed multo pulcherrima, verbi fœcunditate, Speciosa nimirum, multiplici in te relucente ſapiētia. Pulcherrima exuberantiore & in oēs deriuato tuo incōparabili amore, a nemine ꝓ meritis laudata. Q̄m vt ſanctus tuus Hieronymus ait. Quicquid humanis pōt dici verbis minus eſt a laude, cœli. Si etiā virginitate inſignis es o diua, longe ꝓſtantior es (qua vnice altiſſimo deo placuiſti) humilitate. O veneranda dilecta nulli fas in pares ſe mihi cōferre ſortes, at tu pares aut proximos, vtcū cꝫ mecum, ſed per me, tibi vendicaſti gradus, & ſi dicere dignū, honores. Et ſi qd̄ continet amplius, aliquid ſit aut dicatur cōtento. Tu quoquomodo & ſi immēſus ſim, & ſi opificiū opifici poſſit conferri nū cꝫ, me vnigenito filio tuo maior vt cū cꝫ, qua mater es, videris, tametſi abſoluti⁹ immo infinitum maior ſim. Ego filius tu mater tu alumna, me alens. Tu, te mihi creatori & factori tuo, in alūnam parentem exhibuiſti, oīa ſufficiēs q̄ veram poſſent pſtare matrem vel p̄cioſiſſimos

ſanguines exhibens aucto. Io. Damaſceno. Tu quem cœli capere non poterant, catholica concinente eccleſia tuo gremio contuliſti. Quo pacto igitur nō pulcherrima aut ſpecioſiſſima eris? Ingens miraculū in me erat, lucem & gloriam q̄ in mente et deviſione & fruitione diuina erat, in corpus non effluere. Quoddam quaſi in te miraculum, tuam tantā pulchritudinem aiæ, q̄ de frequenti verbi viſione manabat, nō tum in corpus tunm (nec enī inferior Moſe es habita imo longo celſior) alioquin omni decore, venuſtate & modeſtia pulcherrimū, non redundaſſe. Diſpēſatio hoc agebat gratiæ vt poſſent in te intēdere, abſs te docēdi, Martyrū & incōparabilis ſuferētiæ ingentior te manebat gloria, cœleſti magiſterio vel ſine velaminis obtētu edocendi erāt primores noſtri duces, qui tū eccleſiam illā primitiuorū cogerent. Obſerua diuinam imitationem ex ſermo. de luminibus Nazianze. aſſumpſit qđ nō erat, vt capi poſſet, qui capi nō poterat. Obedientia crucis peperit mihi vnigenito filio tuo, nomen, qđ eſt ſuper omne nomen. Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium terreſtrium & infernorum. Eadē obedientia & incredibilis ſufferentia, etiam tibi peperit nomen, qđ ſecundo loco eſt ſup omne nomen, vt in nomine tuo omne genu flectatur & oīs lingua confiteatur, qđ ad dexteſam conſides vnigeniti, vt egregia victrix ſedes cęteris longe ſublimius in throno meo, ſicut ego ſedi & vici cū patre meo in throno eius, totius admirabile tēplum diuinitatis, ſedes inenarrabilis patris & filij & ſpūs ſancti, ſed ſedes aurea incōparabili ſapiētia & charitate rutilans: ꝓpiciatorium aureum regio fulgore radians, vnde magnifice ꝓpicietur & reſpōſadet pater, oīs proinde ſuperſancta Trinitas, quę vnius nūcupatione perſonę (ait tuus etiā Baſilius) intelligitur. & egregie Antiochenus in. d. Apli. Cum ſubiecta illi fuerint oīa. Et quā dixeris (ait) voluntatē patris, p̄dicas auctoritatē filij, declarabis etiam poteſtatem ſpūſcti, vna eīn (ait) poteſtas indiuiſum regnū. Vnuz illud (ait Diony.) qđ incognitum, qđ ſuperſubſtantiale eſt Ih. ꝓfuz bonum qđ eſt, Trinitatis vnitatem. ſ. vnum ſimul deū, atq; ſimul bonum, neq; explicare neq; intelligere poſſum⁹. Legimus veteres patres Angelos hoſpitio ſuſcepiſſe, tu vnigenitum dei filium & proinde patrem & ſpīn ſ. in domum, in aulā tuam, in triclinium & ſecretiorem cellā, admirandis ꝓfectibus, & inenarrabili exultatione, ſed ſingulari ratione me vnigenitum (terminata ſupra omnem captum illa in me ſpm humanitatis vniōe) reciperes & ꝓinde mea eſſes inefabilis mater. Quid amplius, iidida dñi & hoſpitalis immēſi dei aula, precipuis ꝓpterea donata prerogatiuis, vt tota ſis interius extetiuſq; aurea non tam regali q̄ diuina luce & pulchritudine micans, de cœleſti vtrinq; bitumine ſolidior, cōpactior, perēnior. O q̄ inenarrabiliter ſuaue eſt, o cœleſtis, tuam vel tātillum nō dicam videre, ſed admirari & conſiderare pulchritudinē. vt diuinior & Pallas & ſapientia ęternū a patris immenſo lumine manans, ſuas oēis ibi exhibet artes, vt oīpotentia, quam virtutē diuinitatis actiuam exiſtimant (tametſi oēs quæ & ſimpliciſſimę vna, in ſumma actione ſint) omne quodcūq; dignū in eā pulchritudinem molitur, vt immēſus amor tanti vt ſic dicā impatiens amoris, meliora continue (ſi credere dignum) addit incrementa, oīa ſugiter noua faciens, & ſi nō ſtata illa & q̄ in eſſentia ſiue beatitatis entelechia conſiſtunt: accidētaria tñ (quæ vocant) & q̄ veluti in aduentitia beatitate conſtant. Ars diuinę virtutis, in pulcherrimū in ea extruendū tēplum, nihil ſuæ artis, nihil diuinorum inſtrumentorum omiſit. Ille hortulanus magiſter eius artis & fœcunditatis incōparabilis largitor, miro artificio, & pluſq; topiaria arte, hortulum illum dato ſuperiore inferioreq; irriguo, ſtatuit abſoluitq;, oī ordine incredibili fœcunditate, admirabilē. Cœleſtis legiſlator, quas nō ipſe conſtitutiones ſanctiſt priuas illas quidem in tuam gloriam o virgo, immo in te vna ſupra captuz oēm, impreſſit, leges inde in oēs promulgans, vt tabernaculuz hoc & tantum oraculum exurgeret, tanta varietate inſigne, tam cœleſtibus opibus decoruz? vt vix ſuplit qđ adiūci aut in eam conferri poſſit. Si ſublimitatez deſideras? cœlum eſt, & ampliſſima ſedes Trinitatis, de quo forte dixit, Cœlum mihi ſedes eſt. Si ꝓfundum ſapiētię & ſcientię dei? arca myſtica eſt, oīm arcanorum iudicioz & teſtimoniorum dei, immo vero totius ſuauitatis, dulcedinis, poteſtatis, cuſtoritatis, virtutis, fœlicitatis, ſeruatrix. Si cœleſtibus affiari amoribus concupiſcis? amica p̄cipua īmenſi eſt amoris. Si tanto decore & pulchritudine? concede in eam, q̄ pulcherrima eſt forma ſuper filias hoīm omneis vnice continens (ſi dicere par eſt) pulchritudine, ſtotius formę decoris ſpeciei cęleſte habens magiſteriū. Pulcherrima eſt, mater pulchritudinis, vel a pulchritudine ipa collaudata, in quā deſiderent, poſt vnigenitum, Angeli conſpicere, circa pulchrū illud & bonum iugē & inefabilez circulum cōtinenter agens. Si theſauros ſapientię & ſcietiæ reconditos vobis reſerari efflagitatis? Huc huc adcurrite, ipſa eſt q̄ poſt vnigenitum ꝓmerita eſt clauē Dauid, vna digna inuēta q̄ aperiret librū & ſolueret ſignacula ei⁹. Laudes

quippe vnigeniti/parentis sunt etiam laudes, q̄ illi ascribūtur/& matri/q̄ Augusto/& ipsi supra oēs Augustissime. Est em̄ sponia verbi & mater, alioqui quo nā modo impleſſe diceretur dñs preceptum de honorandis parentibus, si non paria q̄dam immo oia in tam diuā & tanta virtute insignem matrem cōtuliſſet munera/gr̄as/charisma ta/honores/pleniſſimam gl'iam? cui illud Esaiæ ꝓpter eminētem/dignitatem suam cōuenire/sed secūdo ordine pōt/sunt em̄ vnigeniti preconia. Et dabo clauē domus Dauid super humerū ei⁹, & aperiet,& non erit qui claudat:claudet, & nō erit qui aperiat.

Huc omnes pariter venite capti,
Quos dira premit improbis cathenis
Terrenas habitans libido mentes.,
Hinc vobis parta requies laborum
Hinc portus placida manans quiete
Hic vnum patens miseris asylū.

In ꝓuerbio est ipsam esse thesauri custodē cœlestis,hoc est vniuersę gr̄æ & cœlestium donorū, immo vero (qua fas est ita em̄ pie intelligi volumus oia) & gloriæ admirabile gazophilatium/ In quod sua munera cōferentes,plura referunt. Potestis hinc oēs varias ꝓ cuiusq̄ captu & voto suscipere opes/o cœlestes & desiderabundę animæ. Et vos quicūq̄ laboratis & onerati estis/in hāc accurrite,& ipsa reficiet vos. Legimus in tēplo Salomonis & altero q̄d Ezechiel videt/multa & varia gazophilatia, oiavno suo tam capace & vice oīm concluſit/hæc cœlestis custos & dña & regina. Nihil igitur vobis oībus ad salutē ad fœlicitatem ad pulchritudinem oēz deesse poterit. Non ꝓpter ipsam,q̄ iā iam securior de immortalitate/pulchritudine & forma est,sed propter vos o desideriorū viri/hęc tam incōparabilis/tam inenarrabilis laudatur pulchritudo. Nō em̄ (ait Arnobius Firmiani p̄ceptor in eandem sententiā in p̄s.xv.)pro dei necessitate assumpt⁹ est hō,sed ꝓ hominis necessitate suscept⁹ est de⁹. q̄q̄ em̄ omnia mea cogitata bona sint,tū tu qui me assumpsisti (ait) bonorum meorꝝ non eges. In eā igit̄ contendite,& in cœlestes fauores vos exhibete,vt melius aliquid ceruſa & purpuriſſo stibioue in diuinam dealbationem/cādorem/decorem oēm/sortiri possitis/vt pax sit tandem vestris ardentioribus & sitibundis desideriis.Nemo (ait quidam) ita gustauit q̄ suauis est dñs, nulla tam inebriata ab vbertate illius diuinę domus nec tam dilexit decorē domus dei, q̄ hæc, suauis/pulcherrima & decora sicut Hieruſalem. Talia forte immo infinitū diuiniora erant verbi, de.S. θεοτόκου ad adoleſcentulas siue sodales oracula. Ad quam ista sentiens eleganter Ausoni⁹,

Da genitrix venīā/cruciatacꝫ pectora serua. Cōfeſſaz dignare aiaz. Gratia & mia vnigeniti filij tui,cui cum patre & spū sancto est oīs honor & gloria. Amen.

Libri Quinti. Homilia.ij.

OCuli tui columbarum:absq̄ eō,q̄d intrinsecus latet.diximus alio loco colūbas mystice patrem filium & spm̄ sanctū esse. Oēs candidę & inefabili puritate micantes, patri potentia/filio/sapientia & archetypon artis paternę.spūi.ſ.bonitas/ benignitas/ amor & alia id genus ascribuntur attribuūturve/vt aiūt. Oculi igitur tui o sponſa & dilecta/totius Trinitatis sunt oculi, & nimirū cū ī Esaia colūbę pro feneſtris sint,in tuis uidelicet incōparabilib⁹ virtutibus charismatibus efficiētijs. Maxima nimirum potestate/oculi tui in diuinitatem/ veluti in cœlum pulcherrimū tanꝫ aquilę oculi contendunt. Meditabūdi vel assidua exercitatione sunt vt colūbę,& maxima sapiētia/intellectu/ diuina prudentia,(quam spūs prudentiam vocat Alticio.) eundem solem aspiciūt. Ne scrutatores manifestatis/opprimerētur ab ea/ prępetibus sapientię cū illius verioris tū mystice pēnis,in illos apices cōscendis,in illos diuinitatis montes perennes. Hauris abūde de fontib⁹ saluatoris,vno illo oculo charitatis,quo amātem mire vulneras,eūdem suspicis/e summo cœlo (vñ egressio eius) tibi & vniuerso illum ipm vendicas,totis amoris & tanti ęstus oculis trahis. Nemo potest venire ad filium & verbum nisi pater traxerit illum. Tu vtcūq̄ o venerāda dña o dilectiſſimi per q̄ dilecta ad te in oīm vtilitatē & cœlestem⁹ ꝓuentū trahis. Traxisti me filium,vt vnigenitus tuus essem, tu contra dei mater,traxisti his cogentibus oculis patrē:quo eundem exhiberet mundo, quē genuit ab ęterno filiū. Traxisti spm̄ sanctū vt superueniēs esset in te/nō sine data inefabili fœcūditate/teste Gabriele/virtute diuina tibi etiā obūbrāte. Trahis quotidie sup sanctā τριάδα in oīm gratiam/in oīm fœlicitatem & gl'iam. Oculi igit̄ tui colūbarū, similes quadā ratione,admirādo participatu illis cęlis hypostatib⁹ (ὑπάρξεσι .i.subsistentias Victorinus appellat, Lege tertium eiusdem de ortho. fide) induisti oculos facta proxima q̄dam dei imitatrix:oēis potenter respiciens, sapientiſſimę oculis tuę ꝓuidētię/singula disponēs:amāter denicꝫ etiā oēis suscipiēs. Habes iustitię & mīę/cū illis oculos,quib⁹ per oia & cōdita & eloquia/in diuina/cœlesti ascēsu consurgis. Te illi plurimum illustrāt, tua vna voluntas,tua mens/rō,intelligētia oīs diuinorum secretorum

consciaſanctiſſimę τριάδος vnice (vt Magnus Baſilius ait) glorię noſtrę, ſunt oculi. qñ per oia depictam illā hēs, vt in caſtris olim a Moſe depicta eſt, & a Ioan. in ciuitatis Hierlm (quā videt) pulchro textitur ſacramento. Nō aliud vis, & qđ diuina expetit voluntas, nec aliud magis intelligendū decernis, & diuinę cōcors p omnia volūtati. Cognoſcens approbat illa. & tu quoquomodo. fœlices cognoſcendo animas, non tam probas, & vnigenito mira humilitate & pietate ꝓbandas offers. Pene viges immenſam illaꝫ clementiam in peccatoꝝ cognitionem, quo tandē auerſi cōuertantur ad dñm, & cogniti cognoſcāt & ſuauis eſt mia domini. te quę diuā parētem mię matrem recognoſcant. ſingularē pctōrū tutricē, fautricem, patronam, iuſtitię & mię media tricē quandā mirabilem delectam. Quę mirifice iubente patre vtrumq; calicē contemperas. Mihi filio tuo data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra vel atteſtante huic virtuti toto mūdo. Nō aliunde (ait Io. Antiochenꝰ) petēda demōſtratio, & a cōfeſſis inter nos & gētiles. Nō eſt (īqt) puri hois orbē tā breui cōprehēdere, & tātis malis irretitū liberare, & p. xj. viros principio ignobiles, viles nudos. Sed ad rem ipſam, & dię parē ti ęquabilis q̄dā poteſtas, ſimilis δύναμιϛ .i. potentia & virtus arbitrandi & oia dirimēdi in cęlo & in terra. Altera procōſul, ſi dicere dignum, diuina quędam ꝓpōtifex cęleſti p omnia qua fas eſt, & te deiparā decet, mūere, q̄ eminētiꝰ i vno omnia ſtringis munera. meo pene fungeris officio in cōe reddit agendi vis ſpiritibus Angelicis tibi vero incōparabili dilectę ego ipſe, nedū oia mea i cōe venere. data tibi ptāte nō ſolum in tibi ſubdita, ſed in me qui tibi parētis, & filij ſum loco, īmo quoquo pacto ſubditꝰ olim tibi: tametſi te ancillam pluſq; humilē totius trinitatis, omni voto, & delectiſſima, in oculis tuis, mentē, cōtinue ꝓferebaris. Manēt ęternūq; manebunt in te & in me, diuinę illius ſubiectōis & incōparabilis ſeruitutis (q̄ tñ ſumma libertas eſt) iura, ſed ſuper omnem mūdanū & angelicum captū erunt in tabernaculo ęterno ineffabiliter alternātes in alterutrū ſeruitutis & libertatis viciſſitudines quædā, atq; in vnum pulcherrimum decentiſſimumq; commeantes. Conſiderate quæſo o adoleſcentulæ & vos mei ſodales, qui huc ad tātas cōcinandas nuptias cōueniſtis, quibus oculis, quo cōtuitu ſuſpiciat, & olim ſuſpiciebat me filij oī potētē, oī ſapientē, & æternum, hęc dilecta & vnica colūba mea. Qua veneratiōe illo tā to lumine ſuo, quo oēis prætergreſſa eſt, aſſiduo quidem obtutu cōtemplaretur, & Spūm. S. quo fuerat mirifice obumbrata. Num iſti columbaꝫ tanta in deum pietate iſignes erant oculi? At quibus etiam oculis cerneret miniſtrātes ferme oēis angelos ſibi. Conſiderare poteſtis, quanta benevolentia, quanta charitate, illas fœlices mentes quæ proxime deuꝫ participabant, contuebatur. Afficiebatur maxime ī has luces, in illa cœleſtia numina quæ proxia luci erant immenſæ. At mira indulgentia, incredibili clemētia & benignitate, omnes mortales. & qui (niſi iterueniret ipa) perditum ibāt, illis oculis columbarum, ſuſpicie bat, contemplabatur, fouebatq; oēs, quotquot etiam infirmiores videbantur. In omnes intenti erant illi fœlices & tam conſtantes oculi. Poſſumus colūbas ſanctos vniuerſos accipere, quaſi in omnium oculis, oculis diuinę parentis eēt, in oīm oculis veluti p cœleſtibus feneſtris aſpiceret. Vt qcqd pietatis iuſtitię ſanctitatis virtutis diuine ſiue meditationis, ſiue contēplationis eſſet, aut in angelis nuibus, aut fęlicibꝰ aīabꝰ, hoc totum deipare noſtræ fœcundiſſimæ, alioquin. atq; omnium virtutes ſtringentis, eſſet. Tanta illius erat efficatia & diuina cōprehenſio. eminenter omnem virtutē, oēm gratiam & ſanctos contuitus cōtinens, omnibus miram efficatiā & virtutem donans. Exiſtimant eruditi inferiora a ſuperioribus mirū in modum dependere: cum in luminis quodam participatu, tum in agendi nedicam ſubſiſtēdi efficacia. id quod in ſanctis, angelis, traditione patrum euaſit certiſſimum. Sūt etiam inferiora in ſuperioribus eminentius. At ſuperior oībus eſt ſanctiſſima theotocos. Oīm igitur virtutes continet, omnibus efficaciam prę ſtat, omnes purgat, illuminat, perficit. Pendent vniuerſa ab illa. Eius igitur oculi. ſunt oculi columbarum. earundem immaculatarum, in diuina ſeſe aſſiduo vocatu rapientium, ſanctis ardoribus & diuinis meditationibus (quæ & diuina exercitamenta continent) incenſarum. Differemus ſuperea locꝰpletius alio loco. Subdit, abſq; eo, quod intrinſecus latet. perinde ac diceret. Inenarnabilia ſunt interioria, quæ in te immiſit, cuius eſt imperium & regnum qui poſuit cōtrouerſo pene ac (vt annotat Baſilus Mag. in explanatione eius loci) rerum ordine, in theſauris abyſſos, cuius mirabilia ſunt per omnia teſtimonia: & mirifice, & in diuinos aſcenſus, nos delectat in factura ſua. Diuine explanat eum locum ideꝫ Baſilius, vt abyſſ. ideſt profunditas diuinorū iudiciorum ſint in theſauris dñicis. iuxta qđ dicit Apls. O altitudo diuitiarum ſapiētiæ & ſcientię dei & incōprehenſibia ſunt iudicia eius, in veſtigabiles vię eius. & vidi arcana (ait Apoſtolus) q̄ nō licet hoi loqui. In eūdē ſenſum hic videtur

dicere Verbum diuinum. Absq; eo quod intrinsecus latet. Latent vos fideles & numina angelica, latēt vos mortales omnes, Sublimior siquidē omnibus effecta talia & tanta assequta est, q̄ vos ipsi. vt nec ipsam dei matrem perfectā illam spōsam, q̄ incōparabilis sit, vlla potestis cōsequi potestate. Si ī alios diuinos emittat pater me⁹, simul & dīa trinitas illapsus, si sancta immittat lumina & tam diuas virtutes. quid non immittet in venerandā matrē? Quid non immittam ego prorsus singulare, & quod sup oīa q̄cūq; dona est donatiuū? Vt dicere possit ip̄a vna supra oēs euecta, secretū meū mihi, secretū meū mihi. Videte quā cū virgīitate accepit fœcūditatē, & q̄cunq; ei⁹ exēplo aīa verbi fœcūditatē, ipsa quoq; ecclesia totius dñici corporis (in quo dñs Iesus velut in pfectissimo & arcano corpore caput est) vbertatē, plenitudinē, fœlicitatem? lege Alticiodorē. Sed ista ad fœcūditatē matris remotior comparatio. Quis tm̄ mysterium a seculis ipsis etiā angelis absconditum assequi poterit? Quis intelligere? Suspicite q̄so nū poterit tāta gratia in quāuis creaturam conferri quin maior dari possit? Nū capacitatem, q̄ finitior est, in altiorem gradum oīpotēs ego & pater meus, non poterim⁹ euehere? vt simul maiora īmittat⁹, quo capacior illa p̄posita creatura, effecta sit? At si dilectā hāc nostraz tibi ante oculos statuas. Quid est quod illi non dederimus? Quid āplius in thesauris aut abyssis superfuisse cogitari posset? quod non cōtulerimus, aut facere potuimus, & non fecerimus? aut quis loc⁹ in subsellijs æuiternis in quo sublimius potuerit collocari? q̄n proxīa sorte nobiscum habet loca, vnā (vltra āgelorum omniū ordines sublimata) sistat ipsa Hierarchiam & sacrū principatū: in meaz ipsam (vt astet a dextris meis) etiā admissa, & mecū cōsideat propinqui⁹ oībus in throno meo. Pulchre dixit q̄dā. Nihil esse decoris nihil splēdoris q̄d in ipsa non resplēdeat. Sūt tm̄ oīa pie admodū diiudicāda q̄n quidē spūalis vir multa pietate diiudicet de omnibus: & auctore vno ex .lxx. interp̄tibus apud Aristeā, cōsideret oēz sensum a deo esse, p̄ponēs q; aī oīa dei timorē, in nullo aberret. Nō potest satis collaudari, q̄ sup oēm laudē est, quā gr̄a plenā, laudat Archāgel⁹. Nihil igit vī supfuisse, q̄d in eā. non fuerit p̄xīa sorte. post vnitā diuinitati aīam meā collatū. nec aberrauerit quis in laudis excessu, magis vero si laudē ipsam (est em̄ la⁹ q̄dā, illa) diminute collaudet. Nec estis inuoluēdi q̄stionū nodis an maior creari possit necne: tm̄ pię diuina in oīb⁹ p̄ cuiusq; gradu & ordine recognoscenda gratia. Quis em̄ metiri poterit im mensam afficaciā, potestatē aut vī, aut qs nouit sensum dñi? Admonet Apl's Thimotheū vt stultas & sine disciplina quæstiones Deuitet, sciens (ait) quia generāt lites. & ad Titū. Stultas autē quæstiones & genealogias, & cōtentiōes, & pugnas legis deuita. Sūt em̄ inutiles & vanę. Mauult Io. Scot⁹, in extollenda aīa xp̄i excedere, & nos ī magnificādo hoc cœlesti & dio p̄digio, nō piamur & ip̄i. Sūt alia (īquit) verbū diuinū i ea īngētia miracula, q̄ vos latēt o sodales, necdū illis a nobis, vobis p̄ditis. Proinde illā ab īcōprehensibilitate quadā, quodā p̄xio nostri p̄ticipatu, vt diuinū numē etiā laudam⁹. q̄n p̄xima sorte diuinitatem vel cominus, cæterorum comparatione imitetur, in sublimiores gradus euecta. Quid mirū si eā pene incōprehensibilez dicim⁹, quippe qui (vt ait Chrisostomus) nesciamus ex quisite angelorum substantiā, nec si summe philosophabimur, & ne ipsius quidē aī nostri satis substantiam nouim⁹. īmo nullatenus attingere valemus. lege eūdē in p̄cipio Geneseos, q res multo minores nos latere apte cōtēdit vos igit (ait) supstām deiparā oī nixu venerari debetis, cui oī sctē sit celsitudo claritas & honor, Amen.

Libri Quinti. Homilia. iij.

CApilli tui, sicut greges tonsarum, q̄ ascēderūt de mōte Galaad. Galaad aceruum testimoniū siue tumulū testis īterpretātur. in capillis diuinas p̄prietates siue dei attributa itelligūt. Nos etiā admirabiles, virtutes, & sancta, charismata, quæ in capite, hoc est in superiore mentis portiōe, dilectę domini immissa sunt, & in alios deriuata intelligim⁹. de quibus memi⁹nit Propheta. Sicut (inquit) vnguentum in capite, quod descendit in barbam barbam Aaron. Defluit etiam hoc sacrorum charismatum vnguentum a diua parente, in vniuersalem ecclesiam. Et tanta diuinarum gratiarum in illis est perfectio, vt non vni conferantur, sed plurimis caprarum gregibus. Capra mundum erat animal & in sacrificiuz domino offerebatur. In leuitico scriptum est. Quod si de pecoribus oblatio est, de ouibus siue capris holocaustum. Rogatus ab Aristea Eleazar⁹ de mūdis & in mūdis animalibus ita disseruit. Animaduertēs (inquit) legislator, cunctaq; ad pietatē & iustitiam intendens, non sermonibus tantum docuit, sed exēplis q̄q; gratia a deo creata sint. Demonstrat omniū primum, quoniam solus sit deus, cuius potētia cōstent singula & regātur, ipseq; locis omnibus ad sit, sine quo nec minimum quiddam subsi-

ſtat. ſubdit. Sic & in ſingulis alto ſenſu inſtituit, quib⁹ vteremur & quibus abſtinerem⁹, id q̄ ad mundiciē contēplandam emūdādoſq; mores ad bñ rectēq; viuendū cuncta peleganter inſtituit. Addit. Nā quod p̄cepit nos his quadrupedibus veſci quibus duo ſunt labia & vngulas findūt, ſignū eſt vt nos quoq; opationes nr̄as ad rectum bonūq; p̄tiamur: ſic oia. diſtribuēdo. His ſignis nos ad iuſtitiā ītēdere coegit. ꝓpter q̄ etiā (ait) a cęteris gētib⁹ diuidimur., ne illoꝝ cōſuetudie crimīb⁹ polluamur. Infert. vbi vero diuiſiōis locus ſignatur, circa eundē & remiſcēdi caractere, admonemur. Nā q̄ncūq; ſcribit, q̄ vngulas findūt, addit, & rummāt, Ex quo manifeito admonemur, ea oia ad earū rerū quas gerim⁹ memoriā referēda. Nā qd aliud ſibi vult illa ruminatio, niſi vt aſſidue quadā vitę & geſtoꝝ recordatōe, cuncta aīo recurſemus voluamuſq;. Mēoria (ait ſcriptura) recordare dei, q̄ fecit ī te magna & mirabilia. hęc Eleazarus, Ariſtę. lege eiuſdē Ariſtę librum de. lxxij. interpretib⁹. Proinde hic rationales capras, quib⁹ conferant capilli, gr̄ę. ſ. & virtutes ſpoſæ, intelligere poſſum⁹. virgulta rodūt ex alto petentes pabulū, in editiora cōſcedētes. Iſta fortaſſe cā & caprarū & caprearum frequens in ſcripturis, p̄cipue in hoc cāntico cōpartio ē. Nos de verbo cœlitus emiſſo paſcimur, de hac ēt veritate, q̄ de terra exorta, leſe ī virgultū altū, & cœleſte pabulū, nobis idētidē dei mōtez petētibus, offert. Hic eſt panis (inquit) qui de cęlo deſcēdit. His cœleſtibus capris, cōferunt virtutes dilectæ. Sup ſanctā theotocos eminēti⁹ oēs cōtinet. Eccleſia imaculata dñi ſponſa, capaciſſīe & largo ſinu oēs ſtringit, & q̄cūq; cœleſtis & p̄fecta aia, veluti Camaleon, ſeu cādidū & mūdū ſpeculuz oēs refert, egregie qbuſcūq; dignis cōfertur. Si cōſideremus (inquit Maxim⁹ ille Elea zarus) q̄ in nobis fecit dñs, magna & mirabilia ſunt, verū lōgę maiori admiratiōe dignavidebūtur, ſi q̄ ſint mentis actiones & motus inuiſibiles cōſideres, vtq; quaq; in re, ingenij acumē & mētis perſpicacitas eluceat, vñ diuinæ ad deū aſſurrexiones nedū artiū inuētiones (q̄ ille cēſuit) ꝓdeūt. lege Orig. & Hiero. de ocultorū ſcīētia, in explanatione epithalamij. Obſerua diuinā cap̄ ſignificationē in Geneſi. Precipit dñs Abrahę, vt in celebri illo ſacrificio, etiā caprā trimā accipiat. vel in ſacramento ſup ſanctæ trinitatis in quam verum ſacrificium, aliqñ explendum eſſet. Quę aſcenderunt (inquit) de mōte Galaad. Solet de mōtibus eſſe deſcenſus haud aſcenſus. Hic a montib⁹ Galaad aſcēſas āplior, in virtutes dñi matris eſt. Montē Galaad, eccleſiā dñi interpretari poſſumus. De quo Eſaias. Et erit in nouiſſis diebus præparatus mons domus dñi, in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles, & fluēt. ad eum omnes gentes: & ibunt populi multi, & dicent. Venite aſcendam⁹ ad montē dñi, & ad domum dei Iacob., & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius. Quia de Syon exibit lex & verbuz dñi de Hieruſalem. Poſſet ne meli⁹ deſcribere eccleſiam ſublimatā, cum dilecto ſuo ſupra vertices oīm ſuperborū imo vero falſaruz ſuperſtitionum? Eſt em̄ ſui ſponſi imitatione, qui etiam mons montium eſt, quidam veluti mons editior, eſt etiā aceruus teſtimonij eccleſia q̄ (cō cinente pſalmogra.) ſicut luna pfecta eſt teſtis ī cœlo fidelis. Senſus igitur eſt. Tuę virtutes, chariſmata gratiæ, mūera, beatitudines, fructus, ſicut eccleſię p vniuerſam longe lateq; erectę, cœleſti congreſſu coadunatæ q̄ in montes & ſacra teſtimonia referuntur, in cœleſtes & rationabiles greges caprarum, qui in aſſiduo pene aſcenſu ſunt, neq; vllum nouerunt deſcenſum. Practicam tantum nouerūt, q̄ eſt (ait Olympiodor⁹) ſapientię vmbra q̄dam & veluti præuia introductio ad theoricam, per quam peruenimus ad cōtemplandam diuinarum rerum ſublimitatē. Proinde dixit Eccleſiaſtices. Sapiētia eſt in vmbra ipſius. Vt qui prius hanc habuerit vmbram (ait) mox habeat ſapientiam. Sicut greges (inquit) caprarum ideſt vt aliquid explicatius dicamus. Tuæ virtutes & ingentes poteſtates o virgo, ad mirabiles omnium credentium animarum vires & efficaciæ ſunt. quæ in greges caprarum propter munditiam, oblationem, & ſacrificium cōferuntur, quæ aſcenderunt de monte Galaad. ſ. eccleſiæ, quæ per vniuerſum otbem in. S. præcipuæ martyribus, confeſſoribus, & virginib⁹, ſingulare domino attulit teſtimonium, immo aceruus & ingens cumulus erat teſtimonij. Accipe ſanctos omneis. Singuli dominum Ieſum & eum crucificum Apoſtolica imitatione atteſtantur. Num ſinguli aceruus teſtimonij fuere voce, vita, miraculis, & tanta cœleſtis vitę ſanctimonia & perfectione? Potes etiam ex hoc loco cōijcere huius epithalamij explanationez magis puriſſime virgini & matri cōuenire q̄ ipſi eccleſiæ. Siquidem montem hic Eccleſiā interpretamur. At dicet nemo cōuenienier Eccleſiam ex ſeipſa venire, & haud dubie in ipſa regina cęlorum (vt ſepe diximus) ſumma omniū virtutum fuit. Nec in ſeriem totius eius vitæ hoc epithalamium digeſſimus. vt ſingula ſingulis cōueniant. Figmētum fortaſſe illud videretur. Epithalamium nāq; eſt carmen nuptiale. vbi eadem pene, propter honoris veneratione & virtutū incomparabilez (q̄ vix mītis verbis explicari pōt) repetūt, & vix

singula singulis possunt ex ordie coaptari. Mes quippe pphetę ex vno in aliud pto impulsu diuini spūs pgreditur, & plerūqꝫ controuerso ordine diuersa texit mysteria. vtrūqꝫ dñi aduentuꝫ mire cōnectit, vt nō possis cōprehendere de quo loquitur nisi oculis de colūba nactis. Tēp⁹ magis hęc ode dia quo verbuꝫ fuit in eadē icarnatū, Spū Sancto illā sibi desponsante & tota trinitate in filiam & pene sororē suscipiente respicit, & si cętera contineat hoc pcipue, & totā ipsam simul ituram dotissimaꝫ sanctissimāqꝫ pparat tempora laudat. Hanc pparabat Salomon talē & tantā futuram: in quā oēs laudes cōferri possent. Possum⁹ in ecclesiam dñi ista interpretari, q̄ est corp⁹ xp̄i mysticū, cui⁹ virtutes eminentiores in capite sint veluti greges caprarū, ardua nimirū petētiū, q̄ ascēderūt in hanc pfectionē de mōte Galaad. i. xp̄o dño. in cuius hūanitate, velut in arca pciosissima testionia oīm sanctorū sunt, & pinde in gēs aceru⁹ testimoniū, xp̄i. s. patri īgēti hūilitate attestātis, & oīa in eū referētis, Christ⁹ (ait sacer Dionysi.) Augustissim⁹ & prim⁹ pōtifex, nō se ipsum glorificauit, sed q locutus est ad eū, tu es sacerdos in ętернū, & ipe discipulos ad sacerdotalē functionē promouit. Christ⁹ mysteriorum princeps quippe cū de⁹, ad prez sanctissimū hōi cōsūmatōis officiū refert, discipulos admonens ne ab Hierl̄ discederēt, sed expectarēt pmissionē p̄is. Quia vos baptisabimini Spū. S. sed pse quamur. Quęqꝫ em̄ rōnales illæ capræ essent multa diuersitate conspicuæ, tñ vno cādore fidei & charitatis puritate similes erāt. Vestiti (ait Ioā). byssino albo & mūdo, testimoniū etiā dño ferētes, qd̄ dignus esset accipere virtutē & diuinitatē, & oēz creaturaz q̄ in cœlo & sup terrā & sub terra est. Nouerāt testimoniū dñi fidele sapiētiā pstans puulis. Diuinæ scripturæ oīb⁹ interpretatiōibus facile quadrant. Neqꝫ istā nostrā interpretationē ita astruere volum⁹, vt alias nō prsus venerādas iuxta Augu. snīam ducam⁹. cōiectura qꝫtū licet ex Aug. vtimur snīa. Lege Fulgen. q eā snīam mire pbat. Pulchrę (ait) qꝫtū ad ppositū attinet. Olympiodor⁹ in ecclesiastē. In oī itaqꝫ hoīz mēte ilit⁹ est a natura dei timor, vel legitima q̄dā ratio: q̄ ab ordine & pulchritudine vniuersi hoīm corda cōuertit ad dei sapiētiā cōtemplandā. Sciendum vero, hæc q̄ videm⁹ esse velut symbola q̄dā ac signa spūaliuz rerū. pulchre sacer Dio. ad Titū pōtificem absoluta partitiōe Theologiæ. Opz & nos omissa de hisce opiniōe vulgari, intra sacra signa tota intētione penetrare, neqꝫ ea debito honore priuare, cū sint diuinarum figurarū germina, expressiones atqꝫ formę ac secretissimorum excellentiūqꝫ spectaculorum euidētes imagines. Non em̄: sola sup substātialia ait. Typicis variātur signis, verū angelorꝫ sacræ illę distinctiōes varijs foris & multiplicib⁹ igne iscꝫ figuris describunt. Quid vetat igitur iuxta hāc sententiā dilectā nostram (qualiscūqꝫ ea sit) rōnalib⁹ istis aialibus hoc est angelis purissimis illis, & de mōte xp̄o ascendētib⁹, & de tāto acceruo testimoniū, vt & ipsi quoqꝫ dño attestentur, cōparare. in. iij. quoqꝫ capite significatie Theologiæ etiā meminit. i significatti a heologia q̄nā sint. a sensibilib⁹ ad diuina deductę appellatōes q̄ formę diæ, subdit, & si quæ aliæ significantis figurationis sacrati⁹ fictę. forātōes exprimūtur. Meminit etiā eiusdē significatiue Theologiæ (q̄ & symbolica dicit) in. j. ca. de dis noīb⁹. Quæ dā ait mystica illi applicāt. de quib⁹ in signitica tiua Theologia. p virib⁹ differem⁹. atqꝫ vtinam sensuꝫ tāti prīs inhisce scrupis atqꝫ typis superādis. assequi possemus. s. gracia & mia dñi Iesu cui cū pre & spū. S. vni trio deo simul (vt ait Dio). Sit oīs honor claritas in secula seculoꝫ Amen.

Libri Quinti. Homilia. iiij.

Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauachro oēs, gemellis fœtib⁹ & sterilis non est inter eas In dentibus mirabilē virtutum ordinem & incōtaminatum candorem accipe. Lege elegantē sermonem. Sanctissimi Gregor. Nazianze. demoderan. disputationib⁹, vbi preclare censet, Ordinem continere cū cœlestia tū terrestria, & ordinem parentem eorum quæ sunt ac conseruationem: quem conditoris oīm rectę sermonē quis dixerit. qꝫdiu autem (inquit) ordo in reb⁹ principatū tenet, vniuersum κόσμος & mundus est, & immobilis perseuerat rerū pulchritudo. Et qꝫtuz ad propositi consequentiam attinet. Ordo (inqt) aīmātib⁹ oīb⁹ natiuitatis educatōis ac suū cuiqꝫ locum prescripsit. Sed ad rem ipsam. Diuinas etiam in dentibus meditationes & earum puritatem possum⁹ intelligere. In quibus mirabilis quidam erat ordo. In meditatione mea (ait) exardescit ignis. Ignis nimirum charitatis, quæ & diuino maxime continetur ordine, siue ordinez ipsum continet ipsa. Quid enim diuin⁹ ignis ille qui & charitas non contineret? Ab ordine & tali candore frequentius laudatur integerrima virgo. ordinauit (īquit) in me charitatē. Nullibi magis ordinata charitas, qꝫ in ea q̄ ordinē ipsuz hoc est λόγον, verbum & sermonem in se continuit. Collaudatur etiam terribilis: vt castrorū acies ordinata. & si circumamicta varietatibus, siue scutulatis, polymito. s. opere, nec istud siue

ordine erit. hoc indicāte veste illa sapiētię aurea, in cuius vestitu mire illustris est: & conspicuos, suo icōparabili fauore reddit. Radijs ait illustris & auro ibit ad extremos candida lęna pedes. O pulcherrima mulierū longe, illa formosior, quā tibi depingit Ioannes Anthioc. Tu non solum inter ipia diuina disponis, vñ exardescant, meditata, sed ineffabilem in tota ecclesia incę eius meditationibus prętitutis ordinem, in singulis animabus diuina & flagrantia ordinas meditata. Tuæ igitur (ait verbū diuinū) meditationes q̄ in dentibus metaphoricos spectātur, a deo sunt frequētes, a deo simul innūerabiles diuinorum rationes complectūtur, vt greges videantur esse tonsarū. Est in dentibus præcipue tuis superior & inferior ordo. Superiores vt matutinę in verbo: inferiores, quo vniuersæ ecclesiæ ꝓficiant, vt vespertinæ. vt greges igitur tonsarum innocentissimarū, sed rationalū omnū, vt greges omnium credētiū aiarū, q̄ quicquid ipuritatis habebāt, ab sese abiecerunt, superfluis resecatis & abdicato veteri hoīe, induerūt nouū, qui secūdū deum creatus est. quasi quicquid diuinæ meditationis in eis est in te magis purissima & delectissima delectarū sit, nec te illis velim conferre nisi cum tonię sunt, & ascenderūt de lauachro, sanctę quidē regenerationis lauachro, pulcherrimę de sanguine dominico. & ꝓinde innocētissimę. redditę. nec cm̄ indignis comparāda es, q̄ dignitatem ipsam, & vniuersi dei honores peperisti. Quidquid virtutis simul habēt oēs, quicquid ordinis, decoris, & laudis, tu vnice incōparabili puritate stringas. Tu enim ab exordio talis & tāta fuisti, quales ille qñ ascenderunt de lauachro & tum cum fœcundæ redditæ sunt. hoc est tam filia dei, vel ab ipso conceptu, vt ille a lauachro hoc enim mihi videtur significare spūs ille fulgurans (q̄m vocat Nazianze.) & assertor vni⁹ illius eximie virginis puritatis sanctę, ab ipso peccato etiam originali ꝓseruationis. Oēs (inquit) gemellis fętibus: & sterilis nō est inter eas. plenæ sunt dīs meditatiōibus cōtēplatiōibus, in dia assurrexiōibus, q̄ veluti dentibus spūalibus cōficiāt, plenę & sanctissimis actionib⁹. gemiam qua plurimū sūt illustres, hñt charitatez, ex vna radice prodeuntē in deū vez. & ꝓximū. Externę opationes mirū imodū cum internis cōsentiūt Sūt dīa meditata. Sunt etiā hūana: sed q̄ a dīs ꝓdeant. Norūt in montē conscēdere instar Moysi & Heliæ. deinde in totius populi vtilitatem diuina prodere oracula: in regimine populi etiam supra vires versari, non probra non maledicta refugiunt, per infamiā & bonā famam incedētes. Audi quid patitur Moses ab Aaron & Maria. Nū inquiūt ꝓ solum Moseu loquut⁹ est? Nōne & nobis similiter est loquut⁹? A Ietro vero Nō bonā (inquit) rē facis. Stulto labore cōsumeris. Solus illud no poteris sustinere. quid illud n. q̄: vt iudicaret populū, qui illi assistebat de mane, sq̄ ad vesperā: cu antea in his q̄ ad deū pertinebāt totos menies ne dicā dies inumeret: vtrinq̄ tœcund⁹, vtrāq̄ lyram, incōparabili plectro percutiens. Et sterilis nō est inter eas: filios habebant quos ꝑturirent vt ait de se Apls. Filioli. quos iterum parturio, donec xp̄s formetur in vobis. De xp̄o scriptum erat. quod habitur⁹ esset filios. Sz quos alios filios: nisi eos de quibus loquitur Ioannes. Quotquot receperunt cum, dedit eis potestatē filios fieri: his qui credunt in nomine ei⁹. Et obserua vt secundum hanc interpr̄tationē. Maior locus videtur pientissimę reginę cœlorū: vt rōalibus tōtis satius q̄ irrationalibus comparetur. at si de ecclesia interpr̄teris: irrationalib⁹ cōpares necesse est. si quide ipsa in se spiritualiū animarum greges contineat: quæ quadam similitudine non proprietate vt aiunt irrationalibus cōferantur lege Apologetico Grego. Nazian. de seipso ex agro reuerto & Ioan. Antiocheni libruz de dignitate sacerdotali. cui ait Chrisostomus credūtur homines, sacedoti, s. grex Christi rationalis & Grego. Nazianzen⁹ ex verbis Ezechielis, illas quidem cōgregare se dicit. illos pastores q̄ malis pastoribus, prępărata sunt. de rationalibus tumentis dictū est. Homines & iumēta saluabis dñe. in p̄s. xxxvij. illud montes excelsi Ceruis ad spirituales referr. & illud qđ de xp̄o interpr̄tantur. Omnia subiecisti: sub pedibus ei⁹: oues & boues insup & pecora cāpi. Sunt enim ibi rationales bestię. Alioquin quid magnum est sed, ista xp̄o subiici: q̄ satis ex ipsa cōditura subiecta sunt hoī. ad xp̄z vero dictū ē. Donec ponā inimicos tuos: scabellum pedū tuorū. & ad verbum diuinum dicta verba manifeste interpręta tio caldaica ostendit, quæ habet. dixit dominus verbo suo. Id quod rabi Ioden in p̄s. xvij. confirmat in eo loco. Et dextera tua suscepit me. Fore enim (ait) vt deus sanctus & benedictus conuertere faciat regem messiam ad dexteraz suam. sicut scriptum est. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Sed de his satis. Non erit, igi inepta hæc comparatio de supersancta virgine. Si quidē rōalib⁹ ipsa cōparet, at ī iterp̄tatōe q̄ de ecclesia ē, necesse est illā irratōalib⁹ cōparari, alioquin q̄ pacto sibi ipa cōferret: cū ist̄ cōparationes similitudinē quādā signisicēt. O beata & venerāda semp virgo Maria q̄ merito & virtute vniuersam ecclesiam continet: vt quod in illa mysticuz est & pene τρόπος trop⁹, in venerāda matre

apertum haud typicum. tam ī corpore ꝙ in anima ſit. Reſpice omnes vires eius animæ: omnes in verbum diuinum erant intentę: illius magis functionibus ꝙ ſuis vtebantur: illo ſempiterno & immortali deo plenę erāt. Spiritalia ibi mūera quę vel in tantillas mēbrorū portiones cōferrē tur, diuīę etiā ibi idꝙ cōtinēter ꝓminebāt theophaniæ & Spūſſancti motiones & inde ꝓdeuntes mirabiles actiōes. Et videvt ordo ſuperior & inferior in dētibus eſt: ſic erat ſuperior ordo earū ſublimiū in ipſa meditationū. & q̄ iugi theorię & vltramūdanis vacabāt rōibus: & p̄claris ſapiētiæ & contemplationum inefabilium functionibus. Erat inferior in his q̄ ad iuſtitiam pertinebāt: digerebat conficiebatꝙ: inſtar ruminātium. mirum in modum ſingula: vt nihil ī ea/ officio vacaret. Lege Hieronymuz in explanatiōe iŋ. pſalmi, vt dētes myſtice interprętatur & præcipuos in malis ibi dentes eſſe contendit: ꝙobrē pręcipuos in bonis dētes hoc loco analogia opoſiti interpretari poterim⁹. ꝙtum vero ad eccleſiam attinet eſt ſuperior & inferior dentiū ordo/iſꝙ inſtar tonſarum de lauachro aſcēdētiū/ candidiſſim⁹: qui ſunt in eccleſia maiores & minores vtrīꝙ candidiſſimi, vtrīꝙ mire ſibi cōſentientes: vtrīꝙ ſua ſorte perfecti. Superiores in inferiores mire cōdeſcendunt: mira illos clemētia & benignitate ſubleuant. Contra infimi eos qui ſupra ſe ſunt honore & omni veneratione complectuntur: reuerentur maxime. Ex his admirandus vtrinꝙ chorus in eccleſia exurgit: qui ī laudes etiā virginis/ſuas mouent efficientias. & merito ad illam/ob eam cauſam pertinent. In perfectis vero animabus eadem ratione & ſi diſpari ſorte, hunc ordinē & ſapientiæ & iuſtitiæ actionuz eſt admirari. Quę omnia charitatis nexu radijs & forma interſe iuncta ſunt. vt nihil ex vlla parte ſuperet. quod pulchre innuit Ioannes. & ciuitas in quadropoſita & longitudo eius tanta eſt ꝙta & latitudo/ſubdit & longitudo/ & altitudo/ & latitudo eius æqualia ſunt quodin virtutes theologicas maxime & ſanctas actiones. S. P. referunt Hę omnes cœleſtes animæ in nube/ in mari/ & Spiritu Sancto dilutę: cottidie aſcendunt: & volant in ſinus parentis non deficiētes Aut ſi iuxta illud defecit in ſalutare tuum anima mea deficientes ſint/ nō deficientes deficiūt. Et contra, deficientes haud deficiunt/ mira oppoſitorum ſympathia. & diuina præueniente cōcordia. Acies caſtrorū τεταγμένη, tetagmene, hoc eſt ordinata/ in vnaquaꝙ. quæ tamen exercitū reginą cœlorum ſequatur: & virtutem & gratiam in de ſuſcipiat. oīa quadrāt: ſingula mire cōueniūt Functiones tum interiores/ tum exteriores/ in oī ſancta. Matre & corporeæ ipe, nōne tibi videntur præclare? Siquidem oēs etiā ad mias vꝙ/ in eā intentæ ſunt/ xp̄i Ieſu humanitatē/ q̄ nō ſolum mundi lucerna eſt: ſed ipſius etiam cęli: & lucerna eius eſt agnus, cui eſt honor & gloria p infinita ſecula ſeculorum Amen.

Libri Quinti. Homilia. v.

SIcut vitta coccinea labia tua & eloquiū tuuz dulce. Coccus in ſanctuario domini ē, iſꝙ bis tinctus: vt byſſus retorta: duo illa geminationē recipiūt in ſanctuario/ alibi fortaſſe ſiplicia. Nī ſi byſſus retorta ſit: non recipitur in ſanctuario: (Lege Orig. in oratio. in Exodū). nec cocc⁹ nī ſi bis tinctus fuerit. Eꝛciuntur virgines ſtultæ q̄ lampades ardētes nō habent. Si quis dixerit. qa diligo deū: & fratrem ſuum oderit/ mendax eſt. Qui enī non diligit fratrē ſuū/ quē videt: deum quē non videt: quomodo poteſt diligere? & hoc mādatum habemus a deo/ ait Ioānes. vt qui diligit deum: diligat & fratrem ſuum. Et paulo ante. Qui dicit ſe in luce eſſe: & fratrem ſuum odit: in tenebris eſt vſꝙ adhuc. Qui diligit fratrē ſuū: in lumine manet: & ſcandalum in eo nō eſt. Sit cocc⁹ quo charitas ſignificatur bis tinctus: aliquin in ſanctuario nō vendicabit ſibi locum. Signum ſalutis ex ſanguine dominico. Funiculus coccineus in Ioſue volumine ſcribitur. Innoxij erimus a iuramento hoc quo adiuraſti: ſi ingredientibus nobis terram/ ſignum non fuerit funiculus iſtæ coccineus. Et illa reſpondit Sicuti locuti eſtis ita fiat. Dimittenſꝙ eos vt pergerent: appendit funiculum coccineum in feneſtra. In Geneſis volumine ſcriptum eſt. In ipſa effuſione infantium vnus protulit manū in qua obſtetrix ligauit coccinum. Coccinū ait Origenes in dominice paſſionis myſterium: quod funiculuz de quo proxime dixim⁹ indicabat. Nec enim in funiculo: ſed in paſſione domini ſalus erat: qui ex Rha ab meritrice/ etiaz dñi parente oritur⁹ erat. ¶ Sicut vitta coccinea labia tua o puriſſima mater mea. Quid enim aliud reſonabāt niſi verba diuinæ ſalutis per ſanguinem meū effectæ? ille erat cocc⁹ bis tinctus, & ſanguis agni, qui ſuper vtrū ꝙ poſtem interiorez exteriorem ꝙ poſitus eſt. Data ſalute animę. Data ſalute corpori. Et ꝙꝙ triſtis domini paſſio videretur & eius cantus triſtific⁹? illi tñ/ vt filijs Chore cōceſſuz: vt nihil triſte caneret. obſeruarūt illud eruditi Ori. Hieronymuſꝙ & alij pleriꝙ. Grāde miraculū fuit in filijs Chore: vt illo peūte. filij eius non perirent.

Audi q̄ grande miraculum in virgine factū est: vt vniuersa natura humana propter p̄tm̄ collapsa: & filijs Adam ire dei subditis: & perinde filijs ire natis. ip̄a veneranda mater sola esset inter spinas, vna inter mortuos libera, sola nō periret filia haud ire sed diuine benedictionis (vt sic dicam) & voluntatis: & in qua bene sibi complaceret, illa yppagia & sup sancta trias. per oia Cantica suam texebat harmoniā, sua coccinea, ob inenarrabilem charitatē aperiebat diuina virgo labia. Vt dicere posset. Dñe labia mea apies: & os meū annunciabit laudem tuā. Os meū aperui & attraxi spm̄. os meum patet ad vos o fideles. Plura cecinere cātica veteres matres & viri: ipsa vnū p̄cipuum pro oībus cecinit. Quod in remedium vesperascentis mundi malor̄, pro solēnibus cotidie in sacrificio vespertino caneretur. Viden vt ipsa perinde ac filij Chore a iucunditate exordit̄. Magnificat (inquit) anima mea dominū: & exultauit spirit⁹ meus in deo salutari meo. qđ admirando spiritu plerique sanctorū explanarunt Cecinerat olī Maria & Anna. at virgo hec tympanistria cœlestis cecinit iucūdius: & si quid olī triste dixissent, iucundum faciebat: ex iniucundis iucunda educere nata. vt ex malis bona quedam facere nouit illa admirabilis dei clemētia. alioquin mala nequaq̄ esse sineret. Et propterea subdit, & eloquiuz tuum dulce: dulce in auribus diuinis, siquidem harmonia erat in tali tympanistria a domino pulsata. Accipe quicqd sonoruz & dulce est. omnem dulcedinem melos & consonantiam. vincit ipsa. Frequenter illud filiorum chore canticum ingeminabat. Quamdmodum desiderat seruus ad fontes aquarum: sic aīa mea ad te deus. Et frequētius illum Psalmum resonabat: qui in finem p filijs chore intellectus, Psalmus Dauid, inscribitur. Deus auris⁹ nostris audiuimus: & patres nostri annūciauerunt nobis. & subdit tu es ipse rex me⁹ & deus meus: qui mādas salutes Iacob. Exurge dñe adiuua nos & redime nos p̄pter nomē tuū, &. xliij. semp in ore illi. Eructauit cor meū verbum bonuz: dico ego opera mea regi. Lingua mea calam⁹ scribē: velociter scribentis. Speciosus forma pre filijs hominum. diffusa est gracia in labijs tuis. p̄pterea benedixit te de⁹ in̄ternum. Accingere gladio tuo super femur tuū potentissime. Specie tua & pulchritudine tua intende: prospere procede & regna. Totus ille p̄s. & diuinitatem & humanitatē filij dei explicabat. eiusdem quoq̄ virginis & matris sanctissima hortamēta & laudes. Et p̄ his qui cōmutabuntur filijs chore ad intellectum, canticum p dilecto inscribitur. At quis illi dilectus nisi dominus Ieus Christus: quis patri ꝯonio dilectus: nisi idem dñs & saluator noster de quo in eodem scribitur: & ipse est dominus deus tu⁹ & adorabunt eum. Itidē. xlv. resonabat haud dubię cum cœlestiū numinū choro. Deus noster refugium & virtus adiutor in tribulationibus: q̄ inuenerunt nos nimis. & subdit Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suum altissim⁹. Deus in medio eius non commouebitur. adiuuabit eā de⁹ mane diliculo. & adhuc quod in. xlvj. scribitur. Omnes gentes plaudite manib⁹: iubilate deo in voce exultationia. & subdit cernens vel in spiritu aut re ipsa ascendentem filium. Ascendit de⁹ in iubilo: & dom⁹ i voce tubę. Psallite deo nr̄o psallite psallite regi nostro psallite. Quoniam rex omnis terræ deus: psallite sapienter. regnabit de⁹ super gētes: deus sedet super sedez sanctam suam. Psalm⁹ iterum. xlvij. vt precedentes pro chore inscribit. Illum psalmum iucūdissimum in diuinas laudes referebat. Magnus dñs & laudabilis nimis in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius. Fundant exultatiōe vniuersę terrę: mōs Syon, latera aquilonis: ciuitas regis magni. Et apertissime canens intelligebat de suo Messia & vnigenito dictuz esse. Deus in medio eius non cōmouebitur, cum suscipiet eā. Nec cessabat purissima mater in deū intendens canere. Audite inquit omnes gentes (qui Psal. xlvij. p filijs chore inscribitur) auribus percipite. omnes qui habitatis orbē. Quicq̄ terrigene & filij hominum: simul invnū diues & pauper. Os meum loquetur sapientiam: & meditatio cordis mei prudētiam. Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in psalterio propositionem meam. Subdit. Verūtamen de⁹ redimet animam meam de manu inferi. Percurramus iucunda cantica filiorum chore. lxxxiij. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum concupiscit & deficit anima mea in atria dñi Cor meū & caro mea exultauerumt in deū vnum. Et cernens multiplicata altaria, quæ in vniuersum dispersa erant vt vbicq̄ nomini dñi sacrificaretur hostia munda dicebat. Altaria tua domine virtutum rex meus & de⁹ meus. Beati qui habitant in domo tua dñe: in secula seculoruz laudabunt te. Beatus vir cuius est auxilium abs te. Ascensiōes in corde suo dispositi, in valle lachrimarum: i loco quem posuit. Et ēm benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem: videbitur deus deorum in Syon. Et iterum adhūbrata ab Spiritu sancto, & de eodem concepto vnigenito dei filio in vtero ipsi⁹ eiusdē virginis dicebat. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatē Iacob. Remisisti iniquitatē plebis tuę: operuisti oia peccata eorū. & adhuc. Veritas de ter

ra orta est. & iustitia de cœlo prospexit. Et enim dñs dabit benignitatẽ: & terra nostra dabit fructum suum. Iuitia añ eum ambulabit: & ponet in via gressus suos: & in Extasi frequenter Psalmum. lxxxvj. qui canticum filijs chore inscribitur, canebat. Fundamenta eius (ait) in montib⁹ sanctis: diligit dñs portas syon super oĩa tabernacula Iacob. Nũ poterat ipia egregie & abiçz oĩ elatione animi, q̃ insigni repleta erat humilitate dicere? Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Nunquit sion dicet hõ & hõ natus est ĩ ea: & ipse fundauit eã altissimus? Et in pſona filij Ptal. lxxxvij. Qui filijs Chore canticũ in finem p̃titulatur cõmemorans eius excessum cõcinebat. Dñe de⁹ salutis mee: in die clamaui & nocte coram te. Subdit. Quia repleta est malis aĩa mea: & vita mea in inferno appropinquauit. Estimatus sum cũ descendentibus in lacuz, factus sum sicut hõ inter mortuos liber. Posuerũt me in lacu inferiori: in tenebrosis, & in vmbra mortis. Longe fecisti notos meos a me: posuerunt me abhominationẽ sibi. Clamaui ad te dñe tota die expandi ad te manus meas. Subdit. Et ego dñe ad te clamaui: mane oratio mea p̃ueniet te. Pauper sum ego: & in laboribus a iuuẽtute mea: exaltatus aũt humiliatus sum & cõturbatus. Elongasti a me amicũ & p̃ximum: & notos meos a miseria. Percurrimus summatim q̃dam ex oĩbus psalmis qui pro filijs chore inscribũtur: quos quia nihil vnq̃ triste illi cecinere, virginis cantilenę potissimum ascripsimus. Quę vt verissimile est: triste nihil vnq̃ cecinit, aut tristia, sapientissima mulier & fortis illa, in iucunda mira constantia conuerterit, sua ĩ miram harmoniam acta lyra. Erat cm̃ tota in exultatione etiaz in medijs filij passionis excessibus posita. Et superior eius portio dño coniuncta, mira lętitia illo p̃fruebatur: tametsi inferior fortasse de more eius vnigeniti filij nõ nihil tristificãs pateretur. Et fortasse p̃pter iunctura & connexionem superior in eadẽ portio etiam tristis erat: q̃n non oĩa illi concessa, q̃ vnigenito eius. Lege Io. Gerson, nequaq̃ tñ illa incredibili inefabiliq̃ p̃pter salutem nostraz lętitia, absedẽte. Erant in ea vt in filio ingentia quędam miracula & q̃ humana & angelicas possent excedere mentes.

Libri Quinti. Homilia. vj.

VOx tua dulcis inquit. Gratissima patri filiæ vox: gratissima sponso vox spõsę & vox matris filio. Laudabat filium mater ab oĩbus operibus suis: & in ei⁹ laudes oĩa prouocabat. Ab his q̃ sunt viuunt sentiunt, mouentur, intelligũt: ex oĩbus deniq̃ laudes diuinas moliebatur. Maxime vero ex. xxiij. senioribus: q̃ a Ioanne ĩ Apocalypsi describuntur: hoc est iuxta Hieronymũ ex veteris testamenti. iij. &. xx. Libris: p̃ illos currum diuinę intelligentiæ, agebat dñicum, veluti auriga q̃dam singularis. & cum rotis & aialibus erat vndiq̃ oculis plena: ex oĩbus Iacob & Mosi benedictionibus laudabat viuentem in secula: & illũ benedicebat qui est sanctus Deus & benedictus & rex seculoz immortalis & inuisibilis: rex, (vt in. p̃s. xlvj. scribit) oĩs terrę Qui sup gẽtes regnans sedet sup sedem sanctam suã in ęternum: suam etiã: p̃ęeligens matrem, eam attollẽs super cœli palatia. Pro oĩbus vna: altera Aaronitis intercedebat, media inter viuentes & mortuos. Et tanta illius est reuerentia & honor vt cesset plaga: & p̃ insigni sua pietate exaudiatur. Quẽ admodum de eius filio deo redemptore nro me morat Ap̃lus contestans. Exauditum illũ esse p̃ reuerentia sua. Nititur in diuinam per oĩa similitudinem, illam euehere diuina potestas: de qua scriptum est. Sedes tua de⁹ in seculũ seculi. Currus siquidem dñi est, de quo scribitur. Quocũq̃ ibat spũs illuc eunte spũ & rotę pariter eleuabãtur sequẽtes eum. Spũs em̃ vitę erat in rotis. Cũ euntibus ibant: & cum stantibus stabant & cum eleuatis a terra pariter eleuabantur: & rotę sequẽ ea: quia spũs vitę erat in rotis. Et apertius adhuc in sequentibus dicit. Cũq̃ ambularent Cherubim ibant pariter & rotę iuxta ea: & cum eleuarent Cherubim alas suas vt exaltarentur de terra, non residebant rotę: sed & ipse iuxta erãt: stãtibus illis stabant, & cũ eleuatis eleuabãtur, Spiritus em̃ vitæ erat in eis: Cherubim Origenes in verbum & spm̃ sanctum in explanatione ad Romanos interp̃tatur qđ eius paraphrastes Hieronymus non reprehendit sed mira pietate in nram orthodoxam trahit, sentẽtiã, sedem vero præclpuam & perinde currũ, sanctissimã Theotocon esse oẽs consentiunt. Melior quidem illa sedes, q̃ propiciatorium. quod sedem dei interp̃tantur oẽs: & q̃ cœlum. de quo dicit dñs. Cœlum mihi sedes est: & terra scabellum pedum meoruz. Ipsa dña & cœlum & porta cœli est. Siquidẽ ipsa firmamentum fuit diuidens aquas ab aquis: & cœlum iusta sensus mysticos, verum iustitię solẽ cõtinens. Et nobis sua admirabili in deum agitatione orientem donans: de quo scriptũ. Et oriẽs nomen eius, hoc est vt Caldaica habet interp̃tatio: Messias nomen eius. Siquidem de Messia illud Zacharie dictum est: qđ oriens esset nomen eius. Ipsa eadem mater &, virgo verissimum lumen nobis etiam attulit, secundum qđ in. p̃s. de,

ſcribiſ,qa apud te,eſt,fons vitę: & in lumīe tuo videbimus lumen. Lumen quidē ad reuelationē gentium & gloriam plebis tuæ iſrael.&, Benedictus,qui venit in nomine dñi,deus dñs & illuxit nobis. Ipſa etiam poſt dñi humanitatem verū ꝓpiciatorium:abſquo propitius dñs ſalutaria det reſponſa. Illa veram virtutem affert, de qua pulchrę Antiochenus. Adeo virtus non ex hijs modo quæ geſſerit, ſed ex hijs quoqꝫ,quæ perpeſſa fuerit,non ſeiſpſam, non eos deniqꝫ qui ſe affligunt,permittit occultari,ac eſſe incelebres. Vis videre rotas plenas vndiqꝫ oculis;aſpice Mariā plenam & exundantem multiplici munere ſpiritus:plenam diuinis & innumerabilibus contemplationibus,actionibus,ſed diuinis omnibus:talibus oculis omnes aſpicientē:& ſingulo quoqꝫ oculo vniuerſos,& paſſim oīb⁹,ſingulos, a deo actionibus & multiformibus gratiæ & charitatis muneribus exuberans eſt. Et Spiritus (īquit) dei erat in rotis:& Rota erat ī medio rotę. Quo modo non Spūs dei,immo deus ipſe eſſet in diuina matre; in quam pleniſſime Spiritusſanctus ſuperuenit,& totius gratię plenitudinē in eā infudit,ex qua optima maxima genit⁹ eſt dei fili⁹. Et homo. (inquit) factus eſt in ea qui ęternum de⁹ in ſinu patris erat,virtute etiam altiſſimi. tuꝫ illi adumbrante. hoc eſt (vt venerandus ait Beda ex antiquis) in corporea lux diuinitatis, corpus in ea ſuſcepit hūanitatis. Ecce (ait Prophęta) Dominus aſcendet ſuper nubē leuē,hoc eſt verbum dei, carnem & aiam,ſine peccato accipiet. Et ob eam cauſam totius ciuitatis templum admirabile facta eſt,oī gratia exornatum. Illud nimirum tale & tīm exornauit deus,& illis quidē portis Syon:quas dilexit dñs ſuper omnia tabernacula Iacob,& ipſe fundauit eam altiſſimus. Et Rota (inquit) erat in medio Rotę. Et vna ſimilitudo ipſarum quatuor. vis cernere nouū & vetus teſtamētū;aſpice Mariam:quæ vtriuſqꝫ mira edoctrix eſt,alterutrius admirabile promptuarium,optia mater familias,quę tanqꝫ alter pater familias profert de theſauro ſuo noua & vetera, & ipſa eadem in perſona ſua dixit. Omnia noua & vetera dilecte mi ſeruaui tibi. Illa enim ſingularis inter omnes, vnam illam quidē ſuper eminentem & quæ vndiqꝫ quadraret, noui & veteris teſtamenti intelligentiam,toti exibuit, & pene in cœleſtē ꝓpitiationē obtulit trinitati. quaſi vtriuſqꝫ illius in filio ſuo admiranda quędam cōditrix fuiſſet. nec iniuria quādo datam fuiſſe legem per angelos in manu mediatoris ſacra concināt eloquia. Chriſtum patrib⁹ aparuiſſe teſtatur Euſebius in primo eccle. Hyſto. Baſilius quoqꝫ libro ij. contra Eunomiū,& ſacer Cyprianus ad Quirinum. Quis igitur idem ipſe & angelus & de⁹; nonne ille de quo dicimus, quod ſit magni cōſilij angelus; nā & ſi poſterius fact⁹ eſt, magni cōſilij angelus, quādo in plenitudine temporū homo factus eſt, ſed & pri⁹ nō repudiabat appellationem. Vbicumqꝫ ipſe idem & angelus & deus appellatur,vnigenitum ſignificari,cum ſeipſum per generationes hominibus manifeſtet, & ſanctis ſuis voluntatem patris annunciet. Lege Hylariū in eandem ſentētiā libro. iij. de fide. Dei autem angelus ob id dictus eſt,quia, magni conſilij angelus eſt,patris annūciās bonam volūtatē deus vero demōſtratus,ne qui deus eſt,angelus crederetur,Et in aparitione Abrahæ. vir in loquendo nūcupatus, dñs in viſitatione ſignifica tus,deus prędicatur in facto. ſed ad inſtitutum paulum digreſſi redeamus. Poterat ipſa egregie & longe meliori ſorte, quam Apoſtolus dicere. Puto, &,quod ego ſenſum dei habeam. Magni fic⁹ ille ab eruditis ſenſus Apoſtoli dicitur. Hoc autem (īquit, Origenes Homilia. xij. ſuper Exodum Apoſtolus differens, magnifico illo ſenſu, quo in cæteris vtitur, de quo dixit. Nos autem ſenſum xp̄i habem⁹,Et ipſa quoqꝫ ſenſum Chriſti habebat. Quatuor ipſa Rotæ:hoc eſt omnis doctrina euangelica. Deriuata hęc quippe euangelica inſtitutio pro bona parte vt ſanctus innuit Hieronymus. a matre dñi in Ioan. eius familiarem in lucā & (vt credibile eſt) in cæteros euangeliſtas fuit. & vna (inquit) ſimilitudo ipſarum quatuor. Nil in ipſa diſſentaneum īueniās: quæ plena erat illo Spū:qui cum ſeptiformis ſit, vniformis maxime eſt. Vnā illam ſimilitudinem incomparabilē conſenſum a deo nacta, cūctas hereſes ſola interemit. Coegit oēs in ſimilitudinęꝫ vnam pietiſſima regia & mūdi domina. Et quo pacto ſuperiores angeli pauciorib⁹ ſpecieb⁹ plura complectuntur: credibile etiam eſt ipſam in ſublimiores ſedes euectam, vt quartā faceret Hierarchiam, vna ſpecie vno illo lumine, ſibi mirabiliter & ſupra humanā & fortaſſe angelicam ſortē indito: oīa intellexiſſe. Id quod vix fortaſſe angelis conceſſum eſt. Eiuſdem indicio, quæ ſunt hominis ſupra hominem dominū geſſiſſe, teſtis eſt Dionyſi⁹ ad Gayum Epiſtola. iij. Sed & homo (ait) ver⁹, qui ſingulari benignitate amator hominum, ſupra homines ac ſecundū homines, ex hominum ſubſtantia, carnem ſubſtantialis accepit. Eſt autem nihilominus altiſſimæ illius diuinæqꝫ ſubſtantię. Itaqꝫ, a tanta magnitudinis celſitudine ad noſtra infirma deſcendens, vltra humanum modum ſubſtantiam noſtrę carnis accepit, ac ſupra hominē q̄ ſunt hominis geſſit. Ei⁹ rei euidens indicium eſt virgo excellentis mira-

culi nouitate cõcipies. Taceo ego de illa admirabili ipsius dñatis specie & vberrimo fonte, de q̃ ipsa vberius oĩbus potauit. Ad plures dictũ est. Hauriet̃is in gaudio de fontib⁹ saluatoris: ad ipsam fauorabilius dictum. Hauries & tu plenissime & supra omem creaturam de fontibus saluatoris, vnigeniti filij tui, & totius sanctissimę triados. i. trinitatis. Quid em̃ diuinuz aut admirabile in sanctis cloquis est: quod in eam cõferri nõ possit. quæ archetypõ quoddã est veritorũ bonorum? cuius perpetua fuit virginitas, de cui⁹ corpore (vt. S. ait Ignati⁹) de⁹ processerat, & ad demonem ait. Quomodo non tibi videtur nat⁹ ex virgine? &c. sed ille qui ē super oĩa de⁹. Decebat idem ait ad Heronẽ. optifice glorioſe & noue nasci. Quę dixerimus pręter propositum: vt ostenderemus purissimam & sanctissimam dei param: & pinde quamuis dilectã in diuinas similitudies auxiliante diuina gra nitt: imo supra omnẽ creaturam a deo optimo maximo illam vnam theotocon in eas cœlestes theophanias euectam. Da sanctissima virgo nos illaruz fieri posse particeps nos in diuinos currus & fastigia (qualiacũcz illa sint) posse aliquando sublimari. annuente domino Iesu cui⁹ est regnum & imperium in secula seculorum Amen.

Libri Quinti. Homilia. vij.



Icut fragmen mali punici: ita genę tuę absq̃ eo quod itrĩsecus latet. In genis tuis. O dilecta mea semper veneranda, admirabilis est modestia, toti⁹ modestiam ecclesię domini sponsæ (vt ait Ignatius) continens: cũ eminentia tũ singulari charitate. Et ꝓpterea sicut fragmen mali punici genæ tuæ sunt. quod varium granorum siue acinorum ordinem in se continet. siue sicut illud fragmen est, o diua, quod orientem cõtinẽter respicit solem: & propterea rubicundum est. Ego enim candidus & rubicũdus. vel te laudãte & cõcinente. Et electus ex milib⁹. habet dignã significationem oriens proinde extraditione ecclesię non scripta, adoratur ad oriẽtem teste Damasceno ī. iij. de ortho. fide. Est autem (ait) hęc traditio non scripta perĩde ac adoratõis ad oriẽtem. Adorare. s. crucem & alia plurima. Quod testimonio Pauli confirmat, siue per sermonem siue per Epistolam nostrã: & sicut tradidi vobis, traditiones tenetis. sed ad inceptum institutum. Et quid vetat te singularem mundi dñam candidam esse & rubicundam: & electam ex milibus? Meo siquidem lumine illustrata es: mea in comparabili deiformitate: illa em̃ forma, per quã mecũ oia esses. Meę genę te collaudãte areolę sunt aromatum, conditæ a pigmentarijs ꝓpter mirabilem odoris & tantæ charitatis fragrantiã, tuæ quoq̃ genæ, tua incomparabilis modestia, pulchritudo, venustas, ipsum decorum, inenarrabili & ardẽ illia insignitur charitate. Sunt haud iniuria ille vt fragmen mali punici: cõtra omnes ęstus & incendia, contra occultas antiqui serpẽtis faces, refrigerium pręstãtes. Vr semel in amorem sua pulchritudine rapiãt, vt cotrarios ignes extinguãt. Habet & ipsum malum punicum sua pulchritudine, trahendi vim. habet & refrigerãdi proprietatem. Et si mille alia cõsideres: omnia q̃cũcz digna, super beata virgo & cęlestis mater est. Obserua per singulas partes, per singulas virtutes, regina cœloruz charitate insignẽ, vel ipsa charitate latentius significatam. Pulchrum Encomiũ, & si breue texuit Ignatius domini Iesu. Sed super oẽis sanctos (ait) sanctissimus est summus pontifex & princeps pontificum: q̃ est legatus, & minister patris, & princeps legionum, & militię cœlestis, per quem pater omnia fecit, atq̃ omnem prouidentiam gerit. Ipse est enim via q̃ ducit ad patrẽ, ipse est petra, macheria, clauis, pastor, sacerdotiũ, ianua scientię & agnitionis, per quã itroiuit Abrahã, & Isaac, & Iacob, & Moyses & omnis Chorus Prophetaruz, Apostoli & Sponsa domini ecclesia. Ita sed quadam ratiõe & proportione conferri possunt matri: quã proximam sibi elegit atq̃ illustrauit sol iustitiæ. Dixerat oculos antea columbarum esse. Obserua columbarum dici non vnius columbæ: vt charitatem in multitudine designet: & capillos sicut greges caprarum quę ascenderunt de mõte Galaad. Quid in ea aggeratione aliud q̃ charitas. (si eruditis credimus) est? Dẽtes iterũ vt greges tonsarum laudãtur: nimirum, quia charitate insignes sunt. & amplius aliquid in dentibus signi ficauit, siquidem non solum gregibus comparẽtur tonsarum, sed quæ gemellis sunt fœtibus: & sterilis non est in eis. Steriles vero essent: si gemino illo charitatis fœtu non illustrarentur. si hũilitate siue innocentia simul & charitate nõ essent fœcundę. Per omnia charitas in virgine ē, vt amplius adhuc apebit in sequentibus. Per oẽis partes tota est sancta, tota est pulchra, dei & domini nostri parẽs. vt tota in toto, fauore begnignitate & quadam prouidẽtia sit: & tota in qualibet parte emineat. instar non solum animæ, sed pleniori quadam ratione imitatione & participatu ipsius dei: qui totus in vniuerso est & ꝓpter summam indiuisibilitatem, tot⁹ in qualibet parte, immo oĩbus rebus vnice pñs est. Ipsa regina mĩx

in singulis cœlesti quodam amore & fauore & in oibus maxime est, idqꝫ in vniuersum. Coniecta ex hijs laudibus ipsam ex oi parte perfectaz: & singulariter oeis antecellere. Et vt maior sit ipsius ad vnigenitum filium suū similitudo: laudatur etiam ille in eum modū, quo cœlestis virgo: laudū ineffabili analogia (vt par est) in ipsos dilectum & dilectam reddita. Nec iniuria qñ gloriosum habitaculū dñi (ait Ignatius ad Heronem) de sola virgine. Et qđ magis mireris. Laudat sponsa & mater verbū. Cōtra veroverbum suis tantis laudibus dignaꝫ sponsam, vterqꝫ penetrabiliter ingressus, arcanum cāpū laudis. cuius meminit Cusanus, q̄ laus cœlestis, Hod. i. cōfessio inter diuina vocabula illustris. Et si ī ecclesiam aut quāpiam credentū aiam istud interpreteris: magna ex omni parte dignatio est omnipotentis & omniscij dei: q tantis muneribus & col laudationibus suā dignetur, tantillā creaturam. Sed illç genꝫ p̄cipua ratione a verbo laudantur, quas sanctis suis osculis & cōtactu (qui summa puritas est) sanctificauit. vt dicere possit ecclesia. Oscula libauit matris, & iterum. Oscula libauit natę. pulchre conspirant in ea & matris & filiæ nomēclaturꝫ, quā legitimam filiam p̄ter omneis eruditi vocant. Laudātur exteriores in ea gēnę etiam ad viuum litteram resecantes. Efferuntur etiam interiores aiꝫ genæ. Est em̄ spiritualibus quibusdam (cata analogiam) partibus, corporeis, p̄portione respondentibus, cœlestis illa aia p̄dita: in quibus maius decorum inest: & melioribus iuxta capacitatem, donantur laudibus. Sunt adhuc interiorum comparatione, internę graduum differentium, obseruata proprietate pulchritudines. p̄pter quod dicit absqꝫ eo quod intrinsecus lacet, & alio loco. Oculi tui columbarum: absqꝫ eo, quod intrinsecus latet: quasi inenarrabilia essent, q̄dam instar filij in matre. Possemus in eum sensum hic accipere: quasi spiritales q̄dam in ea essent genę: q̄ omnem collaudationem & uim mentis longe superarent. At fortasse inquies. Cuius rei verbū & λόγος imensum non poterit esse capax: qui oīpotens: & cuius agēdi ois efficacia, ipsa oīpotentia est. Oīa igitur potenter efficit: & poterit ab hijs q̄ interius latēt ipsam collaudare matrē. Talis nimirum & tātus est: vt quemadmodū dicit Apl'us, eum nullū lateat secretum. Sed q̄ ipsi, maxime insunt, manifeste & p̄xime illum cōtingentia, i. illi p̄xima, ab illo condita, nos admoduꝫ (vt cœlestium, & optimorum illorum aiorum functiones gratiæ & glorię munera) latent. Axioma philosophoꝝ est. Quę suapte natura lucidissima sunt, notione quo ad nos, nobis esse occultiora. Quę igit optima maxima sunt in diuina matre: nos maxime latent. Et propterea dicit: absqꝫ eo quod intrinsecus latet. Posuerat ipsa, imo vero magis, diuina gratia, in eius thesaurijs abyssos. scz oim charismatum donoꝝ & virtutū, & quæ Angelo, se dñi ancillam p̄fessa erat, tantū sentiebat se liberā, q̄ dñm peperat, & illo patiēte passa fuerat & in resurgente, pene resurrexerat. Dicebat tali imitatione Ignatius. Nunc seruus, sed si passus fuero libertus Ihesu Christi, & resurgā in eo liber. Viden mirum ordinē p̄fectum? Nulli emulor visibilium & inuisibilium vt Iesum Christum merear adipisci. Sed videamus: si alia ratione simpliciter dictum intelligere possumus. vt absqꝫ exterioregenarum pulchritudine, decore, modestia & p̄trahendi vi, sit interior adhuc genarum & pulchritudo & vis & energia & decus. Quasi illis contigisset diuinam verbi humanitatem, virgo, & vt cūqꝫ diuinitatem, quam supra captum omnem illo suo admirando concluſit vtero, istis vero, etiaz diuinitatem. Quo diuiniore contactu, tam pulchræ, tam eminentes redditæ essent. tanta charitate insignes, tāto candoris & cęlestis instar autoręꝫ ruboris fulgore, corruscātes. illustres candidę, & q̄ plurimum in superueneranda matre quadrarent. Quę tanto illustrissima omniuꝫ erat, quo vtrinqꝫ mirifice & supra omnem captum vtranqꝫ naturā in dño Iesu. sed diuinam diuino penitus contactu (diuina quippe diuinę vt cœliformiter intelligi volumus) cōtigisset. Srī xerat em̄ eandem purissimo sinu, lactauerat vbere dulci. Illum nimirum cuius pulchritudinem sol & luna mirantur. cuius etiam tactus summa puritas est. Sentiebat vnionē in ternā per gustū & tactum, quæ vnio dicitur, cata anagogen, plenūqꝫ susceptio Israel. Apostolus transformationem vocat, in cantico canticorum dicitur, oscula & amplexus, in Psalmis dicitur adhesio. Adhesit anima mea post te me suscepit dextera tua. Hęc mutatio (ait) dexteręꝫ excelsi, hęc actio, vel deductio Spūs. Sed p̄sequamur. Possum? & in aliam intelligentiam dicere, vt in genis simpliciter sit collaudata virginis modestia, at in trinsecus diuina erat in ea magnanimitas, in magnis contēnēdis honoribus inhonorationibusqꝫ: & aliud quiddā admirabilius: quod lumine suo totum illustraret orbem, pulchritudine. Tanta siquidem intrinsecus in ea eminebat venustas & splendor vitę immortalis, vt omnen dicendi intelligendiue superatet vim. Dabat illa venustas interior non mortalibus solum sed angelicis spiritibus & ipsorum cœlestium animorum virtutibus, vt venustissimę esset, deniqꝫ. vt oīa insigni illa venustate: q̄ mire regem vniuersæ terręꝫ affice,

re poteſt eſſe decora, incomparabili ratione re/fulgentia. Silentio hic meli⁹ & decentius ſingularis collaudatur virgo. Et quēadmodū de filio dictum eſt. Tibi ſilentium deus in Syon. (ita em̄ hebraica habet interpretatio. vbi nos habemus Te decet hymnus deus in ſyon) de dilecta quoq; quæ in tantam ſublimitatem euecta eſt, concinamus. Tibi ſilentium dña in ſyon. Quali ſilentium/eius laudes diceret: ipſe vero voces tacerent nec ſatis eius laudes explicarent. Et vidē vt verbum illud mirificum/hoc nobis mira arte explicat. Abiq; eo quod ītrinſecus latet. q̄q̄ enim exterius omnia ſupra humanā ſortem eſſent propter illā vnigeniti dei filij fœcunditatem. vt quē admodum dicit Hiero. non ſit iam admodū qđ fuerat. Quippe vt ita loquar (ait) beata & gloriosa virgo Maria, eo modo q̄uis dudū incomparabilis eſſet vniuerſis quæ ſub cœlo ſunt virginibus: vt decenter poſſet in ſe ſuſcipere diuinitatis admixtionem/ſalua vtraq; natura: tamen cū gracia repletur: cum Spū Sctō profunditur, cuj⁹ viriute altiſſimi obumbratur, fit pr̄cioſior meritis, celſis ſublimior faſtigijs/pulchrior ſanctitate glorioſior ſuorum p̄rogatiuis meritoruj⁹. vt nullis iam vſibus ſit ipſa eadēq; mancipanda/niſi diuinis. Sunt etiam interiora omnio multa excellētiſſima. Verbum diffinit Augu. eſſe noticiam cū amore. hoc verbum etiam pr̄ter diuinū incomparabile erat etiam in deipara/tum filia/tū ſponſa/Ipſa primū orans in hæc verba. Noui te, noui me, itaorantem formauerat Augu. lōge alti⁹ Bernardo ſentiebat verbū/ex motu cordis. Qui motus eſt aliquid ſupernaturale per infuſionem ac illapſum Spūs. S. monentis cor, & hic motus deiformis (ait quidā) eſt nexus medius/quo xp̄s eſt in ſe manducante actualiter, & māducans in eo. Agitur/& agit, in redditione amoris, vnigenitum (qua parte Spiritū Sanctum/eadē inſpiratione qua ſuſcepit, reddit patri) imitari conatur Tranſformatur iſtis & alijs rationibus declarita te in claritatē, veluti circulo quodā diuino & ineffabili acta, deo vnita: vltramundana gratia eaj⁹ acceptam mirifice reddente. Et ſi verbo ęterno q̄tuj⁹ ad corpus attinet fœcundata eſſe dicatur, quæ de Spū ſancto concepit multo magis ſit toto animo ipſa/omni mente/eadē vnigenito dei filio & fœcundata & repleta: atq; in tantam ſublimitatem euecta: vt nulla laudationis vox poſſit vel tantillas eius meritorum pr̄rogatiuas cōplecti: quę nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem. Oīa ibi heroica/oīa ibi celeſtia & diuina ſunt. At immenſa & ineffabilia contingere nō licet. Et perinde eſt acſi dicamus ipſam eādēq; virginem ſic in hoc genere laudum eſſe, vt quod exterius prudentia, interius ſumma quędā ſapientia ſit. Non aliter q̄ſi humana diuinis conferas: terrena cęleſtibus. Licet vndiq; tota & corpore & anima admirabilis & incomparabilis ſit: interius (vt dicit ſcriptura) exteriuiq; deaurata: (id quod antea diximus) & Spūs Sancti bitumine delibuta: & ſuper vtrunq; talis & tante virginis poſtem ſanguis agni immaculati incōparabiliter ſit corruſcans. Sis benedicta O venerāda ſuper omnes fœminas, quę angelos vincis puritate: quę oēis ſanctos ſuperas pietate: ipſam diuinitatem & mente & corpore meruiſti continere modeſtiſſima/venuſtiſſima/pulcherrima/mira/magnanimitate/& magnificentia illuſtris, p̄inde mirifice magnificabas dn̄m, vndiq; plena gracia/plena deo, vndiq; deum ipſum in nos immittens: illum nobis veluti pignus hereditatis impetrans, innumeras & gratias & virtutes nobis p̄merita. gratia domini Ieſu, Cui eſt omnis honor & gratia. Amen.

Libri Quinti. Homilia. viij.

SIcut turris dauid collū tuū quæ ædificata eſt cum p̄pugnaculis. Collum habet ſponſa/qđ vt cætera membra in admirabili collaudatione eſt. Officioſa p̄ omnia eſt: nec quicq; habet qđ non in vtilitatem cedat eccleſię: per omnia admirabilis: per omnia viam nobis in ſempiternā beatitatem ſternens. dn̄s dixit de ſe. Ego ſum via veritas & vita. Via nobis eſt per quam ad patrē veniam⁹: vt paulo ante ex Ignatio diximꝰ. Nemo poteſt venire ad patrej⁹ niſi per me. & ſi quis per me ītroierat, ingredietur & egredietur & paſcua inueniet. Per collum a capite in corp⁹ omne, vitales ſenſus diffunduntur. dn̄s Ieſus ipſe eſt teſte Apoſtolo, caput eccleſię abſquo in totum corp⁹ vita & ca quidem ſpiritualis defluit. Sed medio interſtite collo, hoc eſt pientiſſima & puriſſima regina mūdi. Per quam in qua & abſqua/veluti ab aureis ſtillicidijs gratiæ maturantis & cœleſtica ſtello/omne bonū in nos decurrit. Proxima eſt capiti Ieſu: veluti mr̄ & ſponſa ad dexterā conſidens regis: & collum proximum ipſi capiti eſt in vniuerſum pene, ipſum caput ſuſtentans. Suſtinet velut colūna firmiſſima caput illud iuſtitiæ/diuina ſua pietate & clemētia: ne in nos decidat & in noſtri interitum. Super quem enim ceciderit lapis hic, conteret eum. Pulchre dn̄s euangelio quod ſcd̄m Mattheū ſcribitur. Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum confringetur, ſuper quē vero ceciderit, conteret eum. Viden capitis hui⁹

nisi sustentetur (si dicere par est) decidētis in nostri casum & ruinaz efficatia. Existimat Tertullianus Iustitia rerum distinctionē constare. At si sustentauerit magis vero viam fecerit virgo, ab eadem in omnia membra vitalis in pulcherrimum totius ecclesię ordinē decurret virt⁹: necvna modo virtus sed omnes virtutes, omnes gratię, oīa charismata. Caput aureuz dñs Iesus est, in eodē epythalamio. Collumvero eburneum, iterū gloriosa semper virgo Maria siue eius, licet remota imitatione, quęcunqz alia perfecta domini sponsa. Diximus Paulo antea, in ei⁹ cōibus laudib⁹ per omnia charitatem inueniri. Et pulchritudo diuinum vocabulum. Propterea hic frequēs & fere per omnia sparsa hęc nuncupatio est plerumqz geminata: vt intelligas quæ geminata sunt in gentioris esse efficatiæ. Nunqz aut perqz raro sine rerum magnarum iudicio eorundem vocabulorum in scripturis est repetitio. Pulchritudinez diuinā esse, ex alijs locis cōijcitur. Statim in principio Geneseos siue ipsam paradisi illius amęnitatem siue spiritalem Hierusalem describi intelligam⁹: pulchritudinis vocabulū est, Vidit igitur mulier qp bonuz esset lignum ad vescendum. Et pulchruz oculis, aspectuqz delectabile. Et in proemijs. Pulchritudo & decor, indumentum eius. & in ps. xliij. Specie tua & pulchritudine tua intende prospere procede & regna. Et in Ezechiele pulchritudo sponsę describitur. Et multiplicata es (inquit) & grandis effecta. Subdit peruenisti ad modum muliebrem. Et multorum ornamētorum facta descriptione Addit. & profecisti in regnum: & egressum est nomen tuum in gentes propter speciem. Et vt pulchritudinem munerū gratuitorum intelligeres: subiunxit. & habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo. Quid enim magnum esset si corporalia hæc, populi Israel siue sponsæ domini intelligerem⁹: quæ aliæ gentes locupletius habēt. Sed maiora sunt domini munera. Id quod diffinitioni pulchritudinis quadrat. Est enim auctore Augustino. æqualitas numerosa, quę non modo in morte corporea est, sed in spiritali euthelechia & perfectione: referri etiam ad exemplar putant, si per oīa ille respondeant. pulchritudinem cīm primam esse putant in supersancta trinitate: ibi mēs siue memoria fœcūdissima, ad quam patris intellectus se conuertens gignit verbum, oīm intelligibilium expressiuū, naturalē imaginez, essentia cadē hypostasi siue discretione aut persona, differentē. conuersus itidē filiꝰ in summā & primā bonitatē patris at sit in parem & respondentez amorem, ide ꝓdeunte subsistēte amore, Spūs. S. vez tertia sup dīa hypostasi. Num hic ineffabilis pulchritudo est? Sed redeam⁹ ad ꝓphetā & q̄ describit Esayas ornamenta (si eruditis credim⁹) spūalia intelligenda sunt. In die illa (inquit) auferet dñs ornamentorum calciamentorum & lunulas & torques: & monilia & armillas: & mitras & q̄ enumerat. Quæ spiritualium rerum sacramenta sunt. de quibus alio loco diximus. In zacharia apertum in hanc scientiam est testimoniū. ait enīm Quid enīm bonum eius est: & quid pulchrum ei⁹ nisi frumētuz electoꝝ, & vinū germinās virgines? Lege Diony. q inter dīa noīa (q̄ in q̄tuor & quadragīta circiter colligit) hoc quoqz explicat: & Plato in phedone dīm esse conijcit. Quę pro eo dixerim⁹: vt per totū epythalamij corpus, hanc pulchritudinē ideo sparsam intelligim⁹, qđ diuinorū maxima quædam explicatio sit: admirāda quędam præcipue in spiritualibus proportio, & spiritualis amoris fomentum. Bonum præterea istud (ait Dionysi⁹) vt pulchum prædicatur, vt pulchritudo, dilectio, & diligibile: q̄qz sunt aliæ plenæ gratiarum diuinæ appositiones. pulchrū & pulchritudo in cā suprēma, distinguenda nō sunt. Pulchritudo dicitur, propter illam, quam tradit subsistentibus pulchritudinem, auctor omnium conuenientiæ & claritatis, lucis in morem omnibus sui radij distributionem infulgēs. gręce calos a vocādo dicitur, veluti omnia ad se vocans. Efficit pulchrum istud omnium rerum cōgruētias. Quocirca pulchrū idem quod bonū, pulchrū cīm, & bonuz oīa desiderant: subdit, Et moueri sane altissimi illi dicūtur Spūs circulariter quidē, dū ętemis illis principio ac fine carentib⁹ pulchri ac boni fulgoribus contínguntur. Addit haꝝ igit melioꝝ cā et finis pulchrū & bonū, qđ supra oēz statū oēzqz motū est. Ipsi⁹ grā iferiora, pstātiora amāt. lege. iij. c. de dīs noīb⁹. Sed ad institutū veniam⁹. Sicut (inqt) turris David collū tuū: in sequētib⁹ turri ęburneæ colluz spōsę maxīe reginę celoꝝ cōparat, Ob eximiuz robur pulchritudinē & decorē. Est enīm ipa imitatiōe dei (vt sæpe dixim⁹) cādor lucis incōparabilis. Et obserua iō describi collū spōsę: qđ ꝓpriū sit spōsę, nīm insigni pietate pene fulcire caput. Ipa vero spōsa floríb⁹ siue melijs ꝓ instituto suo fulcit. Fulcite me floríb⁹ (iquit) Stipate me inclis: qa amore lāgueo. At spōsi⁹ vno collo spōsę vl sol⁹ sua qdē dignatiōe & i tāti colli honore fulcit. Qđ tāte firmitudinis est: vt turri Dauid cōparet? Legim⁹ domū Dauid dīi dei cōpari in zacha. Et dom⁹ Dauid (iqt) quasi dom⁹ dei sūt angel⁹ dīi in cōspectu ei⁹. Dom⁹ salt⁹ libani brisa riā ptiebat. ob naturę die & hūanę i xpo fortasse significationē: & clipei pēdebāt ex ea & cīs armatura fortiū: erat quoqz dom⁹ dei a dificata a

Salonõe. Sed in quã oẽz Dauid ꝑparauerat ipẽ saz: ĩ treis ob mysteriũ lupsanctę triados ptita. q̃ & turris Dauid dici poterat ędificata cũ propugnaculis. Siquidẽ instar turris erat ea domꝰ siue templũ, in robur & tutelam & defensionẽ sacrorum fortasse. de templi Salomonis pulchritudine Egesippus lib. v. rursus cucurrit titus cupiẽs cuiusmodi ędes essent circunspectare, cuius gr̃a motus, prędcellentiorem oiz tẽplorum fuisse operibus, fatebatur. Mirabatur venustatem operis, quia tm̃ non nisi summi dei crederetur esse domicilium. Adiungebat honos fidem religiõis. quo etiam barbaroꝝ gentes, templum illud venerabãtur & inferebant nnmera: recẽtior quidã eruditiss. de templi magnificẽtia pleraqꝫ ex vetustioribus narrat idqꝫ elegantissime. Respice templuz Ezechielis: vt triplici muro circundatum sit in diuinorum admirandam significationẽ: sed quos ibi clipeos & armaturam fortium accipiemꝰ: nisi spiritualiũ rerũ sacramenta & arma spũalia q̃ describit Apls: Accipite (inquit) armaturã dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibꝰ perfecti stare. State ergo succĩcti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ. Et calciati pedes in prędparationem euãgelij pacis: in omnibꝰ sumentes scutũ fidei: in quo possitis oĩa tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis assumite & gladium spũs: quod est verbum dei. Per omnem orationem & obsecrationem, orãtes oĩ tempore in spũ, in ipso vigilantes in omni instãtia & obsecratõe ꝓ oĩbꝰ sanctis. lege ĩ. Septimio Tertuliano veterẽ orandi ritum. manibꝰ vcz in cœlum extensis & nudo capite in Apologetico xxx. illuc (inquit) suspicientes hoc est in cœlum christiani, manibus extensis, quia innocuis, capite nudo, quia non erubescimꝰ, denicꝫ sine monitore: quia de pectore oramꝰ. Sanctus Ambrosius vidit Geruasiũ & Prothasiũ manibus extensis post excessum orantes, ĩdutos collobio & pallio: fuit etiam vsus pallij xp̃ianis in p̃mitiua ecclesia. lege eundem Tertul. lib. de pallio. posterioribus forte temporibꝰ non ita. vel ex tripartita historia in vita Iuliani. Sed ista per digressionem qua vsi sumus nonnũqꝫ consulto. Et idem Apostolus in. ij. ad Corinthios epla. In carne eĩ ambulantes. Non secundum carnẽ militamꝰ. Nam arma militię nostræ non carnalia sunt. Sed potẽtia deo ad destructionen munitionũ consilia destructos. Et omnem altitudinem, extollentẽ si aduersus scietiã dei, & in captiuitatem redigentes oẽm intellectum in obsequiuz xp̃i. Et in prõptu habẽtes vlcisci oẽz inobedietiam cũ impleta fuerit vestra obedientia. Vide qualia arma describit Apls q̃ spiritualem efficatiam habeant, & multo maiorẽ corporalibus vndiqꝫ vincendi potẽtiaz Hæc arma & clipeos & omnem armaturam fortium spiritualem quidem ecclesia dei viui q̃ domus dei iuxta Apostolũ est: Et templũ magis eõ tinebit, vt viuida arma viuentes decent, & spũales animas. Audi quid ait Apostolus in huiusce domus cõmedationem in Epla ad Hebręos. Necesse est ergo exemplaria quidẽ cœlestiũ hijs mũdari: ipsa autẽ cœlestia melioribus hostijs ꝑ istis Comparatur virgo turri dauid cum ꝓpugnaculis: & ipsa eademqꝫ dilecta sponsa. & parens cui proxia est analogia ad omneis verbigẽnas. Turris dauid est vt vnitatem, vnum idemqꝫ similitudines istas intelligas. Si murus est (inquit) ædificemus super propugnacula argentea: ipsa vero de se respondit. Ego (inquit) murus. Sed qualis & ꝙtus murus, nisi vnꝰ, qui etiam multiplex. Ex quo vniuersum domus dei ædificium, turris & munimentum consurgat. Et quid mirum si murus, quando illa domus dei sit quam ædificauit sibi sapientia siue in qua ædificata est ea domus: S. Ignatius in epistola ad Smyrnenses. Ergo (inquit) verbum habitauit in carne: sapientia ædificauit sibi domum in: epistola ad Epheseos. & in principio verbũ, postea vero & hominẽ ex Maria virgine. Et paulopost. Ipse autem filius dei, ipse in vtero portatus a Maria. Idem in Epistola ad magnesianos. lege Epistolam. S. Dionysij ad Titum de domo sapientiæ. immẽsitati quadãratione (vt antea diximus) confertur, vt vnũ multa sit: & multa perfectione vnum. Fuit etiam singulari ratione turris Dauid, Dauid quidẽ veteris: cuius ille senior typũ gerebat, & vmbraquædam & imago futuri erat dauid. Omnium veteris testamenti patrum vnum exemplar fuit, dominus Iesus Christus. duplicez Adã iuxta Apostolum legimus. vnum in animam viuentem: alterum in Spũm viuificantem. Et duplicẽ Dauid etiam ex scriptis Prophetarum intelligimꝰ. Alterum Patrez: Filium alterũ. Sed qui anteqꝫ Pater esset, eternũ erat, & añqꝫ Abrahaz esset, etiã erat. Amẽ Amen dico vobis: anteqꝫ Abraham esset, ego sum. Illum mitem & mansuetũ: hunc ipsam mãsuetudinẽ. Apte Hieremias nouũ Dauid prophetat. c. xxx. Et non dominabuntur ei amplius alieni. Sed seruient dño deo suo & Dauid regi suo, quem suscitabo eis. Proinde totius mansuetudinis exemplar cõtinuit, omni veneratione dignissima virgo veluti turris Dauid, quæ ædificata est cum propugnaculis. de Eua (quam Hanẽ nuncupat septimius Tertulianus. vetustissimus theologus) dictum est. Et ędificauit dominus deo costam quam tulerat de Adam in mulierem. Edificauit igit optimus architectꝰ deus

domū æuam: ex qua ſecundum carnē filij Adā
educerentur, edificauit matrem ſuam in omniū
filiorum ſpirituale edificium: & cęleſtem domū.
Sed cum propugnaculis illis quidem argenteis
vt in ſequentibus dicet diuinorum eloquiorum
quæ ſunt eloquia caſta argentum igne examina
tum, purgatum, ſeptuplum. Hīs erat ſupra oēm
ſortem incōparabiliter conſpicua puriſſima hęc
ſponſa. Poſſumus hic quia ſimpliciter dicit au
rea propugnacula intelligere, ſicut & Hieruſalē
aurum mundum eſt. Eſt & ipſa Hieruſalem ciui
tas noua deſcendens de cœlo, ob cœleſtiū in ea
eminentiam & rationem nedum imitationē. Pri
mogenita poſt Chriſtum ante omneis filias. A
deo (inquit) paratam ſicut ſponſam ornatā vi
ro ſuo. Et viden vt aperte ſponſa ibi ſponſa di
citur. Quod ſi de eccleſia itelligas: multo magis
de virgine matre: q̄ principium ante omneis (vni
genitum filium dei ſemper excipio) totius eccle
ſiæ eſt. in auro mundo: quid niſi puritatem ſpiri
tualium ſenſuum, in ipſa conijcias: q̄ talium ſa
crorum admirabile & abditiſſimum erat repoſi
torium? diuinas igitur gratias chariſmata & vir
tutes in ea intellige. Sed q̄ tales & tantæ ſint vt
totius cœleſtis ędificium admiranda ſint propu
gnacula. Fuere em̄ eius virtutes ob admirandaz
& multiplicem efficatiam & vim, non ſolum ſui
tuitio aut præſeruatio: ſed toti? Hieruſalem ciui
tatis: nedū domus firmiſſima tutela: nec ex auro
modo illa erant pro pugnacula, ſed ex iaſpide: ſi
quidem ineffabili viriditate & cœleſti vigore mi
cantia, ac dñi Ieſu ſanguine tiſta ſancta & firma
ta erant, & ex caſtello & canalibus diuinę matris
in omnē eccleſiaz diffundebatur. Atq̄ largo im
petu vniuerſam eccleſiam dei letificabat, de quo
ſcriptum eſt. Fluminis impetus lætificat ciuitatē
dei ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.
Sed quo magis, q̄ ſanguinis ſui flumine lætifi
cat, aut ſanctificat? Sanctum enim quaſi ſangrie
conſecratum, ſiue a ſagminibus quæ legati po
puli Romani ferre ſolebant ne quis eos violaret
proinde ſanctum quaſi ſancitū munitū & ab oī
iniuria defenſum. Et fundamenta muri, ciuitatis
oī lapide pręcioſo ornata: ſtatim pauca de mul
tis enumerat. Et vide in lib. paſtoris. ſi forte ille li
ber recipiendus eſt, ex qualibus lapidibus tota
ędificij ſtructura cōſurgat: ex lapidib?, ſ. q̄dra
tis, virtutis nimirum ſedes quadrata, cęleſti Hie
ruſalem aptiſſima. Ob eam cauſam fortaſſe dñs
petram firmiſſimā ſe dicit, ſup quā fundata fuit
domus dñi. Et ſuper hāc petram (ait) ędificabo
eccleſiam meā: & porte inferi non præualebūt
aduerſus eam Lege Anthio. in Baſilium: & in li.
quod xp̄s deus eſt. At huiuſmodi diuia eloquia
ſunt, vt ex vno aliud intelligant. Et eccleſiam igi
tur ſuper Chriſtum dominum fundatam, & ſu
per venerandam eius matrem intellige vel maxi
me. Siquidem & ſupra verticem omnium mon
tium fundata erat. Id quod antea quoq̄ dixim?
Poſſum? propugnacula, conijcere omnium nu
minum cœleſtium cuſtodiam, atq̄ ſanctorū om
nium quæ haud dinumerabilis ſit frequentiam.
quæ magis in venerationem ipſius virginis q̄
in pręſidium accederēt: niſi pręſidium & robur
inde forte ſumpturi. Et vt propugnacula ſibi eſ
ſent ex illa eademq̄ turri ſortirentur. Poſſumus
admirandas, ineffabiles, innumerabilesq̄ digni
tates diuinas hęc ꝓpugnacula interpretari. quę
peculiari? ſint, iā iam pręſeruatę virginis propu
gnacula. Hę veluti corona quędā ipſius reginæ
mundi erant, q̄ in eiuſdem mirabile decus & vl
tra omnem rei conditę ſortem ſibi cederēt. Quā
q̄ enim domum ſapientię generaliter in oia cō
dita videatur inſerpretari. S. Dionyſius, tñ poſt
dñi humanitatem ea domus taz p̄cioſa, tam pul
chra, diuia mater intelligenda, templū tabernā
culum & dom? dei. Edificare (inquit) ſibi domū
ſapientia dicit, & in ipſa, ſolidos cibos & pocu
la craterēq̄ ꝓponere, vt omnib? dīa digne cōij
cientibus p̄ſpicuū ſit, illū eſſe perfectam prouidē
tiam, q̄ omnibus vt ſint, ac bene ſint, auctor eſt,
& cauſa: & procedit ad oia: & omnib? fit: & oia
continet. q̄to magis iſta diuiuę matri conueni
ent in qua homo factus eſt. quādo ſanctus Igna
tius poſt Paulum dicat, qui factus per Mariam
ex ſemine Dauid qui vere natus eſt ex deo & ex
virgine. quia hoc ipſum eſt quod eſt deus Dio
nyſius. iij. de di. no. cum ad contuendū corpus
illud quod auctorem vitæ deumq̄ Ceparat con
ueiſſenus & ſacer Hieronymus. Ipſe eſt dei virt?
& ſapientia, quæ in vtero virginis marię ædifi
cauit ſibi domum. Mille (inquit), clipei pendent
ex ea & omnis armatura fortium. Paucis recen
ſitam ab Apoſtolo armaturam dei in medium ꝓ
fert: in qua vnum ſcutum fidei eſt, quo nequiſſi
mi tela extinguntur. Siue clipeus vnus deſcribi
tur. de quo iterum in p̄s. lj. dictum eſt. Scuto bo
nę voluntatis tuæ coronaſti nos: & iterum Scu
to circundabit te veritas eius. non timebis a ti
more nocturno. De quo Scuto fidei ſimpliciter
de Propheta teſtimonium aſſumens dicit Apo
ſtolus. iuſtus meus ex fide viuit: quæ paſſim de
quocumq̄ iuſto ſimpliciter dicta intelligere de
bemus. At cum de matre domini ſermo eſt am
plius aliquid dicitur. Mille (inquit) clipei pen
dēt ex ea fides ſiue veritas: aut bona volūtas tīn
clipei dicuntur. Et pro iuſtorum tuitione ſpūali
ter deſcribunt. At mille clipei, oīz virtutū, gra

tas dei ſingulariter dicat: vt ciuitas Dauid quē admodum antea diximus: propter inhabitantez Dauid. Subdit: Fundantur exultatione vniuerſæ terræ. Illa quidem pręcipua terra atq; vniuerſalis inſtar λόγου ideſt verbi vt ex Victorino dixi mus, quam benedixit dominus. Mons Syon latera aquilonis ciuitas regis magni. Et ſubdit Suſcepimus deus miſericordiam in medio tẽpli tui Quale igitur illud templum: qualis ea domus in cuius medio ſuſcepimus miſericordiam? Repleuit hic etiam virginis mons vniuerſam terram. vt dicere poſit dominum poſſit. Magnum eſt nomen meū in gentibus, & in omni loco ſacrificatur nomini meo q̄ tū quidez fas eſt, ad honores poſt vnigenitū dines, (qñ etiam eius honor meꝰ eſt) hoſtia mundana. hoſtia quidē laudis & exultationis. Quis eſt qui non exultet in huiꝰ nomine diuę virginis & matris. Quidam iſtud explanarunt de populo Iſrael, de ipſo ſcilicet veniente in terram Iuda, in terram ꝓmiſſionis, in qua thuriferi montes erāt, & montes myrrhæ. Et qđ illo veniente, veniſſe domin⁹ dicatur: qui in columna ignis & nubis, eos per diem & noctem prę ceſſerat. Sed ſi de illa terra: quaz benedixit dominus, in qua omnia pertinentia ad ſalutē inuenies omnia ad amęnitatem, ad felicitatē, nullibi poſt deum, bonum optimum illud quidē & oī aggregatione perfectum: q̄ in cœleſti virgine inuenias. vt merito mons dei, mons ſanctus eius omni præconio laudis offeratur. Et nō modo vnus mons eſt, ſed montes plurimi. Sanctiſſima trinitas, vnus mons eſt & plures montes. Quis (inquit) aſcendit in montē domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius. Et iterum. Illuminans tu mirabiliter amōtibus æternis. At quinam montes æterni: ni Pater Filius & Spiritꝰ Sanctꝰ. De quibus etiam (quāuis quidem, de angelis, interpretentur) & illud dictū eſt. Montes in circuitu eiꝰ dominus i circuitu populi ſui. Accipite quoſcūq; montes in quibus aliquid diuinæ ſignificationis inuenias. Omneis illos in ſacratiſſimam deiparā conferre potes. Mons Sinay eſt: in quo lex immaculata dñi conuertens animas: ipſum quidem verbum ęternum nobis exhibitū eſt. Mōs Thabor eſt: in quo tranſfiguratus eſt dominus. Siquidem exinaniuit ſemetipſum: formam ſerui accipiens: in ſimilitudinem hominū factꝰ: & habitu inuentus vt homo. Ille ſiquidē mons eſt de quo meminit Eſayas. Et erit in nouiſſimis diebꝰ ꝑparatus mōs domus domini in vertice omniū montiū. Et excelluit illa quidem oēm montē excelſum merito, & gratia. Tres ſanctiſſimos montes celebrāt: mōtez Sinay obdatā legē. Thabor, propter victoriam barahi: & Carmelū, quia ibi deſcendit de cœlo ignis ſuper ſacrificium Heliæ quos oēs longe excelluit hæc ſanctiſſima dei parens, ſanctitate & rebꝰ geſtis in ea. Et obſerua vt omnis fragrantia, omnis immortalitas, oīs pulchritudo, oīs decor, in ea eſt. Et ꝑparatū i ea domino ſanctū & admirabile habitaculum: in quo ſteterant oēs ſancti, Ille nimirū locus de quo dixit Iacob in Spū. Vere dñs eſt i loco iſto, & ego neſciebā. Pauenſq; & terribilis (inquit) eſt locꝰ iſte. Nō eſt aliud niſi domꝰ dei, & porta cœli. Et quod ſpūaliter intelligendū ſit, ex gloſa hebraica manifeſtum eſt: quę dicit. Iacob vidiſſe domū dei ędificandā in terris: & domum dei ędificandam in cœlis. Vtrunq; de virgine ſemper gloriоſa ſane & myſtice intelligitur. Quę terra fuit benedicta: & terra viuentium. In cuius laude dictū eſt: (quid em̄ in eius cōmendationē nō ſuſcipietur?) Credo videre bona dñi in terra viuentium Et ſi de cœlo dicat dominus: cœlum mihi ſedes. Nimirū lōge peculiarius de eadē illud idē dicit. q̄ olympus fuit: hoc eſt cœlum, mōs (vt ꝓximæ diximꝰ) eleuatus ſupra vertice oīm mōtiū. mons quidam imitatione quadā diuinoꝝ mōtiū: quō ſancta ſanctaꝝ & virgo virginum. Hierony. ſiue Origę. Homilia. iij. in cāti. cāti. vnde puto (ait) quod merito etiā ſaluator nr̄: qm̄ & ipſe dicit lapis de monte excīſus ſine manibus, & factus eſt mōs magnus, ſicut rex regum & pōtificū pontifex. Poteſt etiā mōs montiū appellari. Nimirum igit & virgo virginū imitatōe tāti ſoli. mōs mōtiū erit: q̄ capaciſſima verbi facta, in qua vez crebris ſenſibus, & copioſis veluti perhēnibus ebullit fluctib⁹ (ait Hiero.) Vis apte videre mōtē oreb fuiſſe. Audi quid ait ſcriptura. Cūq; (inquit loquēs de Moſe) minaſſet gregē ad interiora deſerti: venit ad mōtē dei oreb: apuitq; dñs i flāma ignis de medio rubri. Et ſubdit cernēs aūt dñs: quod pergeret ad videndū vocabit eam de medio rubri: & ait: Moyſes Moyſes: q rñdit, ad ſū. At ille: ne appropies (inquit) huc. Solue calciamētū de pedib⁹ tuis: locua em̄ in quo ſtas terra ſancta eſt. Nimirū de beatiſſima virgine myſtice & iuxta allegoriā itelligens. q̄ yperagia terra & ſuper bñdicta fuit. Sed de hijs hactenꝰ. Vadā (inquit) ad mōtē myrrhæ. Legimꝰ complures pulcherrimas in veteri teſtō fuiſſe & virgines & venerādas mres. Sed ad nullā dictū ē. Vadā ad mōtē myrrhę: & ad collē thuris. Eiꝰ haud dubie laudes oēis excedunt laudes, quia bñdicta ſup oēis fęmias angelos vicēs puritate, vt oēis ſanctos ſuperās pierate. Nihil quippe cādoris nihil ſplēdoris eſt: qđ non reſplēdeat in ipſa: quę nec primaz ſimilē viſa eſt, nec habere ſequentē. Poſſumꝰ hūc mōtē & collē iterptari de cruce dñica. Qñeadē

mõs Syõsittuxta Cyp̃a.in li..de Syõ & sina mõ tib⁹, & oiz in eovirtutũ & bonor̃ fragrãtiã sor titi sum⁹. Ob quã dicebat Apl's.xp̃i bon⁹ odor sumus,qui tantũ in cruce & in hoc cœlesti mon te gloriabatur. Absit mihi gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Chtisti. Victorin⁹. Hic est de us, λόγος totus, νοῦς totus,tota sapientia op̃s, subsantia subsantiua. Quem veneramur quem colimus,solo Spũ viuentes, ipsius nutu & volũ tate in ipsum erecti,gratia crucis,miserante nos domino nostro Iesu Christo. Cui est omnis ho nor & gloria. Amen.

Libri Quinti Homilia.xj.

TOta pulchra es amica mea & macula nõ est in te. Laudauit a plu ribus virginẽ. Nunc in vniuersum commendat. Nec antea totam pul chrã dixit. Nisi cum primum advir ginem, ab eodem vnigenito vẽtum est, pso Spi ritu superueniente, virtute altissimi obũbrãte & inefabilem candorem, pulchritudinem & deco rem incõparabili elapsu infundente. Dixerat p, xime, vadaz ad montẽ myrrhę & ad collem thu ris: & intelligendum est illũ iã iam venisse & car nem pulcherrimam & candidissimam pulcherri mum verbum ex virgine susceptisse: cuius formę & multiplicis virtutis speciem cum persensisset, ait. Tota pulchra es amica mea & macula nõ est in te. Quã ipse omni ditauerat virtute: & ab om ni peccato immunem fecerat: eandem ab omni pulchritudine laudat. Tota (inquit) pulchra es amica mea. O venerãda & mater & dilecta mea. Adeo sublimis & omni virtute præstans ac exal tata: vt mater esse merearis: vt amica: vt soror: vt sponsa. Paritas nempe virtutis & immaculatę vi tæ, amicitiam facit. Tota pulchra es: Pulchra in terius, pulchra exterius. Pulchra corpore: vnde sumpta es humanitas mea: qui sum verus quidẽ de⁹ & homo, verbum illud ęternum a seculis ab sconditum, nunc in nouissimis diebus toti mun do reseratum. Meo quidem inefabili aduentu & diuino contactu, cęlesti simul & corporeo inco latu, tam pulchra es: & per te omnes, quos admi randis sacramẽtis dignabor & mea susceptione, Plusq̃ cęlesti & diuina peruenit (ait Origenes) diuina virtus vsq̃ ad corporis gratiam: cum in eo vel castitatis domum continentiæ aliorunq̃ bonorum operum collocat gratiam. & corpus quod assumpsit Iesus cõe cũ sponsa cubile. quã do per ipsum ecclesia & proinde q̃is aia Chri sto sociata sit, & participium verbi capere potu it, secũdũ quod mediator dei & hoinũ dicitur: quoniam in ipso habemus accessum per fidem. Sed pulchrior mente: Siquidem voluntarie sacri ficasti mihi: & cõfessa es nomini meo. Sacrificiũ quidẽ laudis & iustitię mihi sacrificasti: si oẽis tã tæ virginis particulas prosequar, vndiq̃ pul chra es. O cęlestis dei mater fęcunda est memo ria tua, & proinde pulchra, quæ rationibus ęter nis plena est. Pulcherrima intelligendi vis: quę il lo verbo itelligit, quo cœli firmati sunt: & illo eo dem Spiritu, quo omnis virtus eorũ exsurrexit: quo oẽs sancti sed non eadem sorte affiati sunt. Quid loquar de voluntate, quæ in salutem om nium dedit consensum, quam ingens insignivit charitas, humilitas, amor, Amor in ea iustitię ad mirabilis quam miris effert laudibus Tertulian⁹ libro.ij.aduersus Martionem. bonitas (inquit) operatus est mundum, iustitia modulata est, om nia vt bonitas concepit. Ista iustitia distinxit. to tum hoc iudicabo, dispositum & ordinatuz est. Omnia iudicia sunt creatoris, ipsa iustitia cũ au strice omnium bonitate, prodiit, & ipsam inge nitam deo & naturalem deputandam: quæ inuẽ ta sit arbitratrix operum eius. Ita (inquit) omne eius iustitię opus, procuratio bonitatis est. Ipsa igitur diuina parens deum propter se & omnia proprer ipsum amabat. Eminebat in ea spes: quę virtus amorem commodi (quem vocant) con tinet: hoc est (vt alio vocabulo explicant) con cupiscentię amorem. Nimirum quo nobis non nihil commodi optam⁹, de quo in p̃s. cxlvij. In clinaz cor meũ ad faciendas iustificationes tuas ineternum, propter retributionem. Sed is omnis amor, in amorem iustitię, & totius in deum reue rentię erat prorsus conuersus: & mirabili quadi virtute spes in charitatem conuersa. Deniq̃ om nes virtutes pene in amorẽ assumptæ. Tanta vis amoris in ea erat. Intelligebat illa vno lumie om nia: vt supernæ mentes suis immissis specieb⁹ sin gula norunt. Sed meliore c̃q angeli vt dixim⁹ cõ ditione atq̃ in hunc modum aliæ pro differenti bus participatibus domini sponsæ & amabat & vim omnem voluntatis siue appetitus vna chari tate exercebat. vt admirabili quadam virtute in diuinam imitationem conscenderet. Ibi diuina mente scilicet vnus actus charitatis & cœlestis a moris, quo in vniuersum accensa erat. Nec intel ligendi vis appetendi id quod mirum & præter rerum naturam videbatur alia magis insignieba tur virtute. Omnia charitas illustrabat. Omnia charitas, erant: omnibus illa permixta erat: velu ti aurum in vestibus Aaron. Vt solum ille actus promunere videretur. Omnia etiam in ea iusti tia, quã plenitudinẽ diuinitatis interpretat septi mius florens Tertulian⁹. vt pote exhibentẽ deũ

perfectum & patrem & dominū,patrē clemētia dñm disciplina:patrem ptāte blanda, dominum seuera: patrē diligendū dñm timendum. Sed ad dilectā redeam⁹. Accipite O mortales vim in ea irascibilem aut concupiscipilem siue rationalez. Oēs in ea plenę deo sunt.contemptis mundanis oībus,solis ęternis inhiabat.nihil pręter salutem aeoniā.i.ęternam vel tantulū cogitabat:nō alia q̄ q̄ ad eandem ducerent,faciebat:vere admiranda omni insignis magnanimitate & fœlici quadam spe. Cōcupiscibilis eius amorem vnigeniti dei filij & totius trinitatis resonabat. Rationalis vero artem diuinam incredibili sapientia meditabatur. Oīs in ea prudentia illa q̄ maxime Spiritus prudentia,quę singulas tum vires,tum uirtutes dirigit.scientia quoq; intellect⁹, postremo quicquid eam partē insignire poterat.q̄q̄ & vires ipse & virtium actioēs a dño deo suo sublimatę essent,vt non humanum aut angelicum quic q̄ in ea videretur:sed diuinum sed vltramundanum totum: deinceps(inquit Hieronim⁹).Tota(inquit)pulchra: quia nec peccauit nec etiam peccare potuit. Ideo super oēis bñdicta: Angelica numina peccare potuerūt:& plerique averitate exciderunt. At beatissima virgo statim a p̄mo ex ortu & conceptu suo super oēis ignara delicti in virtute in gratia sancita fuit:Et vt(aiunt)confirmata:vt tota pulchra esset, q̄ nulli subiacere⁊ maledicto. Eternitas omne tp̄s & tēporis mometa ambit. A verbo æterno ab ipsa collaudatur & in effabiliter illustratur eadē diuina virgo,ęternitate:idq; rōne peculiari supra oēis quod ęuo insignior supra oēs sit.In oī igitur tp̄e verissime laudatur.Ergo in oī tp̄e pulchra,insignis speciosa. Nullū igitur tempus in quo non fuerit pulchra. Quæ pie,ad catholicam & sanā intelligentiā dicta sint. Tota(inquit)pulchra.ait. Ac si diceret videretur oī tempore pulchra. Nec iniuria siquidē in pulchra iam iā ęternitate seu summo ęuo agebat:haud quaq; in tp̄e:existimant alioqui sanctorū beatitatis mensuram,ęternitatem esse. quī igitur super beatæ & supersanctę virginis mensura erit?quæ post vnigenitum proxīe ipsam referre videtur. Siquidem in eius conspectu qui mundi spēs & pulchritudo est:imo immensa pulchritudo Cœli ipsi nō sunt mūdi. Sola virgo super benedicta iuēta est:q̄ esset tota pulchra: veluti vna & singularis verbi diui amica.Et obserua ex hoc loco vt ex alijs plerisq;:hoc epithalamiū sacratissimę virginis p̄cipue dicere & continere laudes: id quod frequenter cōmonuim⁹:nec iniuria sanctissimi patres pro celebri natali virginis in ecclesijs legendū statuerunt.Si ecclesiā accipias ī quā ista conferātur:ęthiopissa est:fusca est: & deco-

lorauit illam sol:fornicatrix mulier est: aut fuit. Quam tamē susceptt Osee in typo domini, qui ecclesiam degentibus tam etsi fuscam & ingricā tem, desponsauit. Ad quam ait verbum diuinū. Tu fornicata es amatoribus multis: sed veni & suscipiam te. Singularis hæc laus & totius pulchritudinis encomium.(Quod vt diximus omne tempus,pro dignis pręconijs complectitur) vix alicui præter hanc vnam etiam si ecclesiā accipimus conuenire possunt. Si quācunq; suscipias animam:sit illa vt vis perfecta: aut imperfecta,illi hæc verba conuenient nunc̄q;.vt tota pulchra sit.Siquidem (vt Apostol⁹ & sancti omnes vere quidem autumant)omnes in Adam peccauerunt.Et prętervnum dominum & proinde super sanctam eius matrē, nasci filios ire affirmāt, quæ gratia præuenta longe omneis antecelluit. numerans sacer Hieronymus omneis veteris testamenti patres,peccato vniuersos obnoxios inuenit.Quomodo igitur illi,quęcunq; sit illa anima olim peccatrix dicetverbum æternuz: omne vt diximus hac laude ābiens,tempus? Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. Sola igitur fuit supersancta virgo sine peccato:sicut virgula fumi exurgens,cui mirifice ista cōueniret:in cuius vnius laudes ecclesia:quæ ab Spiritu Sancto dirigitur, caneret in persona verbi, Tota pulchra es amica mea & macula non est in te.Et nos omnes simul iubilando sed cumvnigenito & Spiritu Sancto,(si tantum non sit audere superbum) Cantemus. Tota pulchra es amica mea & macula nō est in te.Tota vero pulchra quæ nullam labem contraxit:quæ nescisit: imo nec scire potuit(si magno Alberto & sanctis credimus)maculam:quam Spirit⁹ Sanctus sibi singularem elegit quā iugiter, idq; vltramundana sorte, inhabitaret domū. Subdit & maeula non est in te.vnū aliud cōsequit̄.Et ex præcedenti cō sequēs inferr. Quomodo em̄ tota pulchra eēt: si in ea esset macula:si vlli posset esse delicto obnoxia.Habet ipsa quidē potētia siue maculę contrahendę vis siue potestas q̄ in potētia magis est nō nihil imperfectiōis,q̄ huic cœlesti virgini cō uenire haud possunt. Ingenti & inefabili plena lumine:nihil tenebrarum tempe poterat. Repleuerat nanq; illam ab initio sol iustitię: vt nihil sibi contrarium quale peccatum est, habere possit.Fœdus erat illi cuz domino & deo suo:vt nū q̄ ab illo separaretnr. Erat enim arca fœderis: & signum iam iā pro oīm salute in cœlo positū. Si signū dñi,quo pacto caracterē bestiæ vlla re ad misisset? Audi quid ī Geneli dicatur. Arcū meū ponā in nubib⁹ cœli: & erit signū fœderis inter me & iter terrā.Subdit.Eritq; arc⁹ me⁹ ī nubib⁹:

& videbo illum: & recordabor fœderis sempiterni. Quod pactum est inter deum & omnem animam viuentem, vniuersæ carnis quæ est super terram. Hunc cœlestem arcum quid vetat quin iuxta mysticos intellectus intelligamus virginē. Et viden vt in nubib⁹ cœli est, & super omnē terram. Quasi media inter deum & homines, peccato & maledicto hominū nequaq̄ sit obnoxia: propter quod interius exteriusq̄ tota erat deaurata: hoc est diuina illa quidem aurea quam vocant & regali imitatione plena. Vis etiam illam videre vt nubes sed tota candida est? Audi quid dicit Ioannes in Apocalypsi. & vidi (inquit) & ecce nubem candidam: & super nubem sedentē similem filio hominis: habentē in capite suo coronam auream: & in manu sua falcem acutam.

Quæ enim alia hęc nubes candida est: nisi cœlestis virgo deipara, quæ tota candida & pulchra est? Quæ nunq̄ terrena, sed prsus cœlestis erat? Habet ipsa nubes diuinam significationem. Precedebat dominus filios Israel in nube: & nubes lucida, q̄ Spiritus Sancti erat significatrix obūbrauit Apostolos. Et virt⁹ altissimi instar nubis obumbrauit virginem. Nubibus cęli mandatur ne pluant super terram. Id quod de deiferis viris interpretantur. Sed nullam nubem lucidam legimus: nisi cœlestem virginem. Hæc mira vbertate pluit super terram: & totos nos cęlesti rore inundauit, quæ sedes dei est: ipsa vna Spiritus Sancti longe excelsiore ratōe q̄ rebeca significatrix. Quia igitur nulli terrenæ maculæ erat obnoxia cœlestis nubes dicitur. Tota igitur pulchra: pulchra sanctitate, pulchra fœcunditate, pulchra virginitate, pulchra vna filij super sancta inhabitatione. Pulchra Spiritus sancti obūbratione, pulchrior cœlo, pulchrior syderibus, speciosior angelicis numinibus. Pulchrior vniuersis, ipsa sanctitate pulchrior, pulcherrīa vno admirabili verbi contactu. Oia suscepit (vt paulo aī diximus) ex filij & verbi pulchritudine. Cum vere verbuz diuinum & sapientia ex eadem beatissima semp virgine, suam super sanctā suscepit humanitatē. Quo in ea aliquid singulare & supra omnem cōditam sortem esset. filius (ait victorin⁹) vita est, imago igiturvitę anima: & quo purior & celsior anima eo expressior est imago: Anima inquit cūsno νῶ abeo qui νόυς est, potētia vitæ intellectualis est. Nam νόυς est ad νόυν quidem respiciēs. q̄to magis verbigena verbū concipiens, vt verbum, vt filius dei, ex tā cœlesti virgine pulchraz humanitatem siue carnem nostræ similem excepta peccancia (vt aiunt) susciperet imago superlestis erit? Quale ibi quæso fœdus, vbi in similitudinem quandam mirabilem creator & creatura committerentus: & proinde sanctissima (vbi pene mutua invicem beneficia) amicitia. Tum primum veræ amicitiæ iura non antea comperta. Tria ibidem illius retinacula amicitiæ: quæ etiā in quadā inequalitate consistit. De beniuolētia & cōcordia taceo: quæ in matre & filio supra q̄ dici potest mutua & stata erat. beneficentia vna super erat, quæ a creatura reipsa ipso (vt sic dicā effectu in oppificem ipsum, propter conditoris immensitatem, & nullius rei aut perfectionis suscipiendæ potestatem, manare non poterat. Sed nouum genus beneficentiæ inuentum est. Noua quædam beneficij a creatura in creatorem (si dicere par est & tantum audere pium) munificētia & ratio: quo tandem invnam sinceram peruenirętur amicitiam, in sanctissimum fœdus, super sanctæ vcz ipsi⁹ quidē humanitatis susceptio. Diximus de amicitia quæ inequalitate cōsistit. Ob beneficiorum mutuam quandam redditionem Maius dignum aliquid a creatura in creatorem (si dicere dignum) accessit: vt amicitię, quę inexcellentia est, vtrinq̄ inueniretur ratio. Quia filij oēs ob creationem dei omnipotentis sumus. Et ipsa simul filia ob eandem causam. Ipsius igitur in parentem deum amicitia, illa est, quæ inexcellentia consistit: ipsa excellentia in partes diuinas concedente: in illis vltra omnem modum consistente: Contra verovides ne vt qui deus erat immēsus atq̄ infinitus, filij hominis, rationem immo veritatem induit: & tāta charitate sua ab ista (quaz laudare nitimur) matre suscepit. amicitiā iniuit pulcherrimam: fuit enim illi maxima quædam cōmunicatio ad deum secūdum quod illi suam beatitudinem q̄tam maximam communicauit, & longe celsiore ratione q̄ cæteris cōicet: hic autem amor, q̄ maxima charitas, quæ homini sad deū amicitia est si aquinati immo cœlesti Dionysio credimus. Sed quę in excellentia esset cum eadem veneranda matre sua. Ipsa excellentia ea ratione & iure quodam materno in matre manente: cui etiam subditus esse voluit. Et erat (inquit) subditus illis. Est igitur amicitia quæ in excellentia est. hoc tanto miraculonullibiq̄ hic inuento. Est igitur amicitia quæ tota in æqualitate est, in amicitia quæ inexcellentia est: & contra, quę inexcellentia cōsistit, in ea est: q̄ inequalitate est: ex quibus (inquit Hierotheus in amatoris hīnis) obtinet atq̄ dīnatur oībus cā illa absolutissima amoris oīs oia longe antecellens. & ad quā intēditur p modo cuiusq̄ substātiæ. Amor ille integer atq̄ vniuersus, qui ex hijs quæ sunt omnibus nascitur. Ex causa illa primaria amoris, amorem inexcellentia commīcere potes, quę similis est luci in oīa trāffusæ. Sed ad rem ipsam.

Videbitur istud miraculū: sed considera omnia supra oēm rerū facultatē ibi esse diuinā oipotentiā omnia: efficere supra captum omnem posse. quādo dñs pcipit (ait Anthioche.) ne quęras vt iuxta hūanū morē opa perficiantur. Erat em̄ diuina gr̄a, q̄ oia diuerso modo opatur. & virtutes oēs (vt antea diximus) in vna charitate propter vī eius maxīaz consistere. vt oēs intelligendi actiones in vno diximus virginis esse iuīe: vt quēadmodū alię dię ratōes suo modo in ea erāt haud aliter vnitatis & tantę simplicitatis rō. vt q̄ supra oēz naturę facultatē deū genuerat & hominē, longe celsiorē hēret intelligendi & dia efficiendi ptātē. Et haud dubię quadā dia & si dispari imitatione, vt bonitas ibi sapientia est: & ea dē bonitas, magnitudo. Atq; in eū modū de oibus pulcherrimū nectas miraculū: haud aliter in ea virgine, q̄ pxia, ingenti gr̄a & mirabili nexu ad deū accessit, bonitas in sapientia est, virgīitas in charitate: & in hunc modum consequēter de alijs differatur: vt de amicitia q̄ in oī æqualitate est, & q̄ in excellētia cōsistit differuim⁹. vere igit amica oipotētis regis: in quavna ois amicitię rō inuēta esset. De quib⁹ vt de alijs cōmunib⁹ salua semper fide disceptam⁹ nihil ipsi veritati aut alijs q̄ meli⁹ sentiēt p̄iudicātes, imo vero oivoto i orthodoxæ fidei ptes cōcedētes. Macula (igt) nō est in te: nō corporalis quā fomitē aut cotruptionē naturæ vocant: non ipsius aīæ siue illa actualis siue venialis aut originalis sit. Id quod sacratissima consilia. & sanctissim⁹ ecclesiæ ritus, celebri decreto sancierūt. Existimabāt plericę ex cōtractu naturæ corporalis infectæ: hanc inuri in aīa maculā. At vniuersam illam tum cū corpori cōmitteretur aīa, p̄uenies abstulit dñs. Sustulit in ea illam (nec iniuria) inficientē legem vniuersam. Non em̄ (ait) pro te sed pro ceibus hæc lex constituta est. Quæ nā igitur in ea super est macułæ, aut labis ratio? Tota igitur pulchra (ait verbum æternū) es amica mea: & macula non est in te. Omnis in te omnium rerū conditarum quædam aliquo modo, & qua fas est. ratio, toti⁹ pulchritudinis veluti dea, absqua singulariter a me laudaris: q vere sum (ego sum qui sum dixit oliz ad Moysen) omnes existētiæ rationes mira efficatia eminenti⁹ in me cōtinēs. Speciosus forma præ filijs hominū. Alia interpretatio habet: iuxta Paulū hebręuz ego ero qui ero, quasi futurū in me pñs sit: vt p̄teritū p̄sens. Ob ea causaz ab omni tempore me laudat Ioānes: qui est (inqt) qui erat: & qui venturus est. Illa ratione tātā molitur assequi ac exprimere imitatiōe & quantū licet ęternitatē alioquin inexplicabilem. Vere igitur i te est o mater mea pulchritudo & tota pulchritudo. Quo pacto em̄ in te esset vera & tota pulchritudo & talis q̄ a me qui vere sum: collaudari mereret: nisi ex oī parte, ex oi tempore talis esset pulchritudo, quę nunc̄ nouisset maculam? Verbū æternum illā vnā matrem perfectissime in oēis diuinas similitudines continebat: q̄n (vt ait Dionysius) oib⁹ prouenit: vt sint p̄ modo suo pulchra quib⁹ secundū causam p̄sadest. At dei perfecta sunt (vt cecinit in deuteronomio Moses) opera perfectissimę igit pulchra beata virgo Maria dñi & dei mater. Sciuit nāc̄ & potuit dei clementia talem efficere. q̄ omniū etiam angelorū vinceret puritatem: in quam vt pote suā matrem perfectissimus mediator & redemptor, perfectissimum redimēdi genus (quod in p̄seruatione constat) exercet. Per bonam igitur consequentiam talem esse voluit: quæ illi esset tabernaculum & sedes, ab initio præparata: q̄ tota pulchra esset ī p̄teritū, in p̄sens, & de more diuino in futurū. Imitata est pro sorte vltra mūdana cęteras (vt diximus) rationes. De vnitate concluſimus proxime. Quid non igitur meliora charismata imitaretur: quēadmodum admonuit Apostolus: æternitatē videlicet: cui⁹ vel eminus, imitationem vt potuit in eā vnam rationez assequuta est: vt per oē tempus pulcherrima esset: & nulli vnc̄ peccato obnoxia: & illi merito committerentur: & similitudine quadā c̄tuz matrem dñi decet: qui nō in omni tēpore modo aut quo: sed in eadem (quę ipse est) tanta ęternitate pulcherrimus, & perfectissimus esset. Parata igitur sedes tua deus in seculum seculi. Psalmus. xlviij. Parata quidem a constitutione mūdi: vt sine macula esset, quam etiam possedisset dominus Initio viarum suarum, antec̄ quicquā facetet a principio ab æterno ordinatam, vt in eius persona Spiritu Sancto afflata concinit ecclesia. Pulchræ in eius cecinit quidam: quod licet decies repetitū tamē placebit.

Quod si siderei tanto splendoris honore
Fulget: vt æterno quo temperat ordine mūdū
Gestarit gremio: lactauerit vbere dulci:
Strinxerit amplexu: summoc̄ vocarit olimpo.
Quare illā in nostras opus est detrudere sordes?
Et turpi infestare luto, mortalibus ęquas.
Cui pater ęthereas mentes subiecit & astra.
Scrutandum potius si q̄ præconia iungas.
Eius ad innentas per pluria secula laudes.

Atq; vtinam tantus vir in libro de sacris diebus non cecinisset παραλογισμον in dubium vertens q̄ certissima sunt. Vt supra omnem perfectionem de illa diceret spō⁹. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Cui super sanctæ & virgini sit honor & gloria laus & iubilatio. Amen.

Libri Quinti. Homilia.xij.



Veni delibano ſponſa veni de libano veni. Coronaberis de capite amana: devertice Sanyr & Hermon: de cubilibus leonū: de montib⁹ pardorū. Ter admonetur ſponſa vt veniat ad ſponſum ſuum. In qua remyſteriū trinitatis diſcere poſſumus. In quo arcano ſacramento, olim (vt in numerorum volumine conſcriptum eſt), ter ſancto repetito nomine populus iſrael ſanctificabatur. Sic benedicetis (inquit) filijs Iſrael: & dicetis eis: benedicat tibi dominus & cuſtodiat. Oſtēdat domin⁹ faciem ſuam tibi: & miſereatur tui. Conuertat dominus vultum ſuū ad te & det tibi pacē: inuocabuntq; nomen meum ſuper filios Iſrael & ego benedicam eis. Viden vt ter ſancto nomine repetito benedicūtur. Hic amplius vt ad ſe veniat hortatur ſuam ſponſam dominus: & ſuper omneis veneraudam matrem ſuam: quę ſibi ſponſę & matris loco erat ſororis & amice. vt hanc quoq; ſponſam ſuam hoc eſt eccleſiam ſub hoc miſterio, ſacro diluaret lauachro, admonentur Apoſtoli. ite (inquit) baptiſantes in nomīe Patris & Filij & Spiritus Sancti. Reſpondent noua veteribus: & in hoc tanto myſterio ſponſi ad ſponſam incœleſti triclinio nexus eſt: de quo dixit Salomon. Funiculus triplex difficile rumpitur. Illuſtriſſimus titulus Chriſtianiſſimi trinitas eſt. lege Baſil. lib. ij. contra eum in hanc intendebant patres: omnes hanc inuocabāt: ex. ij. dedi. no. & ſupreme bonam trinitatem inuocauerimus. ibi vere ipſam Caſtiſſimis pręcib⁹ animoq; purgato ac peruio atq; ad diuinam idoneo cōiūctionem inuocamus tunc quoq; illi adſum⁹. Et .S. Gregorius Naziāzenus in carmine virginitatis πρώτη παρθένος ἐςὶν ἁγνὴ τριας ἕις θεὸς ἐν τρισσοῖσιν ἀνοιγόμενος φαέεσσι .i. prima virginitas Sancta eſt trinitas vnus deus in tribus apert⁹ luminibus, Hanc ibi & in calcem de rebus ſuis, & collaudat & miro affectu inuocat ιλαθι &c̄. ait. i. ꝓpiciare, & mihi præbeas, toti diuinitati admixtum letabunde te hymnis honorare continuis. Sed vide quid ait Veni de libano amica mea: veni de libano veni: coronaberis. Libanus mons ī paleſtina eſt vberrimus ille quidem: & candorē ſua interpretatione ſignificans. Vide ſi triplicem aſcenſum virginis ex hoc loco moliri poſſum⁹. Vt quidem ſit exortus ſiue aſcenſus ab eius cōceptu: qui totus eleuatus ſuper omneis alius cādidus fuit. Conſcendebat tum illa ad ſuum ſponſum, veluti aurora cōſurgens, pulchra vt luna, immo pulchrior ꝙ luna: quæ ſui defectuq; neſciebat. Tota in vniuerſum lucida, tenebrarum neſcia. De libano veniebat a candore, in candoreq; profecta. Proficiebat illa continue, meritis merita addens, & virtutes virtutibus incrementa oīq; gratiarum, ſibi largo ad augens prouentu: gr̄aq; pro gratia captans, nouā pro veteri, immo vero gloriam pro gratia, id quod perfectum eſt, ꝓ eo quod exparte eſt: vt volaret indefficiens: in illius feſtinans amplexus: qui ſpecioſus erat forma ſuper filios hominum. Iterum libanus quidam, ei⁹ ſuper ſancta natiuitas. Egrediebatur nempe a ſancto illo vtero, veluti dealbata innixa ſuper dilectum ſuum. Nec enim fuit tempus aliquando: in quo non illi eſſet iuncta: illi tam excelſo innixa. Iterum aſcenſus ſed mirabilior cæteris omnibus: ab eo tempore: quo concepit redemptorē mundi: dato ī omniū ſalutem In hęc pijſſima oi plena humilitate verba, cōſenſu. Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Aſcendebat nimirum de candore vnigeniti filij ſui: de illo ſublimi monte qui lapis antea, iuxta teſtimonium Danielis creuit, in mōtem magnum, & repleuit vniuerſam terraq;. Hic eſt ille lapis: de quo dixit ſanctiſſim⁹ Iacob. inde paſtor egreſſus eſt: lapis Iſrael. Hæc vna omnium mirabiliū vincit admirationem. deum illi principium, profectuū finem, & conſummationem eſſe conſtat. Principium quidem omnis boni eſt, & ſanctæ benedictionis. Quoniam præueniſti eum (inquit) i benedictionib⁹ dulcedinis. Ob quam cauſam mia & veritas eius ſanctiſſimam præcedunt faciem. & ī. p̄s. lxxvij. Cito anticipet nos mię tuę, quia pauperes facti ſum⁹ nimis. Sed q̄nam miſericordiæ, niſi ille quę antiquitate ſua oīa p̄uenīūt: de qb⁹ in. p̄s. lxxxviij. vbi ſunt mię tuę antiq̄, ſicut iuraſti Dauid in veritate tua. & de hoc initio ꝓfectuū Apoſtolus ad Hebræos. Participes enim Chriſti effecti ſumus, ſi tamen initium ſubſtantię eius vſq; in finem firmum retineamus. Et viden vt pulchre ab æternitate ſiue æuiternitate, iuxta diuinos profectus & celtiores participatus, in æternitatē progreſſus eſt: & in eandem pene ſciētiam in. p̄s. cij. Miſericordia autem domini, ab æterno, vſq; in æternum, ſuper timentes eū. Ab ipa igitur pulcherrime. in illa diuina & ſublimia faſtigia, diuinius progrediebatur pulcherrima virgo, ſæpe cocinens. in decacordo ſuo pſalterio, cum Cythara. Omni nempe muſici inſtrumenti genere, in diuinas laudes efferebatur, omnium concinentiarum virtutem habens, incomparabili ſanctitate tum conſpicua, tum domino occurrens. De qua Magnus Antonius Epiſtola ſecunda. Iſraelitæ Sancti, qui paraſtis vos met

ipſos ad deū ire, offerentes voſmetipſos hoſtiaꝫ deo in omni ſanctitate. Quoniam non poteſt he reditatem accipere quiſpiam ſine ſanctitate. hāc mundiciam eſſe definit Dionyſius. ſed ad captū de mia iter. Mia (inquit) eius pꝛeueniet me. Sū eius tanta gratia id quod ſum. & iterum mia eiꝰ ſubſequetur me. Quoniam ex ipſo per ipſum & in ipſo ſunt omnia, ipſi honor & gloria in ſecula ſeculorum. Parauit ꝙolim in terra, quam bene dixit ſedem ſuam, eandem nimirum ſedem in cœlo collocaturus. Quemadmodum cecinit Propheta in. p̄s. cꝛ̄. Dominus in cœlo parauit ſedeꝫ ſuam, & regnum ipſius omnibus dominabitur. Ego domini dei mei peculiaris ſedes, eiꝰ tam ad mirabili dignatione ſum, cœleſti & diuina pꝛeuētā gratia. Hanc eandem ſedem, iuxta diuina oracula in cœlo collocari oportebat, & quēdam talem thronū miſericodiꝫ ædificari ī cœlis. p̄s. vij̄. Quoniam dixiſti ineternum miſericordia ædificabitur in cœlis. Quod ſi de filio meo intelligatur (vt vere intelligendum eſt. Eſt enim ipſe ſua eſſentia, mia) tamē in eodem loco tā illuſtri miæ ſedem aliquam eſſe oportet. de qua ſtatim ſubnectit. Et ædificabo in generatione & generationē ſedem tuā: & de eadem dixit Eſayas. Et parauit mia ſolium. Ego mater pulchre dilectionis & agnitionis & ſanctæ ſpei. Quid vetat igitur me miam cata yperbolē eſſe aut nūcupari. Sed quo modo illud accipiendum? & ponit in mia ſoliuꝫ ſuum. Haud quidem ſecundum eſſentiam miſericordia, ſed iure matris, quæ proxime proximam acceſſi ad filꝫ mei virtutem, & vt ſedes mīe vtcūꝙ miſericordia eſt. vt ſecūdo loco illud de me intelligatur. Quoniam dixiſti ineternum miſericordia ædificabitur in cęlis. Id quod de eius humanitate q̄ ædificanda erat (ipſo verbo ineternum manēte) aut de ipſa mīę ſede, intelligendū videbatur. Sunt enim explanationū gradus vel ipſa pro ritu & cerimonīs iudicante eccleſia. In quo diuina analogia & deiformitas, regulę quoꙋ Tichonīꝫ ſpectandę. ſecundus mihi proxime poſt vnigenitum meum mihi debetur. De ſuper ſancta trinitate dictum eſt: quoniam ex ipſo per ipſum & in ipſo ſunt omnia. ad me vere meꝰ regnatius ille magnus Ioannis diſcipulus ſcribēs talia quædam vſurpat: vt ex te (ait) per te & in te fides Neophitorum firmetur. Poteram ego illum facile inuenire, qui cœlum & terram ſua immenſitate implet. Si aſcendero in cęlum, illic es, ſi deſcecdero in infernum, ades. Si ſumpſero pēnas meas diliculo & habitauero in extremis matis. Et eīm illuc manus tua deducet, & tenebit me dextera tua. Decet nāꝙ vt vbi corpꝰ eſt, illuc cōgregentur & aquile. Ego pꝛæcipua Aquila pꝛępetibus pennis, in cum aduolās qui meus vnigenitus eſt, ſi de eccleſia cata analogiam interpretemur dilectus. iuxta hebraicū, pro coronaberis reſpicies legendum, & in hanc intelligentiam accipiendum eſt. Quod de libano & innocētię candore ventens, ſuper capita inimicorum, impiorꝫ omniū & hereticorum collocata, illis ipopodiō pedum eius poſitis, de eiſdem parta victoria, immo ſuper faſtigia ipſorum vt cūꝙ ſublata, dicatur reſpicere tali quodam oculo iuxta leges imitationis, quo deus reſpicit, ſi dicere dignū. Quādo oculi eius oculi columbarum. Et videamꝰ ſi ī hūc modū reſpicere dicatur, vt tali proſpectu illi ſubjīci poſſint, vt vetere exuto homīe, nouū induere, qui ſecundum deū creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Legimus nunꝙ in ſcripturis deum reſpicere, quī clementiæ & benignitatis oculo reſpiciat. & in bonam partem fere ſpiritualiter accipitur, & reſpexit (ait ſcriptura) dīns ad Abel, & ad munera eiꝰ, ad Caim autem (quē diabolum imitatione. ſ. vt dominus Iudā vocat Q. S. Tertulianꝰ in li. de carne chriſti) & ad munera eius non reſpexit. Et dīns ſanaturus quemdam ait. Thabita cumi. i. reſpice ſurge alīꝫ ex hebręo & grecis exēplaribꝰ legendū cenſent Thabitacumi. i. puella ſurge. In. ij. deverbo mirifico barachias Thabiticumi legit, quorum primum ad vitam, ſecundum ad ſanitatem pertinet. ſed iſtud parergon zacheum in eiꝰ ſalutem ſuſcipit dominꝰ. Quia hodie (inquit) ſalus huic domui facta eſt. Viden vt eius reſpicere, ſaluare eſt. Nathanaelęꝫ videt ſub ficu. Quē collaudans, quod vere Iſraelita ſit in quo dolꝰ nō eſt (ait) Videns eīm vidētē facit, & videre & cognoſcere, dīnꝫ approbare eſt. cōtra nō cognoſcere reprobare. Ad virgines fatuas ait. Amē amē dico vobis, neſcio vos. Obſerua in hoc etiam loco ſublimitatē huiuſce admirandę dilectæ iuxta hanc explanationem, vt eius cognoſcere dīa quadā imitatiōe approbare ſit. ſed ſecꝺꝫ analogiam & multa pietate oīa intelligēda. nec eīm termīos patruꝫ vlla in re tranſgredi volumus. Cōuertat nos igīt ſua benignitate, ī vnigenitū ſuū, & nos pietatis oculo reſpicięs, dignos faciat dīs & ętetnū approbātibꝰ oculis, gratia & benignitate dñi Ieſu cui cū pꝛe & Spū Sancto, eſt oīs honor & gloria. Amen.

Libri Quinti Homilia. xiij̄.

VIneraſti cor meū ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meū in vno oculorum tuorum, & in vno crīne colli tui. Saucīꝫ ſunt amantes, amore vulnerantur, amati in eoſdeꝫ

resiliente amore. Tali quodam vulnere saucius erat Aegnatius, cuius (vt aiunt) eulogium est. Amor meus crucifixus est, qui etiam dicit, vitaꝫ mortem esse sine xp̄o: credite mihi (inquit) quia Iesum diligo. Et miserabilis sum, nūc donec deū merear adipisci. Panem dei volo, panē cœlestē, panemꝫ vitæ, q̄ est caro Iesu xp̄i filij dei viui. Quę mira ecstasi pronūcianda, lege diuinam eius Epistolam ad Romāos. Quidam ad veterem Synagogam referunt, quæ suo more vulnerauit sponsum deum: vnum oculum Mosen interpretātur vnum crinem colli Ioseph. Sed vt diximus c̄ꝫ c̄ꝫ idida dn̄i vterꝙ fuerit & alter seruatus dictus sit alter homo dei siue fidelis ceruus in tota domo domini & multis alioqui p̄conijs celeberrimi, tamen vt ad rebellem populum & semper contradicentem dn̄o: referatur, non per omnia placet. Moliamur igitur ī nostram ϖαυθαγιαν virginē, cuius præconia omnium sunt prouentus cœlestium animorū, siue in sponsam ecclesiam ꝑ patrum institutō, istud explanare. Diximus vulnerantem amorem esse, & quo ardentior ille fuerit eo maior illi vulnerandi vis. Maximus vero iter amantem filium sponsunꝙ, & parētē. quæ soror & proxia est sponsa quoꝙ diuinitatis amor est, & obserua in primis quod ait soror mea sponsa. Non pri⁹ sponsam dicit, c̄ꝫ proxia fuerit siue soror. proximus propinquitatis gradus sorori, eū fratre, Antea dict⁹ est sponsus, fratruelis siue fraternus. i. auctore Hieronymo fratris filius, hic soror sponsa. Hæc nempe alma parens & singularis idida domini, omnia iura propinquitatis & gradus erga filium vt antea diximus sibi vendicauit. Sed ad explanationem vt cūꝙ veniamus. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa. Dixerat proxie totam pulchram eam esse nec vlla labe in ustam, vt ad se veniret hortatus est de libano, de incōparabili & multo excellentissimo candore. intelligē in complexus & sancta oscula, venerandam dilectam (quęcūꝙ ea sit) venisse, nō semel modo sed pluries, vt maiora & meliora semp succedētibus congressibus, incremēta amoris, gratiæ & gloriæ, ab illo in quo omnes thesauri scię tię & sapientiæ (quæ & amorem continet) addentur. Vis ex patribus cœlestem hunc congressum videre? Magnus Basilius Cantica (ait) canticorum animæ perfectionis modum demōstrāt sponsi nāꝙ & sponsę congressum continēt, hoc est: animę cuj deo verbo familiaritatē. quod etiā genus explanationis prosequitur Richardus a sancto Victore, quędam vel ex ipsa prima literæ fronte ad desponsatā virginem pertinere cōtestās. Addit Basilius Salomonem omnia per emphasim loqui, ac per corporalia, nobis spiritualia demonstrari. sed ad institutum: Constitue tibi spōsum respicientem, illo quidem inefabili contuitu suo, sponsam. A deo & cor ipsius sponsæ tali penetratu penit⁹ dilatatum sit. iuxta quod dicitur. Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meū. & in clamare cogeretur: dulcis & rectus est dominus & dilectus meus, super mel oris meo. Et tali ab sponso affectā esse in sensibus omnibus amoris lumīe (habet em̄ suos radios & lumina amor, & gratia ipsa, si plerisꝙ credimus, lumen ē) vt oculum luciduꝫ nacta de euāgelio immo de sponso suo esset, quo eundem & respiceret, & qui nulla re alioquin affici potest, tamen efficeret omnes amoris efficientias. tali contuitu in eum imprimens, maxime vero vulneribus, sed cœlestibus, quæ amoris præcipua sunt, afficiēs. Tanto igitur affect⁹ vulnere sponsus, amore totus estuans, ait, vulnerasti cor meum soror mea sponsa. Tuus amor, maxima in me iacula iniisit, me vulnerauit. Et si omnibus oculis tuis tuo inc̄ꝫ, actionis. s. oculo & contēplationis, quibus in me maxime intēta eras, vulnerauerīs. Maximevero istud contēplationis fecit oculus. duo sunt oculi (ait Richardus a. S. Victore) vn⁹ quo superna contemplamur, alius quo transitoria atꝙ terrena, illū aperuit Saluator in mundū (ait) hunc veni, vt qui non vident videant, & qui vident, cęci fiant. Apiebat etiam sanctis Apostolis & continenter apit, vt sensum & scripturas cognoscerent, simul illuminans & inflammans affectum. Nōne (ait) cor nostrū ardens erat, dū loqueretur nobis in via? Hoc vero totum sapientia est. hoc est amās scientia. Qua in ordines Seraphī tali contuitu, & inenarrabili amore aspiciebas tali mihi committebaris amore. Illo oculo vulnerans sum, quo tu vulnerata & pene deficiens, deficientibus & oculis & anima effecta es. His me (ait) sydereo descendere iussit olympo, Hic me crudeli vulnerē fixit amor. Vulnerauit me vtcūꝙ olim Synagoga ī vno oculorū suorū, in Mose, scilicet in vno crine colli sui, ī Ioseph, qui mira sanctimonia & castitate resplenduere. Erāt enim in ordines crinium diuini illi heroes & patriarchę positi, in quo forte sacramēto Abachuc pro Cincīno capitis ab angelo sublatum legim⁹ & Sansonis fortitudinē in crine fuisse. Vulnerauit me sanctissima Iudich, vulnerauit Hester, vulnerauere omnes illi sancti Heroes & Patres, Sānctissime quoꝙ mulieres, vel Spūs Sancti & aliorum ingentium mysteriorum significatrices. Tu vero vel maxie, O soror & proxima mea. O spōsa cœlestis & omnipotentis regis, illo oculo sapientiæ tuæ incomparabili, illo non quidem fidei aut spei: non aliarū quędę moribus sunt vit

tutum, ſed charitatis & tanti incendij oculo. Di xeras tu olī. Quia vulnerata charitate ego ſum: et tali ſaucia vulnere aiebas. Fulciteme floribus, ſtipate me malis, ſiue melīs quas Hiero. p malis accipit tametſi μελία fraximus ſit. quia amore lā gueo. Si tu mea charitate, O mater & virgo, O ſoror, O dilecta ſponſa, vulnarata es, ego quoq; tua. Et ſi alioquin impaſſibilis, viſus ſum tamen vulnerarī charitate & paſſibili amore (vt meus ait Chriſoſtom⁹) n te ferri vel ſupra omnes inſa nos amantes & tāto amoris ſtimulo fieri ſauci⁹, tametſi mihi congeneus & perennis amor. Hoc etiam vnus crinis colli tui egit: hoc eſt ingens in ter innumerabiles virtutes tuas humilitas, ſiue in tentio & vehemens cogitatio, quia tota flagrās in meos honores in omnium ſalutem ferebaris, in me totos conatus ardētius intēdens. Hic vn⁹ tuus crinis pro collo micans & diuina & arcana ratione' nectēs capiti membra, reliquos omnib⁹ mire exornabat, ſingulas vires virtuteſq; deofor miter illuſtrans. Tam enim eficax humilitas illa tua, vt deſcēdere me coegerit olympo, & fauſta fuerit a ſummo cœlo egreſſio mea: in ampliſſīos & vberrimos omnium prouentus. Non tondet caput ſuum mulier, quia illi coma pro gloria eſt. Id quod in prima ad Corinthios ait Apoſtol⁹. Si vero turpe eſt mulieri tōderi, velet caput ſuū. & poſt multa, Mulier ſi comaz nutriat. gloria eſt illi, quoniam capili pro velamine ei dati ſunt. id quod nec ſine ſacramento cōmemorat. Pulchrę Ioannes Antiochen⁹. xxvij. homi. in Geneſim. Nihil in diuina ſcriptura tenetur, quod non ali qua ratione dictum ſit, quæ nō latentem in ſe ha beat vtilitatem. idez Anthioch. xxij. homi. Vide ſcripturæ diligentiam: quomodo nec ſillabā qui dem inutilem contineat. Tibi innumerabiles vir tutes pro omni ornamento ſunt. Cæterū invna humilitate (hoc in hiſce myſteriis ſecreti⁹ ſignificante Spū. ſ.) omnes eminent. quę ſuaptę vi tātę fuit efficatie, vt me alioquin immenſum tra here potuerit, & immobilē deſcendere coegerit. Non ſolum virtutem vnaz adepta O virgo, om neis tibi vendicaſti, iuxta ſapientū ſententiā ſed in vna omnes. Decus & pulchritudo illi tuo cri ni inerat, quippe qui, ipſum decorū eſſet, & mū dum nō tam muliebre, q̄ prorſus & cœleſte, vel de cœleſti fragrātia odorum tuum quidē ſingu lari ſorte nec alteri cōceſſum. Illo decoro quod ex omni parte decet & ingēti pulchritudine tua vi pene mihi omnium liberrimo & potētiſſimo intuliſti, me non ſemel ſed identidez vulneraſti. Vis videre me primum ſaucium O cœleſtis vira go, O mea parens, longe prima ſuperior? Exina niui te pene cogente me ipſum formam ſerui ac cipiens, in ſimilitudinem hominum factus & ha bitu inuentus vt homo. Et factus ſum velut gut ta ſitulę. quomodo gentes habite ſunt inconſpe ctu dei, virum quidem O mulier, hac etiam nun cupatione a me digna nō ſine myſterio reddita circudediſti vt olim cecinerat Hieremias. Non placebat (ait Paulus hebræus) humilitati virgi nis, eā alį vocari nomine, quo deſignaretur ex cellentia in vnigenitum ſuum, verum deum, p inde ſe ancillam, domin⁹ mulierem vocat. obier etiānū vt Adam catholicavel plebeum ſignificā te (quando Is heroē patriciū deſignet) nūcupa tione cenſeat Apoſtolus. Dīm, ſed iſtud in my ſterio contra domin⁹ catholica etiam nuncupa tione matrē dignetur: vt quomodo ipſe Adamo illa Eue ſed analogia oppoſiti reſpōdeat. Nouū (inquit Hiere.) faciet domin⁹ ſuper terram, mu lier circundabit virum. Hoc vulnere immortalis alioqui paſſioni & morti addict⁹ ſum. Quo tua deſideria explerem, vt tuos amores abunde ſatia rē. Nec cīn abunde ſatiari poteras niſi me meam quoq; gloriam vidiſſes niſi claritas & decor hu manitatis meę his oc̄lis tuis apparuiſſet niſi glo ria meę reſurrectionis (in qua omnium reſurre ctio) fuiſſet tibi prodita. Olim deſiderabū da di cebas. Tunc ſatiabor cum apparuerit gloria tua Vulneraſti adhuc, quando a plāta pedis vſq; ad vertícem capitis ob tuos præſtantes amores, nō erat in me ſanitas. Hos ſuſpice fontes e quib⁹ olī hauſiſti & hauriēt oēs. Reſpice me cōde animo me in pectore ſerua, de hiſce fontibus dixerat in Spiritu olim p pheta haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Suſcipe caput meum, vt ſpinis cōſitum eſt, illis quidem florigeris & fru ctum diuinum afferētibus. lege de frugifera cru ce elegantiſſimum Carmē Cecilij Cypriani.

Hic ego de ſterili ſucciſum robore lignum
Plantatum memini fructus genuiſſe ſalubres.

& quid mirum qn̄ meus ſanguis vt ait Aegnati⁹ dilectio eſt incorruptibilis & vita æterna. Roſa ego & lilium inter iſtas amoris immo amatoris ſpinas.

Fortis amor docuit vulnera tanta pati.

Talibus me conſeuit, talibus mire ſtipauit ſpinis vt omnium vulnera & pūcturas, pungente etiā corona delerem. Oblatus ſum quēadmodum te cinit Eſayas quia ipſe volui. Tuus ſuper omnes hoc egit amor, quæ tuis ſupplicibus votis oīm vota viciſti, tuo amore omnium amores longe ſuperaſti. tua vna viuida virtus, tuus vnus con tuitus talibus ſed amantiſſime me effecit vulneri bus. Non poteram aliter meos amores oſtende re, nec interua prodere vulnera, niſi hanc quidē humanitatē induerem, tum animam tum corp⁹.

Ipse ait Victorinus: vita ipse cognoscētia vtroq; operat⁹ est ad animarum salutē mysterio crucis: & vita: quia de morte liberādi eram⁹, & cognoscētia quia omnes docuit & testimoniū de Christo dixit. sed istud per digressionē. vulnerasti me in patribus tantū existens iterum velut pulcherrima aurora consurgens, proxima veluti & cœlesti amore mihi facta & soror & sponsa, magis vulnerasti & in te omnes electæ vulnerarunt animę, & præcipue, in te designata, mea immaculata ecclesia. Nihil virtutis nihil cęlestis gratię, aut diuorum (quæ abunde mihi reddidisti) numerę omisisti, quo me non traheres, nunc vno, nunc triplici. Nihil cœlestium iaculorum illorum quidem propter mysticam & regalem efficientiam aureorum prætermisisti. Si crinis oculus tuus, si vnus tantill⁹ crinis tui colli, mea vulnera erant, quid nō duo modo, sed multo plures oculi tui? Eras nanq; oculis & cœlestibus luminib⁹, vndiq; instar currus dominici plena. Illis omnib⁹ me vulnerabas. Et si vno vel tantillo crine colli tui tantum efficere potes. Quid nō efficies innumerabilibus, qui diuinum vertice tuo odorem spirabant & cœlestes afflabant honores? Quid nō tali vt summati dicāde crine colli tui siue tuę fortitudinis & ingētis roboris, magis vero, in oēs ecclesiam diuinorum charismatum immissionis? quid non candida & dealbata ecclesia, cœlestiū virtutum, atq; animarum admirāda specię, quarum omniū domina & regina es? Obserua vt diuina sacramenta in hisce oculis sunt & cœlestis imitatio. sacer Nazianzenus in ede virginitatis ἁγνὴ τριὰς εἷσ ἐν ἰόνσα ἐξ ἑνὸς ἀφθαλμοῖσιν ὑσσανγαξον φαεινὸιο ὕλανσ ὑλαοσ ἄμμιν. i. Sācta trinitas in vnum veniens ex vno, illustribus suo blucens oculis, ppicia, ppicia nobis. Hos quib⁹ fauorabiliter respicit oculos diua trinitas, imitatur idida dñi, & parens quod nō in concine huic proposito conueniet. Sed prosequere O ineffabile verbum & λόγοσ. Omnes oculi tui & tanti contuitus, omnes crines pro collo pendentes in exuberātiorem frugem ecclesię, mea vulnera erant. His omnibus non in te modo, sed in vniuersum genus humanum & singulos quosq; capaces, non obsistentes scz tam immenso lumini. & gratię haud obicē ponentes me, me affici volebas, & affect⁹ ego hisce vel tuo suffragio. Eras enim in diuinis comitijs, vel pro omnibus candidata, omnium honoribus & commodis mire prouidens, nedum instans. Fui olim tibi in plerisq; subditus, quid non oro in hoc tanto tanq; pio munere obsecū dās. Dixeram me venisse, nō vt facerem voluntatem meam, sed voluntatem eius qui me miserat patris. Poteram nec iniuria dicere, (tanta mea erat in te dignatio, pietas, & obsequens reuerentia) veni ego vt facerem voluntatem parentis meæ, & pro tua & mea volūtate, cuiusuis sponsæ & dilectæ meę, ipsius illi⁹ in vniuersum orthodoxæ ecclesię, in cuius amores olim arsi ardeoq;. Hoc iurisiurandi me penevinculo adegi, vt obsequar ego adiurātibus & me volētibus, si modo digne velint. Quid ni igitur tibi matri omnivirtute diuina prestanti, non obsequar? Parui ego Cayphæ me diuino nomine contestanti. Quid tibi nō obsequar toties me p omnium salute obsecranti, illo diuino nomine, cui omnia genua flectūt (vt pie credūt omnes) contestanti? Mea quidem voluntas (tali quippe vulnere abste affectus sum) tua est, vt tua, mea. Talia fortasse immo longe diuiniora fuisse æterni verbi in parentem & dilectam verba possunt pientissime arbitrari cœlestes animæ. Lege Ioā. Gerson. in opere laudatissi. in canticum Mariæ Et quænā exuberantioris amoris alia magis verba esse possunt, siue in matrez siue in quāuis aliā animam aut in ecclesiam vnam domini sponsaz: ex vna accipe omneis. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meuz, in vno oculorum tuorum & in vno crine colli tui. In corde fons amoris est, fons vitalis vnde in cætera mēbra prouehatur vita. Cor prius ex illo (ait vates Christianus) quoniam descendit in artus vitalis vigor, ex pleno seu flumina fonte. vulneratū primū & percussuz hoc domini cor, cęlesti amore est. vt illo percusso, descenderet in omnes vigor, ex pleno immo vero exuberātissimo seu flumina fonte. Viden in tanto mysterio domini & dilecti in passione & tanto amoris excessu cor p cussum & vulneratum, ex quo fœlicius defluxere sanguis & aqua vnde formata est pulcherria ecclesia veluti, ex Adā secundo secunda quæ dā sed fœliciſſima vel tali exortu Eua. manarunt in eiusdem opes salutem & ornatum omnia sacramenta, amore, vita, gratia, & gloria, ibi largiter donatis. Ista vulnera, dilectę vulnera fuere. Hęc tantus amor, amor diuine fuit parentis. Ad quā veuerandus Symeon. Et tuam ipsius animā pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes, omnes tam cœlesti afficiētur amore, ex quo diuinę cogitationes in cœlum viq; & in sanctam Hierusalem prodeāt: laus etiam & salutifica confessio. Propterea (inquit Origenes) in mediuz prolatę, vt occideret eas ille, qui pro nobis mortuus est. Dixi (ait) anunciabo in iustitiam meam cōtra me domino, & tum delet (vt nubes) iniquitates nostas. Vis videre oculū ecclesiæ? Vis crinē cernere & omne eius colli ornamentum? Aspice domini genitricem, quæ nō

ſolum eccleſiæ ſed cuiuſuis cœleſtis animæ oculus eſt. Illo vno diuinitatem cõtuentur, illo vno eccleſia ſuum fratrucle & ſponſum vulnerat. Illa ipſa, contuitio noſtra eſt, illa noſtra humilitas noſtrum omne decorũ: ſub illius tam lucida claritate & cœleſti ſupparo dominum Ieſum intuemur, atq; in illo ſuperſanctam trinitatez. Nec mirum ſi ſpiritales & myſtici ſint oculi, quãdo Ioannes Antiochenus li. ij. de compunctiõe cordis. Tales (inquit) erant animæ ſanctorum Prophetarum, quę ab hoc etiam acceperunt oculos alios, quibus poſſent videre futura. Tales vero accipere oculos, diuini muneris eſt donũ. Talis Heliſeus qui regnum cœleſte & ſupernam gloriã in terris adhuc poſitus vidit, inſpiciens montem currib⁹ plenum igneis atq; equis flammeis turmas & caſtra cęleſtis exercitus. Sed ad deiparam noſtram. In hanc pro ſolẽnibus, pro catholica & ſancta eccleſiæ inſtitutione, miro & amabili afectu recurritur. Illa mediatrice omnis datur gratia, omnes ex eadez *veluti amplissimo gazophilatio*, proferuntur, conferunturq; in omnes cœleſtes theſauri: cogitur tantis vulneribus ſaucius, in nos deſcẽdere ſpõſus. Habet gladios eccleſia, quib⁹ poteſtate ſpeciali tũ tẽporali alios coerceat. Magis vero diuinã intelligentiam (auctore Ioan. Chriſoſto.) hiſce gladijs ſignificatã Innuebant eũ, tum imminere perſecutionez. vt cunq; eſt (diuina enim quid ni diuinę intelligentur, & ſpiritualia ſpiritualiter:) vnuz habet amoris gladius θεοτόκου quo in primis percuſſa, ipm etiam vulnerauit filium: ipſa alma parẽs illum ipz omnium rerum parentem, quo paribus alter nũ q; immiſſis (ſi dicere dignum) ſibi pulchre reſpõderent, in vſum ille cõceſſit eccleſię & pfectiſſimę cuiuſuis animæ. quo poſſunt ſuũ ſpõſum & fratrem vulnerare & omnipotentẽ immenſumq; afficere, immobilem vt cũq; mouere. Dirigit arcum, vires intendit, quæ primum ſuum tetendit & vibrauit, cor penetrans illius, qui alioquin impenetrabilis eſt. Cui eſt cum Patre & Spũ Sãcto honor & gloria per infinita ſecula. Amen.

Eiuſdẽ Homilię. cõplexio q̃dã.



Magna eſt dignatio & pietas omnipotentis dei vt ſe amore ſaucĩ & vulneratum profiteatur, & qui omnipotens eſt, eadem faciat & pene patiatur (ſi dicere multa cum pietate par eſt) vulneret & vulneretur, afficiat per omne genus cœleſtis virtutis & affectionis, afficiatur quoq;. Tãto, eo denq; ineſabili, nos dignatur honore. Nec iſtale ui explanatione vt diximus pertranſeũda. Fecit hic Amor ne diutius ſine ſponſa ſua tam dilecta eſſe poſſet. Dixim⁹ ob præcedentia quædam eãdem παρθενομήτορον hoc eſt virginem & matrem ſimul aſſumptam in corpore & anima. Id quod catholicæ eccleſię, pie admodum perſuaſum eſt & affirmant ſanctiſſimi viri Coſmas Auguſtin⁹ & cœleſtis virgo Heliſabeth diuinas patiens reuelationes. lege elegantiſſ. ſcholiũ in. ij. de diui. nomini, quod. S. Andreę cretenſis meminit. de illa ad virginales exequias Sp. S. facta conuentione vt qui longe degebant nube ſublati fuere. Cęterum (vt ait Hieronymus) non eſt locus dãdus apochriphis neq; trãſeũdi termini, quos poſuerunt patres noſtri. Potuerunt ſcire euãgeliſtę & Apoſtoli, quid ſumendum ex illis, nobis non abſq; periculo aliquid tutum præſumere. Pietamen: auſto. Cyril. quæcunq; pietati nõ obſiſtũt accipiam⁹. iſtud quidẽ vl ex hoc loco licet aſtruere: vulneratus eſt dilectus, ipſa tota ſuper omnes admirabilis ille enim (quod puritate myſticũ totius eccleſię corpus prætenderet, & pulchritudo omnium in decore virgineo & ingenti humilitate eſſet) mire in amatã afficiebatur. Sũpſit tabernaculum illud in habitationez ſibi, ex illa terra ſuperbenedicta ſecũdum & nouum in benedictionẽ gentium formauit Adam ſpiritualem diuinũ incomparabilez qui deus & homo eſſet, qui exuperante quadam *analogia*, prime conditure hominis ſed incomparabili exceſſu reſpõderet. Miraculum hominem cenſuit Mercurius trimegiſtus. At hic vnus totum diuina illa vnione (quã mixturam dixere patres) abſoluit. Hanc licet latentius innuit & prædicauit Analogiam tum in Natalem dominum, tum in Paſcha Ggegorius Nazianzenus. theologus. At ſanctus palam explicuit Paulus, Rithlius veluti aperire niſus arcanum proſequut⁹ eſt. Quid ni igitur tabernaculum illud: quod in tãta myſteria ſanctificauit, immo pręſternauit dominus, ſecum in cęleſtes mãſiones traxerit: ſed ad rem ipſam poſſumus ad literam propter benedictum partũ pene interpretari verbũ diuinum fuiſſe vno oculo nedũ duobus & vno crine, nedum omni decoro ſuo, diue parentis vulneratum. Tam ex omni parte grata acceptaq; erat. Taz enim ꝓpter hoſce oculos in eam affectus eſt vt non ſolum ſe corpori cõmitteret, ſed etiam animę, in qua ſingularem pluſq; in omni creatura fecit habitationem, eanq; perpetuo manentem. Hæc requies mea (ait) in ſeculum ſeculi, hic habitabo, quoniam elegi eaz. pro ide vna vtriq; ſingularis verbigena fuit. vtraq; ſi

Aurelio Augu. fęliciſſima ſuſceptio, tametſi alte ra fœlicior, Tali igitur oculo vulneratus eſt (ait Richardus) qui non clauditur, nulla cecatur ca ligine, in quo tenebrę nō ſunt, nec grauatur ſo pore oculus, rectus, dexter, ſimplex, & prudens illum illum, inceſſabiliter intuens in quem deſi derātangeli ꝓſpicere. Amor (ait Auguſti.) vehe mens non poteſt videre quem amat, quia amor ocul⁹ eſt, quo ſe vulnerari fatetur dñs Duos igi tur cum habeat, altero intelligit, altero requirit eum, qui haud incompaſſibilis eſt, & ſi nulla paſ ſione tangatur. Cōiȝce quæſo ꝙ incomparabi lis fuerit in vna parente hic amoris oculus, quo trahi potuerit in oīm ſalutem & vulnerari deus, vna caro erat filij & matris oī puritate illuſtris, vnus igitur pene oculus vtriuſq;. Ecce in plera ꝙ ſacramēta, ineffabilem & diuinam proportio nem ſiue cōparationem, obſerua etiam cœleſteȝ inde deſponſationem, & ſi diuinæ ſunt, & cōiū cta omnia (quales ſūt dotes ineffabiles, quas nec oculus videt nec in cor aſcendere) diuina erant. ſicut enim vera paternitas tantuȝ in cœlo, haud aliter veriora ibi ſpōſalia inuenia. Noſtra huma nitate ſuſcepta ſimilis per oīa nobis: nobis abiq; peccato & naturæ noſtræ atq; eccleſiæ idq; præ cipue ſponſus reddit⁹ eſt, ſponſa quoq; vel Spi ritus Sācti immo totius trinitatis illa eadē. Quā do vna ibi diuinitas & ſuper ſubſtantialis amor. vel pro vetuſtiſſimo ritu cōcelebratur. Mira igi tur benignitate, te veluti mediatrice O virgo, fact⁹ ē caro noſtra, noſter & ſanguis frater quo q; noſter, immo ingentiori humilitate fratern⁹. Siquidem primogenitus in multis fratribus. vt Pleni⁹ de teſtimonio Apoſtoli alio loco dixim⁹. Sed aduerte, vt omnia præcipua in matre domi ni ex qua caro illa ſupęrbenedicta ſuſcepta. Ca ro quippe vnius (vt cecinit eccleſia) caro alteri⁹ In quo typo ſentiens Iſaac veſtimentorum fra grātiam benedicēs ait. Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit dñs, Veſtimenta nonveſtimentū conſidera, quia Chriſtus & Ma ria ſine macula. Vulneraſti (inquit) cor meū. Te igitur (ait λόγος verbum & ſermo dei) Velim ſe cundum vtrūq; hominem, in meas collocare ſe des, in maxima noſtra palatia, in ſumma taberna culum illud, quod ſubnęci collocare faſtigia, ip ſam arcam meam vtrinq; deauratā, in Hierulalē cęleſtem. Quo decenter reſpondeat locato loc⁹ & poſſis his pene mederi vulneribus meis, vnde medelam ſunt ſuſcepturi vniuerſi. Satiantur om nes apparente gloria mea, contra ſatiabor vtcū q; ego. licet longe diſpari ratione, viſa tua. Hæc ꝙtum conjectura aſſequi licet dixerimus intra li mites orthodoxæ fidei nos ſemper cohibentes. Perbelle Nazianzenus meditacro (ait) diuina, ſed ītra terminos te cohibe loquere ea quæ ſunt Spiritus, & ſi fieri poteſt nihil aliud. bonum eſt ac diuinum diuinarum rerū memoria ſemper ex timulari ad deum, eorum qui crediderunt verbis conſuetis vtendum, ſufficere (ait) tibi panē cot confirmare, edulia diuitib⁹ relinquæ, in his quæ ad confeſſionem attinent, promptus eſto, in re liquis ſis meticuloſior in qua diuina diuini theo logi pareneſi homiliam & congreſſionem hanc claudam⁹, gratia & benignitate dñi Ieſu cui eſt omnis honor & gloria. Amen.

Libri Quinti. Homilia. xiiij.

QVam Pulchrę ſunt mammę tuæ ſoror mea ſpōſa pulchriora ſunt vbe ra tua vino, & odor vnguentorū tuo ruȝ ſuper omnia aromata. Origenes (quem in explanatione ſcripturarum magiſtrū eccleſiaruȝ poſt Apoſtolos indubitanter cenſet Hieronimus) in expoſitione huius epithalamij, inuiſibilia (ait) non cognoſcim⁹, niſi per aliquā imaginem viſibiliuꝫ. Ideo ille, qui omnia ſapiē tia creauit, ita diſpoſuit vnam quanq; viſibilium ſpeciem, vt in doctrinā quādam & agnitionem inuiſibilium poneret, lege ſuperiorē picum. a mi randula in epthaplo. Mammas ſimpliciter poſſu mus accipere dominicæ parētis, mammas quas idem dominus & deus ſuggere dignatus, proin de honeſtiſſimę ſunt: nihil lapſum magis vero di uinū tam diuino contactu prætendentes q ſtā illa mulier euangelica & ſancta concelebrat ec cleſia. vt eſſet lac inde manans. dulciſſimum vni genito & ſuper mel ori omnium, in recordatio nem tantę dei dignationis, quod frater noſter eſ ſet & ob cōmertium tam mirabile ſponſus, fact⁹ ineſabili ratione paruulus nobis, ſuggens ſed in noſtros profect⁹, tātæ vbera matris. Lege elegās paradigma Ioan. Gerſon in Natalęȝ domini. in telligamus etiam iuxta quoſdam ī duas Moſi ta bulas iſtud referri quæ licet illi populo, dura vi derentur continere præcepta vel ex ipſo effectu & conſequentia, poſt datam legem tranſgreſſio ne ſuborta, ipſius virginis & tantæ matris meri ta ſunt invbere, lac dulciſſimum & puriſſimū cō feſſionis & laudis manantia. Abſque o refecti ani mi deducerentur in vitā ęternam. Si vis (ait) ad viram ingredi ſerua mandata. Nec inepta eſſet in duo teſtamenta interpretatio. Alterum enim rigidum, eo quod durę ceruicis eſſet populus, al tero temperauit. vt in māmarum pulchritudinē quæ poſſent ab ipſo deo laudari, exurgerent, & fierent fontes ipſius ſeruatricis, exilientes in vi

tam. Ex vino veteris legis (aiunt Origenes & Hieronymus) p̄meditata erat ſponſa lętitiam accipere, ac p̄parata vt capere poſſet illam q̄ de vberibus erat ſponſi, quæ propter redundantiam & vbertatem, in vbera exurgerent, & fierēt in eo fontes vberrimi ſalutis. Aduerte cōſequentiā, Si iuxta qđ dicit Apoſtol⁹ lex ſpūalis eſt, ad euāgeliū pertinet, eoq; euangelicaleſt, ipſa vero euangelica, lex gratiæ & veritatis eſt, ſi quidem gr̄a & veritas per dn̄m Ieſum Chriſtū, immo (id qđ eruditi exiſtimant) gratia ipſa, veluti lex dei, ſcripta eſt in cordibus noſtris, quā per diuiuam parentem veluti mediatricem quādam, conſequimur: conſequenter fit, vt vtrāq; per ipſam videamur conſequuti, illam quidem vt ſpiritualem, nouam verovt legem gratiæ, vt ipſam gr̄am, vt dulciſſimū lac de vberibus eius continenter manans, vt manna ſuauiſſimum in vaſe aureo & diuino & tota hac cœleſti archa concluſum. q̄ in prouentus eccleſię (cuius magiſtra p̄cipua eſt) proferens liberalius donat. Cœleſtem etiam largitur chriſtianiſmum pulcherrimarū & ſuauiſſimarū rerum plenum. Per belle Grego. Nyſſenus in myſtica Moſaicę vitę. Philoſophica (inquit) & chriſtiana viuendi ratio, dura exterius atq; aſpera, ſenſui eſt, intus ſępius optimarum pulcherrimarūq; rerum plena, tēpore ſuo cum matura fuerit, cūq; agricola noſter poma punica huius vitę aperiet, dulciſſimam ſuorum fructuum p̄ſtabit fragrantiam. Gregorius Theologus in libro de ſemetipo ex agro reuerſo de chriſtianiſmo, Nihil hac inſtitutiōe Pręcelſius (ait) nihil hac phīa, quæ in Chriſto eſt clarius. Quomodo em̄ poteſt teneri qui nudus eſt? Duo ſunt in cœlo qui tenere non poſſuut deus & angelus, tertium i terra chriſtianus philoſophus, velut quidam īcorporeus eſt, viuens in carne, incircūſcriptus eſt in corpore, in terra, cœleſtis eſt, iu corruptione impaſſibilis, in oībus cedit, in omnibus vincitur, preter in aīę libertate, & in eo magis vincit in quo omnibus cedit, hic ſeſe ad typū. S. parētis coaptat, hauriens abunde de ſpū, deq; ſpiritalibus vberibus eius, ſed Paulum digreſſi ad inſtitutū redeamus. Hic eſt torrens voluptatis dn̄i, de quo oēs paſſim ſitibundi potāt. Magno em̄ myſterio de hiſce vberibus veluti de torrēte diuino, ſed illo quidē perēni, ipſe primuz hauſit, vt in myſtica illa & īcōparabili cena ſe cibat ipſe prius & ſacris prior diluitur vndis, legem ſeruat, quo ſpūaliter ſeruādaz decerneret. Hęc agit admirabilis magiſter, quo i talia ſympoſia inuitarētur oēs. meminit diuini ſympoſij & ineſabilis euchiſtię Tertuliauus in Martionē. Legе Amphilochiū i vita Baſilij Magni. De hoc torrēte i p̄ſona dn̄i etiā iuxta hūanitatē aſſūptā (ait ꝓpheta) De torrēte i via bibit, ꝓpter ea exaltauit caput. Et viden. vt altiſſimo forte myſterio, illi torrēs fuit, qui nobis fons perennis & fluui⁹ ꝓpetuus eſt & ille fluūs īpetus, q̄ lętificat ciuitatē dei, admirādis in mētibus ſcīoz ebulliēs ſenſib⁹. Lege Hieronymū poſt Origē. in epithalamij. Nec em̄ corpaliter ſp̄ ſuxit de ſanctiſſimis illis vberib⁹ dn̄s, lz̄ ſpūaliter ardentiſſimo quodā amore & ineſabili ſapię penetratu cū toto eccl'ię corpore, cōtinēter ſuggat. Neq; ſine ipſo, reliquū poterat ſugere corpus. Eſt em̄ caput cūmēbris, vnū abſolutū & veluti p̄fectū corp⁹, vna eccl'ia. Lege Altiſſiodorēſem. Diximus i ſuperiorib⁹ in vtrūq; pp̄m iſta interp̄tari, quos in vbera ſua veluti duos hīnulos ceruoz coegit dilecta & mr̄. Fuit ei toti⁹ eccleſię typ⁹ q̄dā & forma. cōſtitit vniuerſa in ea, t̄pe exceſſus dn̄ici eccleſia, & iugiter cōſtat. Nimirū igitur ſi ei⁹ in vniuerſū typū gerat, vt quo Xp̄i corp⁹ verū & myſticū eſt, haud aliter, ſi licet minora cōferre ſūmis (hoc em̄ p̄famur, & ſint īmoderatiōe eccl'ię hęc tq̄liacūq;) ꝓpter eminētē parētis v̄tutē, in q̄ diuni⁹, toti⁹ eccl'ię corporis v̄t⁹, vera q̄dāeccl'ia eſte & tēplū dei toti⁹ diuinitatis pluſq; cœleſte tabernaculum. vt quomodo dn̄s Ieſus cœleſtis Hieruſalē tēplū eſt, aucto. Ioan. in Apocalyp. ita & dn̄a & dilecta nr̄a oīm tem plū eſt, q̄nq; dē electa ſit (qđ ſępe dixim⁹) vt ſol. Nō ſolū igr̄ ivbera c̄ſdā coegit corpis myſtici, ſed p̄m meritorū diſtributionē, cata analogiā, in reliq; mēbra: etiā coegit. In māmas vero īnocētiſſimos & puriſſimos c̄ſq; & diuinę doctrinę dulcedine p̄fulgētes, accipe poſſum⁹, e qb⁹ veluti diuio magiſterio, p̄fectis, cęteri haurirēt. Sūt etiā archani & myſtici ſenſus, hoc vocabulo decēter in amatorio cātico exp̄ſſi. Porro (ait Origenes) cum ſponſa loquitur ad ſponſum, quia nuptiale carmen inducitur, non pectuſculum v t in ſacrificio non pectus vt in Ioanne, ſed vbera nominat. Communicat ſponſa cū ſenſibus ſpōſi. Et ſcias (ait) quia inebriant atq; lętificant huiuſmodi cogitatus, quomodo calix domini inebrians q̄ optimus eſt. Hęc & alia (ait Chriſoſto. in epiſtolam ad Hebręos.) cum religioſitate debemus accipere. Et ſi quid abſurdum fortaſſis occurrerit, ab acie mentis abigere. Noli (inquit Origenes) carnis oculis intelligere q̄ dicta ſunt, ſed ingrediēs ad īteriora cordis, alios oculos mēte pquire, qui & deimādato illuminātur. Horū igit vberū mirat⁹ pulchritudinē, vnigenit⁹, ait. q̄ pulchrę ſunt māmę tuę ſoror mea ſponſa, ſunt iſta vbera virgineo de-

core & robore perpetuo etiam post partū pulcherrima, cū in alijs de fœcunditate fracta sint, & passim subacta. Sunt em̄ precipui quicūq; in ecclesia, cœlestis haud dubie amatores virginitatis. Et propterea digni, qui a verbo, cui virginitas in precio est, laudentur. Atq; in hunc modum virginis membra, etiam si de illis quas suxit dñs māmis loquamur, virginea puritate micabant, virginali decore tumentia. Laudat etiā exteriorem pulchritudinem diuę parentis, Richardus. Hæc ergo (inquit de eadem loquēs) interior pulchritudo mētis, exterior quoq; fuit decor castitatis, cādor virginitatis. Tota quoq; fuit lucida opere, nil tenebrosum habens vel sinistrum, sed lucidum & perfectum. Vt alioruꝫ aspectibus pateret, & exemplo luceret, induta vestitu deaurato virtutum, circundata varietate meritorum. Nec dubitandū amoris ignem. & interiorem candorem, exterius in ea lucere. Vt quæ puritatem angelicam habuit: vultum etiam angelicum habuerit. Pulchra mente & corpore. Albertus cognomento magnus, &.s. Epiphanius. Fulgētius quoq;, i pulchritudine etiā eiꝰ corpis describēda imorantur. extat epla Lētuli ad Senatum Ro. de pulchritudine & moribus Christi. Vtriusq; & matris & filij confert formam Alber. mag. Hic pulchritudo corporea, in virginitatem confertur. Fuit vt sanctissime & firmissime credimus, Virgo ante partū, in partu, post partuꝫ. Lege Hieronymū contra Heluidium & S. Hildelphonsum qui in omnibus fere voluminibus perpetuā virginitatē super. s. matris ꝓsequitur qui eiusdem parentis visitationem meruit. Proinde reijciendum quod perperam censuit Tertullianus, In partu mulierem fuisse, quæ in conceptu virgo fuerat. Cæterum Tertullianus pie iuxta Ambrosium intelligendus. solus est per omnia ex natis de fœmina, sanctus dominus Iesus qui terrenę cōtagia corruptelę immaculati partus nouitate nō sensit. & Nazianze. ex eo loco omne masculinū. & c̄: illud p̄ceptum in solo incarnato deo singulariter impletum, qui solus inefabiliter conceptus ac incomprehensibiliter editus, virginalē vterum aperuit, conseruans post partum signaculum castitatis. Certissima igitur ecclesię professio. in ipso partu, & post partum inuiolatam permansisse. Nihil igitur defuit vnq;, quin integritas in his sanctissimis vberibus seruaretur. In cæteris quæ virginitatem amisere fracta vbera sunt, quorum meminit Ezechiel. Et visitasti scelus adolescentię tuæ, quando subacta sunt in egypto, vbera tua, & confractę sunt māmæ pubertis tuæ. Et paulo ātea. Fili hominis, duæ mulieres, filiæ matris vnius, fuerunt & fornicatæ sunt, in Egypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt, ibi subacta sunt vbera earum, & fractæ sunt mammæ pubertatis earum. Corruptiōe & fornicatione franguntur vbera, ipsa puritate in natiua pulchritudine seruantur. Sed considera quęso, q̄ bellissimam alioqui natiuam pulchritudinem attulerat, p̄m pulcherrimum verbuꝫ, quem suo contactu immiserit decorem, illa pulchritudo verbi, quæ infinita & immensa est perpetua & corruptibilis nunq;. cōtactu enim plenissimi immo ipsius plenitudinis, vberalipsa in flumina gratiæ redundantia fuere, in ipsius suauitatis coalitu siue iunctura, suauissima. Quorum lac superare posset, Ambrosias illas dapes, ipsum etiam manna, cibum cœlestem, omne in se habentem delectamentum. De ipsius dominī suauitate scriptum est. Gustate & videte, quoniam suauis est dominus, beatus vir qui sperat in eo, de suauitate huius sanctissimę in sequentib⁹ dicitur. Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua. Quod si illis tanta dulcedo inest: Quid non erit ipsis mammis, ipsis etiam spiritualibus vberibus, cordi ipsius, & admirandis supercœlestis illius aiæ, penetralibus? Vbera enim pro corde hoc loco omnes sancti accipiunt, vt in spirituali cātico, spiritualiter omnia intelligantur. Existimat sacer Hieronymus in sermone in. S. Pascha, sub talibus integumentis spirituales sensus decentiores esse, & longe magis peruios, mira etiam cum voluptate, nobis adhuc in carne mortali agentibus percipi. & pene videri. Vt ipsi (ait. s. Dionysius) p̄ modulo nr̄o ex huiusce modi fictionibus sacris, ad simplices illas nullis figuris vmbratas, cœlestiū rerum intelligentias, assimilationesq; subuchamur. Nam neq; possibile est humanę menti ad spiritalem illam cœlestium distinctionem, imitationem, intelligentiamq; conscendere. nisi ad hanc, mortalium rerum similitudinibus formisq; ducatur. Vt scilicet visibilem pulchritudinē, inuisibilis decoris imaginē putet, odoresq; sensibus puios spiritualis fragrantiæ, & intimę lucis indicium, ex lucis solis ducat imagine, suauitatis item illius, quam deum sitiens animꝰ atq; in diuina cōtemplatione requiescens capit, sacrarum literarum lectionem & flagrans studium, arbitretur effigiem: habitus q; illius congruentissimi & perpetua contentione atq; ordine in diuina tendentis, ex vitæ presentis ordinibus, capiat coniecturam, Iesu fœliciſſimam societatē, de sacrosti mysterij cōione cōijciat, & cętera in hūc modum q̄ de cœlestibus quidē spiritalibusq; substantijs diuinę ac nude no-

bis vero per ſigna traduntur. Id quod non ſemel confirmat ſacer Antiochenus, in commenta in Geneſim, conteſtans benignitatem dei ad noſtram condeſcendere fragilitatem. Quo res diuine conuenientius a nobis intelligantur. Quod ſi terrenis imaginibus, cœleſtes ſpiritus pinxit, carnalicq; velamine (vt ſacer ait Dionyſius) & ex fictione ſignorum ad ſimplices cœleſtium ordinum ducit dignitates, Quid ni idem in cœleſtibus amoribus, deſponſatione ſpirituali atq; vnione ſub obtentu terrenarū vmbraruꝫ & carnalis habitus contingeret? Id quod Antiochenus in calce. libr. vj. de dignitate Sacerdotali obſeruat. neq; enim aptius aut vehementius ad extima & vltra mundana duci poſſumus quod dictum ſit in nouellos cenſores, qui omnia confundunt. ſed ad inſtitutum. Vis videre fœcundiſſimi contactu illorum fœcunditatem? Duo vbera tua (inquit) ſicut duo hinnuli capreę gemelli, qui paſcuntur in liliis, donec aſpiret dies & inclinentur vmbrę. Viuentia immo exilientia vtcumq; ſunt huiuſcemodi vbera: mira virtute & poteſtate eminētia, immo prorſus ſpiritualia vel ſub iſto ſcemate oſtēduntur, contra vero viuida ipſa viuentes hiſce epotos faciunt. mire fœcundos & illuſtres redundantes in beatitatis latices eoſdeꝫ lacteos, & dulciſſimas vndas mire pluſq; Lętheus fluuius tranſformantes. Hæc ſunt (ait quidam) in aliam quandam piam tamen intelligentiā vbera tua, o beata, quibus miſeros lactas, & ab ipſa miſericordia lactaris, ipſa percipis, quod refundis. vt non poſſis miſerias ſcire, et non ſubuenire. Carnalia dominus ſapit, vt ſpiritualia per te fluerent. Et quid? quando verbum caro factum eſt, vt nos deos efficeret. Omnipotentis quippe contactu digna effecta ſunt. quid ais contactu? maius aliquid illis ineſt, quando talia & tāta fuere, quæ ſuggere dignaretur ille, qui omnis eſt ſufficientia, & famelicorum cibus. Vide quid ait dominus. Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcēdi. ſitientium admiranda refectio & cœleſtis potus. Omnes (ait) ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate emite & comedite, venite emite abſq; argento vinum & lac. Quare appenditis argentum nō in panibus, & laborem veſtrum, non in ſaturitate. Audite audiētes me, & comedite bonum, & delectabitur in craſſitudine anima veſtra. Ipſe idem fons vitę dominus Ieſus, ſaliens in vitam æternam. Et q̄q̄ tam incomparabilis immo immenſa ſufficientia eſſet, tamen de hiſce vberibus diuę parētis bibere haud eſt indignatus. Propterea exaltauit caput, & datum eſt illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, nos omneis ſecum exaltans. Obſerua q̄ pulchra & q̄ta laude digniſſima ſint, illa vbera, illę pluſq; cœleſtes mammę, per quas ſumus exaltati omnes. Merito igitur laudanda a nobis: vt a domino noſtro, miro encomio prędicata ſūt. Nouerat laudes verbi illa Mulier euangelica, quæ exclamans dixit. Beatus venter q̄ te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Noua reſpondent veteribus, & āplius aliquid in euangalio, ꝺoīs. ſ. beatitas omnis fœlicitas illis aſcribitur. Proinde obſerua ex hoc loco in euangelio veluti in amatorio cā tico, vbera nominari, & proinde legem eſſe gratiæ ſcriptam in cordib? noſtris, legem amoris. Decebat vt antea ex Origene diximus, in carmine nuptiali mammas potius nuncupari, q̄ pectus. Sed contēde (ait) vt intelligas ſpiritualiter, omnia quæ dicta ſunt, & ſimilis ſpiritui q̄ in ſpecie deſcendit columbę audias, quia oculi tui columbę, ſi legē ſpiritualiter intelligis, ſi euāgeliū vt ſevult intelligi. Vides Ieſum etiam nobis eſſe p̄ſentem, & langores ſanātem. Oculi tui columbę ſunt. Pulchre Origenes epithalamium euāgelio confert. In euangelio carmē nuptiale, ſiue oden cœleſtis deſponſationis intelligę vel ex eo loco. Qui habet ſponſam ſponſus eſt. Pulchræ igitur mammæ tuę, ſoror mea ſponſa. Hæc vna laus, magis virginem affi cit, q̄ quæcunq; alia. encomium verbi beatitudo & fœlicitas eſt. Axioma eruditorum & ſanctorum eſt, vt quos ſcriptura, ſua laudatione dignos exiſtimat, q̄ fœlices & beati propterea cenſeantur. Hic vero & ab ſcriptura & a verbo laudatio eſt: nec vna modo laus, ſed multiplex, virginis & dei matris, quæ ſuper omnes omni laude digniſſima eſt. Maius etiaꝫ aliquid in pulchritudinis nomine continetur. Eſt em̄ pulchritudo decens quædam partium inter ſe conuenientia, & earumdem veluti concinentia & harmonia. ſiue vt ait quidam æqualitas numeroſa, in admirabilem ſuccēdens amorem At quæ partes virginis, vel in quacunq; eius parte, niſi omnis puritas, omnis odor, omnis ſuauitas, ſapientia, & iuſtitia omnis, omne decus, ornamentum, virtus, ſanctimonia. magnificentia, denicq; quicquid ſanctum beatum & fœlix eſt. Hæ pulcherrimę partes inter ſe conuenientes inenarrabilem efficiunt pulchritudinem. Maxime vero ſi maxię ſunt, atq; in maximoq̄ dā ſancitę. Maxima heroum heroidū q̄q̄ oīm ſoror & ſponſa eſt. Quæ pulchra eſt ſicut Hieruſ, & veluti caſtroꝝ acies ordinata. Erat em̄ (ait quidā) formoſa valde & inenarrabili pulchritudine, oīmq; oculis gratioſa & amabilis

videbatur. Nulla hac vna ſãctior nulla melior. Tua igitur pulchritudo fœlicitas: & omne quadam ratione poſt vnigenitum bonum eſt: omnium virtutum & rerum bonarum continentia, & admitandus quidam ordo. In vno tabernaculo multa (vt diximꝰ) tabernacula, eadẽ domini dei mater & ſponſa eſt. In vna pulchritudine vniuerſę pulchritudines. vt per oĩa ſit omnis q̃dam pulchritudo omne bonum. Hãc fortaſſe poſt dñi Ieſu bonitatis & pulchritudinis vbertatem & inefabilem plenitudinem oſtẽdit dñs Moſi, ſed ſecundo & proximo gradu poſt vnigenitum. Veni & oſtendam tibi omne bonum & inefabili nimirum totiꝰ boni participatu, omne quodammodo bonum oſtendebatur patribus. in filio mater & cõtra mr̃ in filio. Sed de his hactenus. Cohibẽdus ſtilus ne ſupra crepidam (vt dicitur) aſcendamus & maiora q̃ꝫ nos doceaut, moliamur, Faueat ceptis dominus Ieſus, admirandus dilectus. Cui cum patre & ſpũ ſcto̅ eſt oĩs honor & gloria. Amen.

Libri Quinti. Homilia. xv.

VIchtiora ſunt vbera tua vino, & odor vnguẽtorum tuorum ſuper omnia aromata. Richardus a ſcto̅ Victore, duas mãmas duplicẽ cõpaſſionẽ corporalem & ſpiritualẽ interpretatur. Pulchræ ſunt mãmæ illius animæ q̃ omnibus ex affectu compatitur. Talis q̃ꝫ maxime fuit ſuperſancta θεοτόκος. Si diciſſet dulciora ſunt vbera tua vino, intelligentia fuiſſet clarior. Sed vt ꝓxime diximus. omnis virtus in pulchritudine eſt, omnis igitur dulcor & iucunditas. Quãdo ſumme eſt iucundum, ex aſtrea quod gignitur alma. & perinde eſt ac diceret, dulciora ſunt vbera tua vino. Vinum dulciſſimum hauſtu & mire lętificans. vt vinum (inquit) lętificet, & panis cor hominis confirmet. At mira iſtis vberibus lętitia, omni virtute ineſt. Emanat de fontibus illis lac puriſſimum, potens lætificare vniuerſam dñi eccleſiam: & ipſum dominum Ieſum verũ deũ lętificauit. Per omnem quidẽ modũ amabat in illa genus humanũ, Illoꝝ vberum dulcedine rapiebatur, ſentiens omniũ fœlicium aiarum in ipſis dulcedinẽ: hauriens habunde de illis fontibus, pro te & oĩbus electis aiabus, illius admirãdę virginis merita in omnes diſtribuẽs Poſſumus, vt antea diximꝰ, vinum veteris iſti intelligere, quo in vniuerſum lac gr̃æ de vberibus matris emanans, melius eſt, ſuauius & admirabilius. ſiue etiaꝫ lac gratię, quod de vberibus eccleſię, in omnes exuberat, in oẽs redundat. Omnina in parentem cõfert filius, & quã ipe dedit legẽ gratię matri ita condonat acſi ſecunda legiſlatrix eſſet, oĩa in ſororẽ & dilectã. fraternus & dilectus. Olim ſe fratres Chriſtia, vocabãt, vt in apologetico. Septimiꝰ Tertullianus. Sed & quod fratres, qui vnũ patrẽ deum agnouerunt, Vnũ Spiritũ biberunt ſanctitatis qui de vno vtero ignorãtię eiuſdem, ad vnã lucem expirauerunt veritatis. Ni mirum igitur ſi in epithalamio ſororis & fraterni nomẽ, q̃n totus hic liber nouã magis legem ſpiret. Fratrueles dñs iuxta Origenẽ, quia ſororis ſynagogæ filiꝰ ſed diuino profectu frater eccl̃ie, iuxta qđ dicit. Nũciabo nomẽ tuũ fratribꝰ in quo typo dicit Iudas de Ioſeph q̃ in ſcemate dñi pulchra facie erat & decorꝰ aſpectu, & Spũ deiplenꝰ, frater & caro nr̃a eſt: & hoc quãtũ ad eccl̃iam attinet. Sꝫ iſtud oportuniꝰ alio loco. Meliorib⁹ ſatiꝰ q̃ꝫ deteriorib⁹, maxĩorũ cõpatio facteda ẽ alioquĩ qđ in illis p̃cipuũ eſſet. Et odor vnguẽ toꝝ tuoꝝ ſup oĩa aromata. Vncta antea de more filij, oleo exultationis p̃ ptícipib⁹ ſuis diximꝰ virginem. vncta fuit in Dauid. vncta in Aarõ. & in vniuerſis veteris teſtamenti patribus. vnctus nõ ſemel fuit Dauid: vncta non ſemel Maria oĩm vnctiones illius admirãda fuere vnctio de qua meminit Ioannes. Et vos vnctionẽ quã accepiſtis ab eo maneat ĩ vobis. Et cerne mirã huiꝰ vnctionis efficaciã. Et nõ neceſſe (inquit) habetis vt aliquis doceat vos: ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus & verum eſt: & nõ eſt mendacium. Talibus enim vnguentis delibuta eſt ſacratiſſima virgo. Vt quęcũq̃ꝫ in vniuerſis erant, fœliciore ſorte, in eadem eſſent. Eius contactu vnguenta huiuſcemodi, mirum ſpirabant odorem quemadmodum contactu verbi, nardus ſponſę dedit odorez ſuum. vt ne ſuum quidem ſpirare poſſet, niſi ipſo contingẽte aut iubente verbo. Iſto vnguento ſiue oleo miſericordiam deſignari aiunt, quæ ſuper exaltat iudicium, vt iuſtitia nihil excerceat, donec miſericordia ſuum plenius munus expleuerit, neq̃ꝫ iuſtitia ſine illa, quicquam abſoluit. Proin de prefertur. Miſericordiam (ait) & iudicium cantabo tibi domine. quibus & conditum mũdum, & contineri, putant. Odor hic vnguentorum ſuper omnia aromata eſt. omnium vincit rerum odoratarum fragrantiam. Et obſerua vt multa vngnenta, nõ vnũ vnguẽtum eſt. Qua,

si iuxta p̄cedentem intelligētiam omni dignissima vnctione delibuta esset. Et vnus ex tā multis spirans manarit fragrātissimus odor. Multitudo in ea q̄ maxime simplex est, siue simplicitatem maximā imitabatur, in vnitatē cogitur. Qua vnitate, oīm multitudinem vincit. Accipe dona spūs sancti in ea fragrantissima fuisse vnguēta: accipe hīs medīs muneribꝰ & adiumentis oēs motiones eius dē spūs sancti: & fortasse aliquid grandius & sublimius in ea hæc vna vnctio fuit: quæ meritis superauit oēs: per quam ꝓxima & soror Regis ętterni & immortalis oībꝰ veluti altera augusta p̄ficeretur. Nec id solum: sed per quā mater dei vere haud quidem typice efficeretur: iure illo materno omnes continente eminentius & superante gradus. Existimant deiferi theologi luminæ gloriæ opus siue charitatis illustrissima cydari (qđ Iohānes Scotus autumat) prius q̄ꝫ in summa beatitatis fastigia pertingamus. Quasi illud dispositio quedam siue vt alīꝫ putant lumen illud præcedens, ornamentum sit. In huuc modum secundum analogiam prius q̄ꝫ Regiæ dignitatis supremos apices contingere & assequi detur: vnctione mirabili opus quæ nos in reges sufficiat. Lumini quadam comparatione, hæc vnctio confertur. Fomentum luminis oleum, quod ex sese natiuam quandam lucem habet præbetq̄ꝫ. In quo fortasse mysterio (sunt em̄ alia plęraq̄ꝫ) vidit candelabrum aureum Zacharias, & lampadem super caput eius: & septem lucernas super illud. & septem infusoria lucernis, quæ erant super caput eius. De quibus non est dicendum per singula. Et duę (inquit) oliuæ super illud, vna a dextris lampadis: alia a sinistris. Viden vt candelabrum septem lucernas habens, ob septem spiritus sancti munęra: non sine infusoriis & oliuis est: q̄ sunt pręparata ad lumen. Sunt nempe vt diximus luminis veluti quoddam fomentum. Legi in vetustissimo auctore, duas oliuas quæ superpositę erant candalabro zacharię filium & Spiritum sanctum significare, quasi quęcunq̄ꝫ perfecta quæ lucerna est ardens in domo domini, de vnitione verbi & spiritus sancti radiaret (qui primores ideę sunt auctore Alliacensi ętternum ab ętterno patre manantes. iuxta qđ dictum est. Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis vittus eorum). inde cōtinuum fomētum & lucis & super cœlestis vnctionis quæ doceret de omnibus sumēs. Hebrę duas oliuas interpretantur Legem & Prophetas. Inter quas lampas Christus dominus luceat, Hieronymus iuxta catholicos Moysen & Heliam, siue legem & euangelium. qđ euangelium in dextra, lex in sinistra sit. iuxta quod dicit, Leua eius sub capite meo & dextera eius amplexabitur me. Septē ifusoria in quibꝰ oleū sit intelligūt Hebrę septē istas gr̄as. q̄ in septē lampadibus sunt, de ęlo ad hoīes descendere: Sed quod per legem dicunt, Malim per gratiā dici gratia dei (ait Paulus). Sum id quod suum. Sunt omniū qui de regno dñi sunt pieręq̄ꝫ vnctiones: vt Christiani quasi chrismate vncti a Christo nuncupationem sortiti sint: inde Reges & Sacerdotes nūcupati. Gens (ait Petrus) sancta regale Sacerdotium, populus electionis. Vt quicunq̄ꝫ vncti quadam ratione & reges & sacerdotes sint mystice quidē & spirituales sacerdotes, Iugiter sacrificia laudis & iusticię in altari cordis sui dño offerētes. Id qđ iuxta eruditos de oībꝰ christicolis generaliter sentiendū est. qđ Hieronymus sentit proinde, & qui tibi offerūt, pro sacris silētiis & admirandis sacramētis profert eccl'ia. malim tñ regale sacerdotium ad catholicos sacerdo. qui dño p oībus litant referri, inuente Petro sacerdotiū eccl'ię longe venerabilius veteri qđ affir. sacer Chri. in lib. de dig. sacerdo. sed prosequamur. In matre vero dñi regina cœlorꝫ & domina angelorꝫ aliquid grandius & magis precipuū erit in cuius typo olim tabernaculū & oīa vasa mysterij vncta fuere. Audi, quid ait dñs ad Mosē. Facies q̄ꝫ vnctionis oleum sanctum, vnguentum cōpositū opere vnguentarij & vnges ex eo tabernaculū testimonij: & arcā testamenti mensamq̄ꝫ cum vasis suis. candelabrum & vtē silia eiꝰ: altaria thymiamatis & olocausti: & vniuersam suppellectilem: q̄ ad cultum eorum pertinet. sanctificabis q̄ꝫ, oīa: & erunt sancta sanctorum. Qui tetigerit ea sanctificabitur. Quę q̄ꝫ q̄ꝫ in dñm Iesum deiferi viri vt Cyril. Alexā. inter p̄tentur. tū matri dñi quæ vt sol iustitiæ electa est, maxime etiam, & secundo post vnigenitū loco cōueniunt, vel ipsa cōcinente & interpretante ecclesia. Et obserua v t vniuersum tabernaculum & partes singulę vngantur, Hoc significante spū sancto, non vnā solum vnctionem huius virginis & proinde eius imitatione dilectę ecclesię fuisse: quæ tantis esset designata & significata sacramētis. Arca est: ipsum totum tabernaculum est: candelabrū est, & ipsa vasa in mysterium præparata: vtrūq̄ꝫ altare & thymiamatis & sacrificij. Per singula depingitur: in singulis efformatur: q̄ post vnigenitum filium suū proxima, sancta sanctorꝫ est. Fuit illa p̄cipua arca continens dñm, magnum illum & sanctissimū Noe, cuius typum ille antiquus

ptulit,& ſanctum oraculum,vnde ſumus diui/
na conſequuti reſponſa: ara & ſanctum θυσια/
στήριον .i.altare in quo maxime & ſuauiſſime ſa/
crificabatur dño,& vt per oīa mirabilem ip̄am
cognoſcas:per ſingula illinitur:quaſi non vnā
vnctionem:ſed multiplicem habeat,& per om
nia redundantes virtutes. Vis adhuc in myſte
rio p̄cioſiorem per ſanguinem agni contueri:
qui diuinum quo maxime ſumus delibuti eſt
chriſma.Lauit enim nos per ſanguinē ſuū: nec
tā per illud vncti aut illiniti q̄ dealbati ſumus.
Hi ſūt (inquit Ioānes) qui venerūt de tribula
tione magna:& lauerunt ſtolas ſuas & dealba
uerunt eas in ſanguine agni. Vide quid in epi/
ſtola ad Hebr̄os (ait Apl̄us) Lecto em̄ omni
mandato legis a Moſe vniuerſo populo acci/
piens ſanguinem vitulorum & hyrcorum, In
quibus ſanguis dñi prefigurabatur cū aqua &
lana coccinea & yſopo ip̄m quoq; librum &
populum aſperſit dicens. Hic ſanguis teſtamē/
ti quod mādauit ad vos deus. Etiam taberna/
culum,& oīa vaſa myſteriꝝ ſanguine ſimiliter
aſperſit. atq; inter oīa ſingulariter aſperſa,& li/
brum & tabernaculum & vaſa myſteriꝝ ſeorſū
& ꝓpria ratione nūcupat. Eſt em̄ diuina pa/
rens nobis liber quidaꝫ vitę. Electa nempe in
oīa vt ſol iuſtitię eſt: ipſe vere liber vitę eſt: ſed
ſubſtātiali diuina & ꝓpria ratione,ip̄a vero ad
mirando & p̄ter oēs & ſupra captum omnē
participatu. et idē dñs Ieſus:& tabernaculum:
& vaſa myſteriꝝ: q̄ mira analogia conferuntur
in ipſam. Et q̄q̄ eadē populi & tabernaculi vi/
deatur aſperſio:in virgine tamē mire inſignis.
Quę non vt altera de populo:ſed veluti taber/
naculum & vaſa diuini myſteriꝝ aſpergitur. Ex
quo loco etiam cōꝛcitur alia ratione ipſam fu/
iſſe aſperſam:q̄q̄ cæteri in aſperſionem.ſcꝫ (vt
eruditi volūt) p̄ſeruantem. Et ob eam cauſam
ab oī peccato originali& actuali immunis fuit.
Sunt infinita & ſingularia dñi priuilegia. Et ſi
vis.vt vnuꝫ de populo inunctā ſiue aſperſam/
quaſi & redempta ſit(id qđ veruꝫ eſt) & meri
ti dñici ſanguinis particeps id q̄q̄ aliter:quan
doquidem in modum p̄ſeruantem. ſcꝫ. tñ am/
plius aliquid conſequuta eſt. Quia nō ſolū vt
vna de plebe:ſed vt arca etiam altius & effica/
tius aſperſa eſt. Propter quod non diluta poſt
lapſū,ſꝫ a lapſu (id qđ maioris & melioris vir
tutis eſt) p̄ſeruata:ſimul cū gratia p̄ſeruāte &
gratificante velut aurora conſurgens. Origę/
nes ꝓpiciatorium (vt diximus) aiam & corp⁹
dñi Ieſu interp̄tatur,quid ni arcā cui inſidet ꝓ
piciatoriū,eandē operiens & obūbrans,in do
mini matrē referemus. Siquidem illā virtus al/
tiſſimi obūbrauit & mulier de Apocalypſi eſt
amicta ſole. Sole nimirū iuſticię, & totius vir/
tutis & honoris. Et oīa (inquit) in ſanguine
mundantur:hoc eſt nihil mundū ſine illius ſan
guinis eſt merito. Lege Guliel. Altiſſiodoren/
ſem:de hīs quę ſibi & nobis,tanto exceſſu ſuo
promœritus eſt. Viden vt oīa miro ordine ſibi
conueniunt:vt oīa huic ſacratiſſimę virgini &
eius ingenti puritati quadrant. Talem enim id
qđ pro omni argumēto ſit,nobis decebat eſſe
mediatricem:impollutā/ſegregatam a peccato
ribus (queadmodum de Sacerdote magno di
cit Apl̄us) & excelſiorem cœlis factam:vt cæ/
teris īmundis in conſpectu dñi ipſa ſola mun/
da inueniretur vna inter oēs p̄cipua quam dñs
veluti ſanctam ſanctarum ſingulariter miſi
cauerit,viuens inter mortuos,vna legitima in
ter eas q̄ vere legitimę nō eſſent, fœlix inter in
fœlices,innocens inter noxios filios Adam. Et
viden pulcherrimos huius ſanctioris vnctiōis
gradus. Vnguntur chriſtiani oēs:vngunt am/
plius adhuc reges:tali ſanctificantur oleo ſacer
dotes. Aaron inquit & filios eius vnges. Et ſa/
cerdotes & pontifices maxime vngebant. Re/
ginæ nuſq̄ legimus vnctionem: legimus tātū
in eccleſia vnctionē aut ſanctificationem. Sed
ſingulare eſt in virgine:eo q̄ mater dñi eſt: om
niū vincens gradus,& poteſtates vt vncta ſit
& ſuper oēs illinita:oleo exultationis: vt eius fi
lius p̄ participibus ſuis,oleo exultationis,oleo
Spūs ſancti,oleo vnigeniti ſui. Sacer Diony/
ſius.c.iiij.Hierarchię eccle.Signa (ait) dia ſūt
ſup̄mę illius anguſtioris q̄ fragrantię, quæ in
ſe ipſa odorem veraciter hīs/ad id quod pluri
mum diſſimiliter ſe habere videt, nunq̄ cōue
nitur. Et vide q̄ conueniat diuę ſponſę & parē
ti qđ ait. Sunt em̄ intemeratę ſecretæ dei/ſenſū
q̄ excedentes odoratæ pulchritudines, ſoliſq̄
ſpūalibus ſpūaliter inſinuantur, habere q̄ cu/
piunt ſimiles atq; inuiolabiles virtutis pulchri
tudines. Vnguētum vero ſanctis Seraphin ob/
tectū Xp̄m ſignificare. Non ignorat altiſſim⁹
ſupercœleſtiū ſubſtantiarū ordo, Ieſum deum
ſummū/vt ſanctificaretur deſcendiſſe,Id circo
Seraphin circūponunt vnguento,Chriſtū im/
de mutabilem ſcientes, & deſcribentes in vera
& integra aſſumptione fragilitatis humanæ.
Sed ad dilectā noſtram redeamus. Sūmas per
oīa imitatione dilecti,dilecta ipſa habet partes,
quo nihil in ea infimū conꝛcias. Legimus thy
miama dñi olim iubente dño opere vnguenta/
riꝝ compoſitū. Sanctū ſanctoꝝ (inquit ſcriptu
ra) erit vobis thymiama. Talē compoſitionem
non facietis in vſus vr̄os: quia ſanctum eſt do

mino. Hæc erāt aromata in typum diuinę matris: illius ipsius perfectissimę sponsę: sanctū quidem sanctorū. At omnes typos, oēs figuras excelluit, eadem sanctū sanctorū post vnigenitū dño effecta, in vsus tñ diuinos reseruata. deinceps (ait Hierony, totū diuinū est qđ operatur in ea, teste angelo, spūs sanctus, eadem, pura verissima, ad indumentū & gloriam sumi regis aptissime ꝑparata. Verissimū illud sanctuarium & tabernaculū, in quo habitauit deꝰ & homo. Et odor vnguentorū super oīa aromata. Talis nēpe & tātus fuit hic odor ex quo oīa aromata odorem sumerent. Ex cuius contactu vniuersa (vt dicit scriptura) sanctificarētur. Qui tetigerit (inquit) ea sanctificabitur. cuius cōtuitus immo & contactus (vt eruditi aiunt) puritas est. Dicimus (ait Diony.) vnguenti cōpositionem collectionē quandā spirantiū suauiter materiarum cuius q̄ participes sunt odoris suauitate replentur. Scimus Augustissimū Iesum supsubstantialiter odorū esse intellectuale nostrū spūalibus distributionibus replētem. Cuius imitatione ꝓxima Augustiss. parens, diuinius odora. spūalibus odoribus nos replet. Infinita possent in hūc locum conferri de quibus antea diximus. Vis videre q̄ mirabilis sit spūalium contactus. In euāgelio dicit dominus. Quis me tetigit? Senserat em̄ illo cōtactu virtutem de se exiisse. Et iterum dicit scriptura. Virtus de illo exibat: & sanabat oēs. Capiunt singula ꝓ suo captu de lumine vno illuminationem: capiūt de tantis vnguentis etiaz singuli pro suo captu sacratam vnctionem virtutem etiam inde exeuntem & emanantem, ꝓ quantitate (ait Dionysius) fragrātis participationis. At super oēs capacissima dñi dilecta & parens. Obserua (vt ex hoc loco conijcitur) virginē deiparam inunctam fuisse in reginam, in sororem, & sponsam regis in prophetissam in typo Debbore. Et hoc legitimū sempiternū siue vt legit Origenes æternale legitimū nāq̄ & ꝑternum quod mysticū est. oīa p̄sentia hec (ait. xiij. Homilia in Leuiticū) & passim visibilia temporalia sunt & finē cito accipiunt. Prꝑterijt em̄ habitus huius mundi & literæ habitꝰ ꝑterijt ait, & manent illa q̄ ꝑterna siue sempiterna sunt, q̄ sensus continet spūalis: hęc igit̄ sancta diuinæ parentis delibutio sempiterna, profectus totius ecclesiæ & cuiusq̄ cœlestis aiæ ē.

Libri Quinti. Homilia.xvj.

quorum fragrantia cœlestis, in cœlestem vitam euehere posſit, in diuinos habitus atq; efficientias. Maiora ibi vt antea diximus lumina q̄dā, grandiores ibi energiæ ſpecies, formæ exemplaria, ideæ theophaniq; ſacra ſilentia, caligines haud quidem hereticorum ſilētia aut qualia finxit (Auctore Tertuliano) Valentinianus Origenianiq; obſeruabāt, vt affirmat Hiero. vt nō collectim mō ſed ſingulariter & ſeorſum qđq; paradiſum efficere poſſint. Viden, multitudinē ibi, in ſumma quadam affirmatione eſſe, hic. i. in citima Hieruſalemi negationē eſt, & plærūq; non bonam ſignificationem habet. Ibi in celſo & ſupereminēti ꝓfectu & admirādum aliquid deſignat. Infinitæ ſunt diuinæ rationes, innumerabiles dignitates, tametſi vnum omnia eminentius ſint, tamen admirabilius aliquid illa numeroſitate exprimitur. Id quod non ſemel de ſcripturis obſeruat Origenes. Richardus a. S. Victore refert mala ad martyrium, quod fit in pace eccleſiæ, quando mortificantur membra ſuper terram. Suſcipienda (ait Cyrillus Alexandrinus lib. xij. in Ioannis Euangelium) cuncta quę cum a recta via non excedant, non nihil vtilitatis afferunt, nec eṇciendum, cum reb⁹ aptiſſime accōmodatū ſit. Ex obiectu igitur ſiue oppoſito eius quod nos perfectius exiſtimamus, diuini⁹ aliquid intelligitur, & ſit alia vbiq; admiranda contrariorum coincidentia. Viden vt Apoſtolus longitudine latitudine altitudine & profundo ſtupendum aliquid nō tam afficit q̄ aut molitur aut indicat: cum in ea entelechia eſſentia & perfectione admirabili, nihil tale ſecundum quod ipſa vocabula p̄tendunt ſit. ea tñ cō paratione diuinior quædam percipitur de diis philoſophia. probat Sacer Diony. c. ij. cęleſtis Hierarchiæ congrue dia atq; cœleſtia etiā per diſſimilia ſigna tradi. Fas igitur (ait) fuerit ex his omnib⁹ pulcherrias elicere intelligētias, ſpiritualibuſq; & intelligibilibus reb⁹, ex humilioribus atq; terrenis, diſſimiles ſimilitudines. Sic em̄ dicuntur effingere, cū eadem aliter ſpiritualibus inſunt, aliterq; carnalibus. & Paulo ante. Si ergo in diuinis rebus negationes, quidē vere ſunt, affirmationes vero nequaq; tātis arcanorū latebris congruūt, Illa ſane cōueniētior in rebus inuiſibilibus erit expreſſio, quæ p diſſimilia ſigna monſtratur, & potenti⁹ illas nos iuuare, atq; ad diuia potēti⁹ ſubuehere. Nihil em̄ eorum quę afferre poſſum⁹ aut intelligere, ibi eſt. immo in ipſo minimo, quā diſſimilē ſimilitudinem vocat Diony. aliquid cōiicitur & in negatione, inefabilis & prorſus admiranda affirmatio, vt ꝓxime de oppoſito (oppoſitum nāq; eſt) diximus. Nam ſicuti (ait Dionyſius) ſecretior illa ſacerdotaliſq; traditio docuit dum illā eſſe aliquid negamus ex his quę ſunt, verū profecto loquimur & ſi modum quo illa indiffinita eſt quippe quę ſuperſubſtantialis incomprehenſibilis atq; inefabilis prorſus ignoram⁹. Lege Picum a mira. in eptaplo & in libro de ente & vno qui diuinā Dionyſij theologiā haud perfunctorie & veluti per tranſennam prætereuntibus ſtrictim explanandam cenſet. Tale aliquid de pientiſſima virgine & dilecta, non tam aſtruimus, q̄ cum ſumma quadam veneratiōe & pietate, ex hoc loco conijcimus. Emiſſiones (inquit) paradiſus. emiſſionem, ſiue emiſſarum locum putant. per quem aqua e ſtagno emittitur græci ἐξέλασιν. Si igitur hęc parua, tam magnam tam plenam diuinorum atq; ſpiritualiū ſenſuum ſortiuntur vim, q̄ta putas dignitate eminere, q̄to fauore illuſtrari, quę maxia ſunt? Sed aliud hic prætendere emiſſiones fortevidē tur vbi hortorum mentio eſt & paradiſo, loco pomifero comparantur tametſi lyriēſis riuulos inde defluentes interpretetur, & forte ſpirituali & amatorio cantico altius aliquid his omnibus eſt. Multiplices ſunt emiſſiones & cœleſtes eius decurſus. vniuerſos irrigātes hortulos tecleſiæ cœleſtes omnes animas, & quod ſimul omnia, omnibus intentionibus præſtant, hoc ipſa perfecta vel tantulo decurſu efficit. In iam tos aſcenſus prouecta eſt, quę vndiq; mirabilis terribiliſq; eſt, vt caſtrorum acies ordinata. Poſſumus intelligere has omnes emiſſiones, cœleſtium & vltramūdanarum actionum efficacias, effuxus, lumina, illuſtrationes, pulchritudines, vniuerſum decorum, inſtar paradiſi. Vt non ſolum arbores, in fructu ſint, ſed ipſi fructus, in multa fructuum propagatione ipſe quoq; emiſſiones ſiue deriuationes etiam in fructu, Lege Ezechielem & Ioannis Apocalipſim in calce. Et quod angelica numina & cœleſtes in vniuerſum pręſitant animæ, vt paradiſus quædam poſt ampliſſimos illos obtut⁹ diuinos ſint, hoc vna ſuis admirandis emiſſionibus, veluti luminibus & perēnibus diuinorum chariſmatum & gratiarum effluxibus efficient, & longe quidē vberius atq; efficatius, dei alma parens. Hanc enim præcipue pro ingenti totius eccleſiæ profectu demiramur, & ſuſpicientes reueremur veluti cœleſte quoddam prodigium. quæ veluti archetypon & exemplar omnium eſt, & paradiſus quidem, haud ſimpliciter, ſz charitatis paradiſus, paradiſus qppe oīs ſuauitatis, omnis vbertatis, incomparabilis efficientię, & fructus malorū quidem punicorū. vt ingētia myſteria

pauciſſimis cõprehendat/cũ pomorũ fructib⁹, gñali quippe vocabulo/oĩs generis cõplectitur fruct⁹, vt cõtra aliorũ naturam fruct⁹(vt dixi m⁹) alios pariant, mira ait quidam fragrantia boni exempli & opinionis odore. Cernis ne diuinorum admirãda myſteria. Multiplex hic paradiſus/vnus eſt,& vnus/multiplex. Huius fœcunditas & cœleſtis vbertas,vt ꝑxĩe in oſcula accedat diuinitatis. & ſanctiſſimos ãplexus. Iaz iam veluti exclamans ait. is cuius deſiderauerã oſcula,me ſanctiſſimis ſuis dignatus eſt oſculis non vno modo,me ꝑxĩs & admirandis imitationib⁹ ſiue inclinatiõib⁹, iuxta quod dixerã olĩ. Inclina cęlos & deſcende,ſiue adheſionib⁹ more oſculantiũ. Et iſtud ex hebræo. Naſaq. oſculat⁹ & cata aphereſin Nun ſaq.i. oſculeſ. in Pſalmo.ij.ſiue alias .j.ꝑ eo quod dicit. Apꝓhẽdite diſciplinam,alij adorate, Burgẽſis Oſcula mini legit,ſz inſtitutũ ſequamur. Me quidẽ ſuſpicite. O cœleſtes aĩæ,& angelica numina, vt ꝑxĩa & multiplici ſingulari quoq; ſuꝑ oẽs imitatione. pluribuſq; diuinis nũcupationib⁹ me dignaſ. Nũc illi ſum ꝑxĩa ab eodẽ tali etiã noĩe honorata nũc ſoror & ſpõſa. Nũc illi regina & cõiux. Ita eñ alia interpretatio iuxta hebraicũ habet,aſtans idq; iugiter a dextris eius,nũc obdiam cũ puritatẽ tũ ſimplicitatẽ,ſiue magis ardentẽ amorẽ colũba,& ꝑ oĩa caſtiſſima turtur, filia,filia regis & ſoror,& qđ ãplius eſt & oẽs illuſtrat gñationes/vera etiã mater,& mea imitatione & diuino participatu/matres/illę pręcipue,quę virginitatẽ meo exemplo amplectuntur. Nazian,in Panegiri de theophanijs. Chriſtus ex virgine,virginitatem fœmine amplecti mini,vt matres efficiamini xꝑi. Fuſi⁹ in oẽs obſeruatores volũtatis patris dñi verbum hic frater(inquit)& ſoror & mater eſt. Mater inq; illa q̃ coronaueriz eum iure quodam ſingulari/in die deſponſationis illius,& in die lętitiæ cordis eius. Nũq; cuiq; talia & tãta aſcripta aut cõceſſa fuere. Raro filia ſynagoga dicta/rariſſime ſponſa,nũq; proxĩa ſoror aut mater. Vna ego/oĩa mihi/ipſo donante vendicaui,& me auctrice atq; intercedente/eccleſię etiam dilectę ſpõſæ donata ſunt. Talib⁹ in vniuerſum digna iuenta ſum nuncupationibus,nulla illi propter me pœnitudo acceſſit vnq;,pœnitudo ꝑpter ſynagogam frequens,de eccleſia reiſcitur nõ habens veſtem nuptialem,& mittitur iubente patrefamilias in tenebras exteriores typo eorum qui in eccleſia peruerſi ſunt.a conſpectu dñi reiecta nũq; ſua mater ẽ,nũq; filia irę habita,quæ pręuenta erat cœleſti gratia,& diuino cõfirmata fauore, vna ſpecioſa ſicut columba, aſcẽdẽs vt cõcinit eccleſia ſuper riuulos aquarũ,& circundabant eam flores roſarum,& lilia conuallium. Et cõcupiſcet(inquit) rex decorem tuũ. Nec eñ fas eſt (inquit) vt auertam facie tuaz, Nec mirum ſiquidem ſemper conuerſa erat,& in eum ſolem iuſtitiæ intẽta eius facies,quę cœlum & cœlites continue ſerenat.nunq; auerſa. Me etiam (inquit) dignata eſt ſua ꝑfunda caligine diui illa bonitas immẽſitaſq;. vt propter immenſitatem lucis/tenebras vt cũq; poſuerim latibulum meum. Ego quidem illa lux matutina cum ſummo atq; ęterno parente meo eram/cuncta componẽs,& tabernaculum hoc,& in comparabilem domum mihi pręparans,in qua inefabilis dei eſſet habitatio,ille mihi & templũ & tabernaculum,& contra ego illi. Etpulchra in hiſce(quam vocant)coincidentia mira præuenta concordia. Lege Ioannem Damaſcenũ & Sanctiſſ. Pa. Dionyſium,& huiuſce lucis meminit Daniel. ipſe reuelat profunda & abſcondita:& nouit intenebris conſtituta:& lux cum eo eſt. Expoſuere vetuſtiores Hebręi vt rabi abba nimirũ cabaliſta. Hæc lux/eſt lux regis meſię:de qua in Pſal.xxxv. Et in lumine tuo videbimus lumen hæc(vt aiunt) in glo. Bereſſit Raba. Non iniuria alterum quoddam lumen Maria erit: vt proxima ſit filio veluti aſſidens a dextris eius:quæ iure materno /& hereditario quodam munere/Sancta ſibi vendicat munera filij: iſtud ipſa etiam proprietate vocabuli ſignificãte. Maria enim ſyro ſermone domina eſt. Vt ſicut vnigenitus dei filius dominus dominãtiuz eſt:ipſa etiam regina mundi:domina dominantium ſit. Et quod amplius & magis ad rem noſtram attinet:Maria ſtella maris ſiue illuminãs interpretatur. Lux igitur quædam illuminans eſt:quæ cum vnigenito dei filio & proinde patre & Spiritu Sancto ſemper eſt. Quadam igitur prope lucis immenſitate/veluti lucem inhabitans imarceſſibilẽ: hoc eſt vnigenitum filiuz ſuum/in contrarias quoquomodo ſed mirabili quadam concordia obvehementiorem exceſſum lucis it tenebras. Nyſenus. Mens q̃tomagis dei ſpeculationem accedit tanto magis perſpicit incomprehenſibilem eſſe .i. prius Moſes in luce demum in caligine proficies vidit. Sed hæc iam πάρεργα & per exceſſum dicta ſint.

Emiſſiones tuæ hoc eſt plantationes tuæ & a verbo Salath,quod/miſit/ſignificat. vt Pſalm⁹ cv. Illuſit ante eos virum.& inde putant abirri gãdis plãtationibus aquam ſiloah nominatam In nehemia. Et muros piſcinæ ſiloen in hortũ regis. Sed ad rem redeamus. Emiſſiones tuę in q̃ O virgo paradiſus vna qdẽ vt dixim⁹ padi

ſus,& multiplex: multimoda & vna. Paradiſus quippe hortus delitiar eſt. At quę non delitiæ in te ſunt o virgo & ſponſa quæ non ſuperſan ctæ voluptates? in te omnes abunde reficiun tur ſenſus & animę & corporis reſtaurantur in credibili quodā modo vires. ſenſus omnes tua incōparabili obiecta pulchritudine vegetiores fiunt. In tuo cœleſti luminę lumen videmus fi liȝ. Et vt in luce colores omnes: veluti regnum colorum ipſa ſibi vendicante luce. Haud aliter in te o cœleſtis mater veluti luce prominentio re: reliqua oīa, ac ſi colores eſſent, cernere poſ ſumus. Deficit mens, deficiūt ſenſus omnes in te vna contēplanda matre. Poſſumus id etiam dicere te laudare moliti: quod in Pſal. xxxviȝ. ſcriptum eſt. A fortitudine manus tuę. Ego de feci: ab ingenti fortitudine tuæ tantæ virtutis, tuę gloriæ, tuæ per omnia admirandę maieſta tis, nos oēs deficimus. Salutare quoddam no ſtrum poſt vnigenitum filium tuū es: & proin de dei ſalutare: qui ſalutem, veluti intercedente quodam ſalutari, infert: vt dicere cogamur. De fecit in ſalutare tuum anima mea: Defecerunt oculi mei O pater, in eloquium tuum: & in ad mirandi verbi tui dilectam & matrem vt cunctę laudandam & dignis celebrandam prȩconijs. Ceſſauit nūcq; mens patrum non cōtenta mul tiplici ſanctorum lumie: quouſcq; in puri? quod dam lumen Sanctiſſimæ incurrit virginis & fi liȝ. Vnū nācq; quodāmodo cū illa adhuc in vte ro exiſtens ſi phiſicis immo vltramūdanis phi loſophis credimus, videbatur. tum primum ſa tiati fuere mortales cum ingens illa ambulanti bus in tenebris, apparuit gloria. Vide, quid ait ſcriptura in eodem Pſal. Inebriabūtur ab vber tate domus tuę. Ipſa quidem, cœleſtis illa do mus eſt longe quidez melior & incōparabilior cȝ nos. De quibus dixit Apoſtolus quæ dom? ſum? nos, ſi fiduciam & gloriam ſpei vſcq; ad fi nem firmam retineamus. Ipſa fiduciā & gloriā ſpei tota & ſola ſupra omnem modum comple xa eſt: Fuit illa torrens quemadmodū antea di ximus ſed perēni decurſu manās, qualis illę de quo ſcribitur. De torrente voluptatis tuæ pota bis eos. vñ hauſit vnigenitus dei filius: ꝓpterea exaltauit caput. De hoc etiam torrente nos po tí ſumus: de hac paradiſo fructus & cœleſtia po ma ſuſcepimus. Talia q̄daz poma, qualia, rogā te Dorothea diuina virgine cuidā ipſam ſubſan nāti & rogantivt fructus paradiſiacos illi afferret attulit Angelus. & fortaſſe meliora q̄dam q̄ de arbore virgis ꝓxime excerpta erāt. & tā quidē odora, cȝ erāt ſerta quibus Ceciliam & valeria nuz donauit miſſo qui deferret angelo dñs, ſen ſit theophil? in malis miſſis e paradiſo vim cęli ci cuiuſdam odoris, quo repletus, & in alterum virum mutatus repetens dicebat. benedictū ſit nomen dñi Ieſu Chriſti, qui vt ait Ioānes Ger ſon Martyrio coronatus aſcendit in palmā vbi pleno orę vorat fructus eius talem ſentiebat dia conus quidam (cuius mœminit Euſebius in ec cleſi. hyſtor.) cū ad dira tormenta inclamaret, chriſtian? ſum, noui ſolamina & ſanctos odo res ſponſi. Tali ratione, currebant cœleſtes ani mę in odorem ſponſi, & proximo loco poſt il lum ſponſę ſiue eccleſię, ſiue reginę ſingularis, quæ ſtat a dextris dilecti. Videtur ne parum vo bis o cœleſtes aiæ, de his tam cęleſtib? virginis arboribus tam cœleſtes fructus excerpere poſ ſe. vt non tā frondes aut folia ſiue flores ex hac diuina paradiſo conſequamini: ſed admirabi les & ſuauiſſimos eoſdem. Sunt nempe flores & folia in fructibus. Hoc illa virga Aaronitica indicante: q̄ ſimul floruit, fronduit & fruct? at tulit. Ait enim Scriptura. Sequēti die regreſſus inuenit germinaſſe virgam Aaron in domo Le ui: & turgentibus gēmis eruperāt flores qui fo liȝ dilatatis, i amygdalas deformati ſunt. Om nia ſimul ſunt: omnia vnum ſunt i hac ſuperbe nedicta virgine, q̄ tota in xp̄o exiſtēs: tota fru ctus & ſanctuarium domini erat: tota inſtar an gelorum in pulcherrima actione, & proide fru ctu. Et benedictus fructus ventris tui. Ergo & omnium ſenſuum & omnium animæ ptiuz, & totius vndicq; cœleſtis virginis fruct?. Lege Io. Gerſon in opere magno in canticum in quod miriseffert præconijs. Ioan. Franciſ. picus a mi randula Coſmas Hieroſolimi. Myſticus es dei pera paradiſus, illaborate germinās Chriſtum a quo crucis vitifera in terra plantata eſt arbor per quā te magnificamus. Ezechiel deſcribēs cœleſtem Hieruſalem quæ eſt mater domini de qua glorioſa dicta ſunt vt in. lxxxvj. Pſal. ſcribi tur, inqt. Non defluet foliuz ex eo: nec deficiet fructus eius. & nō deficientibus primi noui ſuc cedunt. Subdit. per ſingulos mēſes afferent, pri mitiua. quia aquæ eius a ſanctuario egrediētur & erunt (inquit) fructus eius: in cibum & folia eius in medicinam. Id quod & Ioannes (vtro ta in rota ſit) expreſſit in Apocalypſi. in medio plateę eius ex vtracq; parte fluminis lignum vi tæ, afferens fructus duodecim, per menſes ſin gulos reddens fructum ſuum. cernis vt vetera reſpondent iuxta Origenez & proinde Hiero. veterib? veterū vtrobicq; lignū, ſed ꝓpter eū q̄ via veritas & vita ē, q̄ dicit, ego veni vt vitā ha beāt & abū dāti? habeāt, q̄ p̄cipue de ſe loquēs ait. Nō pōt arbor bona, malos fructus facere.

Et folia ligni ad sanitatē gētiū. admirabile aliq̄d in hac arbore est: in hac cęlesti paradiso: vbi arbores iugi gratia cōtinenter irrigatur. Vt & folia, & maxie etiā fructus ipsi sint in sanitatē gentiū. immo invitę ppetuitatē: & si spūales huiusce modi fructus sint, vitam p̄stabūt spūalē. Et vide igitur q̄ consequēter in nr̄o epithalamio. Emissiones tuę paradisus. & in aliā significationē dia hęc virgo nobis emissio per quā cęlestes deriuātur gr̄æ, & oim gratiarum plātatiōes q̄ Salath etiā innuit sed benignitate. D. Ieiu cui ē omnis honor & gloria. Amen.

Libri Sexti. Homilia.iiij.

CYpri cum nardo: Nardus & crocus. Fistula & cinamomū cum vniuersis lignis libani: myrrha & aloe. cū omnib⁹ primis vnguentis Dixit p̄xie emissiōes, plātatiōesue cœlestis matris paradisum esse: hortū voluptatis amœnissimū: quę hauddubie i oriente posi tum intelligere possum⁹. Nā & Oriēs orę: Anatole nomen dñi est: & oriens inquit nomē eius, concinēte ecclesia. o Oriēs splendor lucis ęterne, vt fructus oēs ibi vegetiores sint: & diumas e tanto exoriente sole suscipiant p̄prietates. Et ne forte intelligeres vnius tm̄ generis ibi poma esse aut arbores, Subdit. Cypri cū nardo: hoc est (si Cypri in genitiuo casu singulari intelligamus) paradisus est non solum malorum punicorum cum pomorum fructib⁹: sed cypri cū nardo, etiā paradisus & hortus deliciarum est. Cyprus arbor odora est Oliuę similis folio, semie cortādri flore cādido, & mirū imodū odorato, quo cœlestis gr̄ę influxū designari, aiunt, et existimant: ac si dicat. Omne genus ibi arborum est: sedquę oēs, vt Cypr⁹ sint mitę odorę sed cum nardo humili herba. Est cm̄ frutex folio puo dēsoq̄, aspero sapore, huius geminam (propter geminā charitatē) dotem, eius scz spicas & folia celebrāt: vñ vnguentū nardinū & foliarū. Nardo etiā Typo vnctiōis dñicæ, dei i corde vnctionē dilectionēq̄ indicari credunt, quo gr̄a delibuti, tribulationis igne nō supere mur. Cū nardo hoc ē cū herba odoratissima in qua oē gen⁹ odoratoq̄ herbarū sit. propter ingentē humilitatē. Vt nō desit huic sup bñdictę terrę nr̄ę illa bñdictio: quā terrā in mysterio oli ab initio bñdixit dñs Germinet terra herbā virentē & facientem semen. & lignū pomiferum faciens fructum iuxta genus suū: cuius semen in emetipso sit super terram, & factum est ita. Quin igitur in spirituali & admirāda terra tua, talis quædam bñdictio erit? Sed ampli⁹ adhuc aliquid ibi: siquidem oēs odoræ aut (vt aiūt) aromatizantes arbores atq̄ herbę erunt. ex quibus præciosissima & mystica vnguēta. De sc & sanctis omnibus. Dixit Apostolus. Odor quippe bonus sumus alis vitæ in vitam: de quo antea memimim⁹. At nō vnus hic odor: sed multiplex: & oim Sanctor̄ simul odor. Vt quicquid in alis sit, hoc i hac superbona & oi sancta matre v̄ gie & dilecta sit, quāvt ait Cosmas Hiero. p̄ciosiorē Cherubin & gloriosiorem incōparabiliter Seraphin, incorrupte deum verbum procreantem vere deiparam magnificamus'. Nectūtur charitate & admiranda societate sancti oēs sctis. Hæc vna vniuersos, gratia continet: A nemie superatur: superat ipsa omnes. Vniuersę istæ arbores, in fruct⁹ in filiū dei maxie & cōceptu & partu erupere: dedere tum, admirabili dei & inefabili cōtactu odorem suum. Id quod de vnaquaq̄ anima: sed p̄cipue de cœlesti matre intelligendum esset. quā perpuram matrem Emanuelis collaudat Cos. Hierosolymitanus. per ipsam & ex ipsa afferēs cultū diuinū gnato. Cyprus męror vel tristitia est. Nard⁹ humilis & odora herba humilitatem designans. Iungitur in hac virgine mœror humilitati quam respexit domin⁹ & benedictam ob illam admirandam humilitatem, fœcit, in omnes generationes. Propterea (inquit) Beatam me dicent omnes generationes. Magnus mœror in filio, magn⁹ & qui oēs superaret mœror in matre. Sed hic mœror nequaq̄ a modestia deficere cogit. Iūguntur virtutes virtutibus. Vna alteri mirum pedamentū est. In tabernaculo domini byssus est retorta: & coccus etiam bis tinctus. Hic vero mœror geminatus: & ob eā causam in virtute est. Nec cm̄ solum mœror: sed propter deum mœror. simile aliquid dicit Apostolus, gaudeo Nō quia tristati estis: sed quia contristati ad salutem. Et non solum duobus aut tribus virtutum generibus iunctus est: sed omnibus simul virtutib⁹. Quadam tamen speciali ratione vni humilitati iunctus. Proprie namq̄ humilitatis est ob aliorum miserabilem casum confici dolore, & bescere Peculiare quippe sanctorum ita confici aliorum dolore aut malo, vt suo. ait Ioannes Constantino. in Genesim. Homilia Quadragesimatertia. Is enim sanctorum mos est vt plurimum afflictis compatiantur. & Homilia Vicesimaoctaua. Mos (inquit) est Prophetarum & iustorum omnium, non solum dolere prohis dūtaxat qui sibi proximi sunt, sed p̄ reliqs oīb⁹. Moses dimitte eis pctū, aut me dele. Orbis doctor Pau. optabā anathema cē a xp̄o

pro fratribus meis. Amos. Pœniteat te dñe ſuper hoc. Hocvno zelo cogente. Tabeſcere (inquit) me fecit zelus meus. Propter quod dicit vir iuſtus in Pſal. xxxvij. & tabeſcere feciſti ſicut araneaz aiam meam. & in Pſal. xxxvj. Cor meum conturbatum eſt: & dereliquit me virt⁹ mea: & lumē oculorum meorꝝ: & ipſum nō eſt mecū. Poterat hoc dicere oi plena gr̃a, cernēs dñz ſuſtixū in cruce & vita functū: tātā quoꝝ populi malignantis ingratitudinem. Meavirt⁹ meus vnigenitus fili⁹ me reliquit lumen oculorum meorꝝ: quin morior: & hanc p̄ ſalute gentiū (vt ipſe) efflo aiaz: & vitam extrema per oia fundo, p̄ cruce ſtabat vt volūt mori patior. Talibus orabat dictis, illa deipara virgo. lachrymaſq; ob miſerandam oiz calamitatem ciebat: tātis cōpaſſa erūnis, & vnigeniti filij ſui pœnis & mœroribus, ſuas illius adhuc in vita agentis ſūgebat lachrymis lachrymas, orabat in cōi ecclieſ cōfeſſu, p̄ſtōres te rogam⁹ audi nos. Miſerere nr̄i ſecūdū magnā miaz tuā, quia p̄ſtōres magni ſum⁹, & ſecundum multitudinē miſerationū tuarū, quia multi ſicut inſpicis ſum⁹. Propoſita erat vniuerſis (ait Ioā. Gerſon) in exemplū, Obſeruavt in hoc loco & ſequēnibus, duo tm̄ mirē nectūtur, in veteri teſtamēto nō duo ſolū, ſed quatuor iungebātur colores intertexto auro in fila atteuuato. Iturī hoc cęleſtis ſpōſæ curſu, a pluralitate in vnitatē, ipſa in̄ dia vnitate, multitudinem mira virtute cōplicāte. Nec Binarius hic myſterio vacat. Binos & Binos præmittit dñs diſcipulos añ faciem ſuam. Duo ſunt in p̄piatorio dñi, mutuo ſe reſpicientes, qui & Cherubin gloriæ obūbrantia. Lucas & Eſaias circū dñi arcam, q̄ eſt dñi Ieſu mater. Hi conuerſis vultibus in ſancta incarnatione texēda ſe reſpiciūt, in duabus tabulis & populi duo & vtrūq; teſtamentum ſiue domini ſeruatoris diuinitas & hūanitas. Duo ſummū ſacerdotez onichitī mire hinc atq; hinc illuſtrant, hos ſanctī onichitos varie nūcupāt. Nyſenus portas, Portę inquit ſunt lapides, patriarcharum noia ſex vniuſquiſq; cęlata ferentes, Addit. Præteritorū em̄ virorum qui optime vixerunt exēplis, vita noſtra corroborat. Et rationale iſto ſacramento mire ſuper humerali iungitur. Ita em̄ in exodo legim⁹ & ſtringatur rationale cū anulis ſuperhumeralis, alij verbū e verbo interpretati & eleuent ſeu ſurſum trahant rationale de anulis ſuis ad anulos ephod. Econtrario magis ſuperhumerale rōnali nectitur, rō operib⁹ & opera rationi iunguntur. Scriptura tm̄ ſignificātius rationē trahit ad opera. Duo ſunt ſecundū vnā interp̄tationē Seraphin, dñm ſedentez ſuper ſolium excelſum circūſtantia. Duo ligna in Propheta nectuntur. Et adiūge (ait dñs) illa, vnū ad alterum tibi, in lignum vnum, & erunt in vnionē in manu tua. Vtrāq; virgaz Zacharias ſumit, alterā vocauit decorez, alterā funiculos, & pauit gregē, non vna ſolū paſcere potēs. Primis tabulis cōminutis, ſecūdę etiānū geminæ ſuccedūt. Vbiq; gemīa charitas & ſanct⁹ amor Lege Gre. Nyſenū, qui dura cū p̄tō colliſione cōtritas primas tabulas affirmat, ſed per Ieſum verum legiſlatorē de natura noſtra inſtauratas Spūs. S. perueniente in virginē, quo rurſus natura confracta. facta eſt illi⁹ ipreſſione digiti immortalitatem conſequuta. & hoc modo glorioſius Moyſes cōmutatus fuit: vt eius gloria cerni nequiret. Nam qui naturā noſtrā integrauit, non amplius indignorū oculis capi poteſt Tollatur (ait) ipi⁹ ne videat gloriā dei. Alij cōtritas in veterē inſtauratas in nouā. l. referūt. ſed ad inſtitutū. Duo ſunt lumīaria magna in cęlo, & ſecunda dies, dīa haud caret operatione, ſilētio magis, voce, illius diei myſteria & collaudationē exprimente. Diuinū quippe ſilētiū, ineffabile illud quidē, dñi peculiare. Tibi (inquit) ſilētiū de⁹ in Syō & eius vox vt inexplicabilis oſtē datur, tanq; vox aquarū multarū, in Apocalyp. deſcribitur. Cāticū Pſalmi, & Pſalmū cāticī dīa hac cōplicatione Legim⁹. Quę facer Hylarius interpretatur. Aplos enūerat Euangeliſta binos & binos: quod annotat Beda. ſeptuagīta diſcipulos binos & binos mittit dñs añ faciē ſuam, quod. S. Gregorius in charitatem refert. Duę ſunt oliuę miſ indices, in candelabro qđ Zacharias videt. Infinitū eēt oia ſancti binarij velle percurrere myſteria. Hic nūerus rebus copulandis maxīe peculiaris, ſiue illę corporales ſiue ſpūales ſint. ſiue ſimł ſpūales & corporales Diuinū fecit ſpūalium cū corporalibus cōmercium, primū in ſe dñs, ſacroſancta in vnitatem hypoſtaſis, ſuſcepta hūanitate. Tū cepere angeli aſſiduū cū hominibus agere cōmercīū, immo cœleſtē ſi dicere par eſt mercaturā, tum fuere ſanctę cū ineffabili deo, eedem, frequētiores celebratę nuptię, & ad miranda fœdera, p̄bant Sancti haud īfamē ſed laudabilē eē. vel ex vnione hūanitatis cū diuinitate. Obſeruat etiā Antiochen⁹, qui cū Baſilio Mag. nullā ſuperſtitionē ex numeris (qđ pythagoricū magis eſſet) recipiebant. Quæ per exceſſum dicta ſint, vt diuinā eſſe, in admirāda dñi parente & quauis cęleſti ſpōſa, itelligerem⁹ eſſe ſūcturā. Cypri (ait) cū nardo, Nardus & croc⁹. Cyprū dicūt ſtiriborem eſſe, q̄ vim calefaciēdi habeat. Virt⁹ qua incaleſcūt aiæ tū magis accendit, ſi quis intel-

lectum habet/quomodo tẽtatio est vita hominis super terram,& dicat, quia in his oĩbus nõ peccauit labijs suis. Isti, Cyprus & hæc omnia efficitur verbũ dei. Et sunt inefabiles profectus animæ. Est adhuc admirabile aliquid in ea obseruandum,quando diuinam hanc cõiunctionem/pulcherrima sequitur virtutum & gratiarum multitudo. Quod in sequẽtibus innuit,& ꝙtum licebit enarrare conabimur, gratia & misericordia dñi Iesu,cui cum patre & spũ Sãcto/ est omnis honor & gloria. Amen.

Libri Sexti. Homilia.v.

Histula & cinamomum/cum vniuersis lignis libani. Nec sine mysterio hoc diuinę multitudinis sacramentũ repetit. Myrrha & Aloe cũ omnib⁹ primis vnguẽtis. Secus fontes duodecim.lxx. sistuntur palmę. Moyses & Aarõ sanctissimos duces innumerabilis sequitur multitudo,insidentem ęquo albo/cui nomen verbum dei/incõparabilis candidatorũ obseruat numerus. Et exercitus qui sunt in cœlo (ait Ioãnes) dilectus dñi,(si Dionysio ẽt credim⁹) sequebãtur euꝫ, pulchra emulatione sequuti eũ,q deus & homo est,hoc sacrum & penitus arcanũ mysterium,ipso ęquo albo significante,& quo magis ꝓposito conueniat, Subdit. Vestiti byssino albo & mũdo. Docetur Moyses ait Nyse. quo modo potest deus videri. Sequi cũ deum quo cũqꝫ ducat idipsum est deum videre. ideo dicitur ei facies mea non videbitur. Post gloriosas igit visiones & inaudita miracula vix iuxta vitę finẽ cõsecut⁹ vt disceret deũ seq. Post gentis Iudeę statam cõnumerationem/ confestim addit. Post hęc vidi turbã magnam,quã dinumerare nemo poterat,Ex oĩbus gentibus tribubus populis & linguis/stantes ante thronũ & palmę in manibus eorꝝ. Gemina(q & tot⁹ perfectionis momentũ) hoc exigit charitas,vt nõ q̃rat quæ sua sunt,sed in oẽs sese effundat. Aq̃ tuæ deriuentur foras/ait. Non ociosa quidẽ sed in oĩm vtilitatem sortita virtutes, Semp publica,quippe q̃ suis magis ꝑferat aliena, ꝓinde oĩbus vnguentis vngitur. Vt oẽs suo impetratu/ aut suffragio nõ vna quidem sed multiplici donet gratia,plenissima ipsa quidẽ/exundãtię filij plenitudinẽ nacta. Sed ad reliqua descendam⁹. Nardus (ait) & crocus. Origenes & Hieronymus legũt. Cypri cũ nardis plutatiue,hic, nardus. Quia negociatores regni cœloruꝫ primo plures negociantur margaritas/ quousqꝫ pueniant ab vnam.scꝫ,doctrinam Christi. Emissiones cum pomorꝝ fructibus, Doctrina est/iuxta illos/ꝓphetarum. Sed ad institutum redeamus Nardum repetit,qđ virtutem humilitatis/post ardentissimam charitatẽ suam/singulariter amplexa sit beatissima virgo. Proprie in scripturis auctore Origene vna de virtutibus humilitas, grẽcis dicitur φθνάια siue Μετριότης, siquis nõ inflatur/sed se deiecit. Simplex erat in patribus olim,cęterum gemina in cœlesti per oĩa matre. Illi ꝑ cocco bis tincto & byssо retorta, hoc est duplicata (qđ Sazar Hebręis significat) effet. Diximus in oĩbus ferme scripturis geminationem nõ parum habere momenti, nec absqꝫ tanta,a qua plurimũ laudatur humilitate,condimẽti quicqꝫ est. Ferunt etiam croco miram lętificãdi vim inesse. Humilitas carnis incomparabili lętitię & fulgori mentis iũgitur. Diximꝰ antea instar silij/cum summo mœrore lętitiam habuisse. Existimãt eruditi nullã fuisse rusticitatẽ siue apathiã id est insensibilitatẽ (hoc est (ait Hiero.) vt deus aut saxũ sit & impassibilitatẽ siue ꝑturbationem interpretatur. Lege epl'am eiusdaꝫ ad. Ctesiphõtem de lib. arbi.) ĩ superdiuina hac dilecta & ✠gine, qui hõesta plęrũqꝫ ꝑfruebaf mãtis/voluptate. Si beatos dixit dñs in euãgelio oc'los qui videbãt,id qđ Apl'i videbãt & ꝓinde fœlices dixit Apl'os, Beatitas vero non sine iucũditate & honestissima voluptate. Quĩ igitur,ipsam iucũdissimam fatebimur fuisse virginem/sponsam simul & matrem,q̃ assidue verbum illud diuinum contuebatur, suis stringebat vlnis,sancta in eum infigebat oscula? Ecce (inquit) Helizabeth vt facta est vox salutationis tuę in auribus meis/exultauit infans in vtero meo,nimirum de ꝑsentia maxime verbi,ꝙto magis iugis erat exultatio mĩ, de tã inefabili & supra oiꝫ sortẽ ꝑsentia in ipsa/verbi. Potuerũt ne ista & alia innumera q̃ mirã fœlicitatęꝫ ꝓtendebant carere iucunditate,tum etiam exultantibus angelicis animis & oĩm beatoruꝫ pulcherrimis choris/illo lętificante & mystico croco in medijs penetralibus ipsum virginis cor/ĩ diuina incendia & sanctas exultationes permouente? Tũ hinc & inde/a filio & matre exaudiebantur vel ad summũ vsqꝫ cœlum pertingẽtes iubili,diuinę vel ipsis tacentibus audiebantur illorꝝ sanctorꝝ animorum ode/& mirifici cantus,ipsa tota cœlesti curia resonante/rerũ vniuersitate/isti reboante matri, fidibus cum iustitię tũ misericordię/diuinioi e plectro in diuinã harmoniam actis. Quis ibi melos & cõcordia, ꝙta ibi securitas,sanctissimum diapason,quod perfectam consonãtiam continet & significat? Qualis ibi harmonia: tantorꝝ cœlestium con-

centuū haud ignara matre? Cœperunt tū Angeli canere inſolitas odas, Glia in altiſſimis deo & in tetra pax hoibus bonę voluntatis, ſiue ex greco (vt quidam obſeruāt) bona voluntas. Quaſi a diuina & optima maxima voluntate, gentibus īmitteretur bona voluntas. Lege veteres qui annotant, nunq̄ antea ea frequentia angelos canere ſolitos. Cępere ꝓmiſſiones fœlicis ipe Abrahę, quem primū oim Prophetarū dicit Euſebius in Chronico, cui verbū dei. cuz in figura apparuiſſet humana, vocationē gentium pollicetur. Quā ſermo Chriſti deduxit ad finem per euangelicam ꝓdicationem. Tunc cę perant ait quidam oracula ꝓmiſſionum apparere. S. Auguſtinus. xvj. de ciuitate dei. In articulo tpis patris Abraham cępit eſſe notitia dei euidentior, & clariora ꝓmiſſa diuina. At (vt ad inſtitutū redeamus) nihil ꝓpterea plus ſolito, plꝰ antiqua humilitate, efferebatur mater. Nardus, odora plurimū humilitas, croco nectebatur, ſancti pulueres in admiranda vnguēta, immo & cœleſtes vapores cōmiſcebantur, Sāctū ſanctoꝝ, tale erat vnguentū a dño artifice cœleſti compoſitū. Nephas erat cuilibet tale attētare aut vſurpare temerareue vnguentū. Semper lętitiam habet humilitas, et cœleſtis iucunditas humiltatē. Hęc proſpera & aduerſa in dominū omniū bonorum auctorē pulcherrime refert. Non extollitur ꝓſperis nec deprimitur aduerſis, vbiq̄ lęta & hilari fronte deum reſpiciens, quo, vt ſuperdiuino oleo. i. chriſto dño (Si dionyſio credimꝰ) mire exhilaret. In talem dignat venire et deſcendere dns: ſcz. ſuper humilem et quietū et trementē ſermones ſuos. Hāc, doctus Plato neſciuit, Hanc ignorauit demoſthenes eloquens et omnis ſapientū caterua. Ignoraba turvel nomenclatura et tantę efficaciavirtutis. Primū dns hāc mentibus intulit, et ab ſeſe, per q̄ humili, i oēs precipue in matrē domini deriuauit & ſacra inſtitutiōe monſtrauit. Diſcite a me (ait) quia mitis ſum et humilis corde, et inuenietis requiez aīabus veſtris. Vides requiez? Vides felicitatē in tam preclara eſſe humilitatē? In vna quippe fœlicitate tm̄ vera quies. Voluit dns immo & patres hanc innoteſcere immo totum cœleſtem qui mira humilitate & charitate conſtat cultum. Pulchrę Orige. libro. iiij. contra Celſum. Verum quo pacto, qui vniuerſę gēti literas tradidiſſent non expectaſſent in lucē q̄ ſcripſerant exitura, preſertim, cum omnibus gētibus ꝓdixiſſent futurum vt diuinus hic cultus paſſim diuulgaretur. At Ieſus cum Iudęos hūc in modum alloqueretur. Auferetur a vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructꝰ ſuos. Quid aliud diſpenſabat: niſi vt in lucē, ipſe diuina virtute, Iudaicam oēm ſcripturam ꝓduceret, cœleſtis regni myſteria continēten. Quod ſparſim toto hoc volumine, mire ſignificatur. Nardus mea (ait alio loco) dedit odorē ſuum. Lege Cyprianū ad magnuz de Nouatiano. & Tertulianū libro. iiij. in Marcionem, qui teſtimonia inde proferunt, ꝓ aſſerēdis nouę eccleſiæ ſacramentis. In quibus vera quies, & olim deſiderata fœlicitas, Gratia & mia dñi Ieſu, cui eſt omnis honor & gloria. Amen.

Libri Sexti. Homilia. vj.



Iſtula & cinamomū cum vniuerſis lignis libani. Fiſtulam quidam calamū Zuchareū ſiue mellituz liquorē habentem, interptantur. nos cānā ſiue calamū aromaticū, & vocatur Hebręis Careh. Et hic interpres Fiſtula ꝓ cāna interpretatus eſt. κασία, .i. caſiam, & medicatā ſiue arborem, ſiue fructū & ſine leſione purgantē. Eſt etiam Caſia genus aromatis qd̄ Cazah vocant. Hanc veluti liquorem e veſtibus virgineis manātem in. xliij. ps. accepimus, Myrrha gutta & caſia a veſtimentis tuis, a domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filię regū in honore tuo. Cinamomum notum eſt. Mire purgātia iuxta vnam interpretationem, reſtaurantibus nectūtur. Perfectiſſima medicina pulchrę & abſolute ex vtriſq̄ cōſurgit. Purgat nūq̄ dns, niſi ſimul reſtauret, diuinaq̄ inſerat gr̄am. Id quod in noua lege maxime perſpicuū eſt, cuius ſacramenta ſimul purgant illuminat & perficiunt, nouā inferūt gratiam. q̄q̄ em̄ veteris legis ſacramēta nō videretur (vt plęriſq̄ placet) conferre gr̄am, illam tm̄ ſignificabant nec ſine illa, vel ex legittima cōſequentia (ſi Guil. Altiſſio. credimus) erāt: Hoc diuino agente fauore, & cum illa gente Iudęa inito fœdere. In vtroq̄ teſtamēto optimꝰ maximus nedū iuſtus erat medicus, & leniente oleo & mordicante vino vſus miſericors & miſeratoꝛ & iuſtus, Sanctus quoq̄ Samaritanus. Cętera noua longe ꝓſtant veteribus. Fuerunt quidem terribilia & horribilia, ea q̄ in veteri teſtamento, ante gratiam gerebantur in lege (ait Ioānes Conſtātinopolitanus.) vt puta tintinabula, malo granata, lapides in pectore ordinati, ſuphumeralis mitra, cidaris, veſtimētum talare, lamina aurea, ſancta ſanctoꝝ, intuſq̄ ſilentium

& ſolitudo reuerenda. Verum ſi quis ea q̄ ſunt. in gratię ordinatione conſideret, parua eſſe illa quæ prȩceſſerunt terribilia, iudicabit. Nam cū immolatum dominum noſtrum, & incēto aſtā tem videris ſacerdotem atq; imprecātem omneſq; pariter prȩcioſo imbui ſanguine, adhuc te eſſe cum hoībus arbitraris? & non continuo aio tranſlat⁹ in cœlos, nuda anima ſenſuq; mū diſſimo, ea quæ ſunt in cȩleſtibus conſtitueris? Lege Baſi. Mag. de affectu in. S. ſynaxi in Regu. Mo. Nazianze. in. S. Paſcha. Abſq; (ait) cō fuſione & dubio comede corpus, & ſanguinē bibe, neq; ſermonibus qui de carne hūtur fidē deneges, ſuper altitudine tui ipſius conſiſte in aulis Hieruſalam pedes tuos ſtatue, ſuper petram firma, ne ſecūdum deum, greſſus tui fluctuent, neq; ſuadeleȩ verbis diſtraharis Coſmas Hiero. Te ipſum prȩpoſuiſti. Manducate clamans, corpus meum, & fide firmabimini. Ipſe teipſum ſacrificabas, bibite clamās, ſanguinē meum, liberatoriū, oīs generis, propriū, vnicū paſcha, quia me propiciatorē pater in mundū miſit. Subdit. comedens panem. i. corpus diuinum. vt vnū hoc eſt ſacrificiū, lege Antioche. in epiſtola ad hebreos. Hȩc i hereticos. Sed ad rem. Diximus antea preſeruans pro purgatorio in virgine, q̄tum ad eam attinebat, fuiſſe, nec purgatorij expertem fuiſſe, quo dīs haud quidē in eam, que immunis ab oīni culpa fuit. ſed in alios ſanandos vteretur. Sancta nimirū illa ꝓbatica piſcina, que promotione angelica, immo vero ſua, ſquę pluſq; angelica erat, præſentariū languori vtriuſq; hoīs eſſet remediū. Et ob eam cauſam fortaſſe caſtaȝ a veſtimentis dilecti manāntē. xliij. pſalm⁹ dicit. ipſa vt diximus tm̄ prȩſeruante, in ſeſe, vſa. Diuina quippe in ſanctis ſcripturis ex verborū & ſententiarum ordine texuntur myſteria. In hanc ſententiam dixit ſapientum quidam, a deo eſt em̄ oīs medela, & a rege accipiet donationem. Etiam ſalutaris noſter verus eſt medicus. Magn⁹ Antonius ad Arſenoitas. Omnis ſanctorum chorus petijt patris bonitatez de ſalutari noſtro, vt calcaret in terris pro noſtra omniuȝ ſalute, ipō vt pote extante noſtro magno & fideli pontifice, ac medico vero, qui ſolus ſanare poſſet, hāc magnam plagam. Et liuore eius omnes ſanati ſum⁹. Qui pro noſtra ſtultitia, elegit ſtulta. Et pro noſtra infirmitate, formam infirmitatis, ob noſtram pauperiem, effectus pauper, & ob noſtram mortem, figuram induit mortis. Et ſanctus Effrem in lib. de die iudicij. Verbum tuum domine aperuit oc'los ceci, cuius ſtatim poſt reſtitutionem oc'orum carnalium, ſpirirales oculi illuminati ſunt, vt te ſummum ſaluatorem medicum ſine metu, aliquo deum deiq; filium & p̄ dicaret & crederet. exiſtimāt eruditi, Ieſuȝ grȩcis ſeruatorem ſiue ſanatorem ſonare, Hebreis ſaluatorem. obſeruat Grego. Nyſenus, Moſen qui in typo domini præceſſit peritum medicuȝ ad morborum genera curaȝ habuiſſe paratam. Vnum vero antidotum contra peſtiferos morbos a perito medico Ieſu, mundicieȝ eſſe animi (ait) pietatis myſterio celebratam. caput vero omnium in chriſtiana profeſſione, ad crucez reſpicere, ne venenum obeſſe poſſit. Sed ad cōſequētia. Talē etiā ſortem ſortita domini parens. Et ſi honorandus medicus, et enim propter ne ceſſitatem illuȝ creauit (ait) altiſſimus: maxime reuerenda & honorāda erit domini parēs, quā in ſalutem oīm creauit dn̄s. quæ non ſolū ipſa medicina eſſet, ſed ipſa vniuerſoȝ etiam ſecundum vtrumq; hoīem medela. Mea iniuria quā do vna innocēs, poſt vnigenitum ſuū omnib⁹ in remedium ꝓpoſita eſt, ſdā q̄dam ſalutaris & cōredēptrix (ſi dicere par eſt, & Mag. Alberto credimus) ſingulariter p̄uenta, vt illi haud Trinitas offenderetur (ait Ioan. Scotus) ab omni culpa īmunis, abſqua vna vnigenitus oēm pœnam (eſt em̄ pctm̄ pœnarum maxima) amouit, vſus in eā optima recōciliandi litandi, & placā di genere. Qui prior & īmediatior (vt aiunt) erat reparator originalis q; actualis, Huic em̄ originali deliſto corporationis & paſſionis neceſſitatem aſſignant. Si igitur diuina parens ab omni pctō actuali īmunis, multo magis ab originali. id qd' ex ſentētia Auguſtini de Chriſto, conuincunt. Si enim Chriſtus (ait) Originale contraxiſſet, maior factus, actuali nō caruiſſet. Arguitur i hac re maior gloria vtriuſq;: quod præſtantius ſit præſeruari, q; liberari. Et tum filio (ob innocentiam datam) magis ob noxia mater. Decebat nāq; inſtar angelorum aliquā innocentem creaturam eſſe, quæ pro toto hūano genere, vel ipſa innocentia, reſonaret filio, vt angeli reſpondent, talē in ipſa vna pene gloriam nobis ſortitis, qualeȝ in vnigenito ad deū iunctura inefabili ſacramento (auctor eſt Cyrillus Alexan.) nacti ſumus. Viden, vt ſimile ad iutorium (q̄tuȝ per analogiam differere licet) facta eſt vnigenito, ſuperans, nedum innocencētia ęquans omneis angelos? q̄ per digreſſionem dicta ſint. In hac igitur infirmitate, qua iugiter inurimur, ne deſpiciamus nos ipſos ſecūdum quod dicit, Sed oremus dominum, & ipe curabit nos. Oremus ſecundo pijſſimaȝ matrē, & ipſa inſtaurabit nos. Vbiq; ſpectabilis eſt ordo profectuum, & diuinarum aſcēſionum, per

singula sacramenta texũtur. Primũ cm̃/ in flo/rem, deinde/ in fructũ, postremo fortasse/ in vnguenta ꝓfectus est. Lege q̃ de succedenti profectu in diuinis nominibus in. iij. de verbo mirifico aperiũtur. vt ꝑmum trigrãmaton/ auorum, SDI. ij. tetragrãmaton/ patrũ ADNI. iij. pẽtagrãmaton filioꝝ. IHSVH. tres etiam stat⁹ verbi obseruant, est deus, est filius, est incarnatus. Nos q̃cunq; pia & orthodoxa tm̃ recipimus. Cum vniuersis (inquit) lignis libani. Non solum in hac paradiso cœlestis matris meę/ vnus genus medicatarũ arborum est, siue odoratarum. Sed vniuersa ligna libani/ in sanctissimum hoc σύνθμα siue compositum conueniunt, vt odor suauissimus ipsi etiam sint dño. Quatuor tm̃ rebus thymiama olim cõficiebatur, hoc nostrum non solũ fistula & cinamomo/ & quatuor illis q̃ in lege narrantur, sed de vniuersis lignis libani quicq; accipitur. qđ in hoc cœleste conferatur vnguẽtum. vt recentiora/ in hac ꝑcipua & omni sancta virgine/ meliora sint veteribus. Omnis quippe gr̃a & odor suauissimus in ea, sed per Christum dñm, cuius sanctissimũ diuina mater fuit & tẽplum & domus saltus libani, in qua vniuersa thymiamata diuina vnguenta, & quicquid cœlestis odoris esset reponeretur. & vniuersis (ait) lignis libani. Liban⁹ candor est, siue mõs ille sit siue arbor/ vt quidã putant/ diuinus/ illis/ tã dilectę candor significatur. Frequens hoc vocabulum in cœlesti hoc epithalamio. Oia quippe in quodã mirabili cãdore/ in sponsa dñi sunt, ipsa tota in vniuersum candida, & singula in ea candida sunt, & cœlesti fulgore nitentia. quomodo in vnigenito (si Cyrillo Alex. credimus.) aurea oia in quo forte mysterio/ obseruat Nysenus candelabrũ/ ex purissimo auro solidũ, nec ligno sustẽtatũ. Ipa candor sibi & alijs sufficiens est. Libanus mõs etiam in Iudęa, in extremo terrę promissionis, quã ab alijs diuidit, Iudęa quoq; confessio est, & nos ꝑ hanc cœlestem virginem q̃ terra super benedicta est, & confessio etiam dñi est, introimus portas dñi/ & cœlestis Hierusalem in confessione, & in psalmis iubilamus ei. Quod significantius Grȩcis dicit ἀλαλάξομεν αὐτῷ, iuxta qđ in. ps. xcix. cõmonemur. nec cõfessio hęc sine diuina pulchritudine/ magnificẽtia & sãctificatione. vt in. xcv. ps. canitur./ Magnus Antoni⁹ in epla ad Arsenoitas. Qui pastis (ait) vosmetipsos ad deum ire, offerre vosmetipos hostiam deo in omni sanctitate. Q̃m non potest hereditatem accipere quispiã sine sanctitate, quæ (vt ait Antiochenus) abundantia diuinorum charismatum/ cõstat. Viden quo sancto thymiamate per hanc cœlestem virginẽ donamur? qđ ipsa sibi & alijs in odorem suauitatis conficit, sanctior & prudentior Bezeleel, Quẽ impleuit dñs spiritu dei, hoc est vnigeniti filij sui, nõ sine sanctę Trinitatis sacramento. Magna huius virginis laus est, vt qđ in alijs per partes/ hoc in vniuersum/ in eam conferatur, nec in vniuersum modo sed addito & cãdore, & gemina immo multiplici confessione, q̃ in sacramentum, & sacrã suffumigationem/ cœlestem vaporẽ, & diuina/ incensam charitate/ fauillã veniunt. Et dilecta nostra, vt sibi sacramenta respondeant ascendit, sicut virgula fumi/ ex aromatib⁹ myrrhę & thuris & vniuersi pulueris pigmentarij. Hæc confessio laus etiã est. Hod em̃ (vt diximus) laus & confessio. In ꝑmo Parolypomenon. Tua est dñe magnificentia & potentia & gloria/ atq; victoria & laus. & ps. cxlij. Cõfessionem & decorem induisti. Oia ab illa deducta significant (vt aiunt) magnidecentiã & confessionem. Pulchre igitur conspirant confessio & laus & magnidecentia & talia innumera. Hæc sunt odoramenta in phialis Senioruꝫ reposita. Lumini & ꝓinde beatitati ꝓxime conferitur diuina hęc confessio. Post q̃ em̃ dixit. Confessionem & decorẽ induisti, addit amictus lumine sicut vestimento: & lumen & confessio egregia dñi indumenta. Sacrificiũ etiãnũ est. Apostol⁹ em̃ sacrificiũ laudis cõmemorans/ subdit, hoc est fructũ labiorum cõfitẽtiũ tibi. Nihil est laudis, nihil huiusce sancti & admirandi sacrificij, nihil diuinę confessionis, nihil gr̃arum actiõis, qđ in hac sancta non resplẽduerit virgine. Hęc verum illud sacrificium (qđ in laude etiam & gratiaruꝫ actione. Nazianze. & Firmianus, & plęriq; alij existimãt) singulariter dño obtulit, q̃ omnes illius sanctoꝝ Senioꝝ phialas, omnia odoramenta/ singulariter & vice oĩm. Catholica quædam regina dño obtulit. Absq; qua in oẽs ꝑcipue quãuis dñi sponsam singularis est emanatio. Cũ vniuersis (inquit) lignis libani. σύνταγμα. i. ordinem mirabilem ꝑter candorem in hisce conijce: ni quod haud irrationalia conueniisse puta/ sed rationalia oĩa, eaq; de diuino cãdore purissima qñ vniuersa libani sint vt nihil sit cãdoris vel ãgelicę vl' cuiusuis alteri⁹ puritatis, qđ, in ea non resplẽdeat. Si Origenes ligna paradisiaca/ in Angelos iuxta mysticos fotte intellectus confert, nec abnuunt Nazianze. & Ioã. Damascenus. Quid nõ conferemus in eosdẽ hęc vniuersa ligna libani? qui ꝓ extruenda σύνταξι. i. coordinatione huiusce virginis incõparabili/ in eam adcurrerint: partes quisq; suas & egregia signa ferentes, diuersos. s. tum ꝓfectus

uenit, q̄ & virgo ſemper permanſit & deſpōſata fuit ipſius quoq; Spiritꝰ. S. iugis ſpōſa) ſicut Spiritus Sancti nebula texit omnem carnem, & quod mireris magis omnem Spiritum ſub velamento protexit, dña omnium conſtituta, quę in cœlo & in terra ſunt. Motum exiſtimant cauſam caloris eſſe, continenter in diuinos fauores agitatum, in admirabiles efficientias, ſacras functiones, teletas & beneficia in nos. Girum cœli circuit ſola, illo incomparabili circuitu ſuo vniuerſa fœcundans, in ſummam beatitatem & cōſummantes perfectiōes & ſpiritale illud & viuificum lumē, veluti erigens. De qua pientiſſime Effrem ediſſen. lib. iij. de iudicio. Vt in illo (ait) puriſſimo lumine conſtituti, in quo non eſt ruga vel macula contemplemur beatam Chriſti ſaluatoris noſtri naturam, vbi Pater & Filius & Spūs Sanctus, vbi contemplabimur omnez naturam Angelorum & Archangelorum, Virtutum & Poteſtatum, & quæ a ſeculo ſunt ſeruata inefabilia bona, ſanctam quoq; ciuitatē, quæ eſt omnium in præſenti lugentiū mater, ex cuiꝰ vberibus cōſolationis lac potabitis, ait. Illic de torrente voluptatis bibetis, illic vocabimini filij dei. Illic aperientur portę regni: & intrabitis in penetralibus patris. Illic oſtendet omnes ſanctos ſuos. Illic apparebit vobis ſol iuſtitiæ, egredieminí & letabimini tanq; vituli ſoluti a vinculis. Illic terram promiſſionis videbitis, pcipientes coronam pulchritudinis & veſtem iucunditatis de manu domini. Illic ſaturabimini, fulgebitis ſicut ſol in throno patris veſtri & immortalia ſecula inuenietis, Illic vox lętātium & exultatium. Illic pręparatus locus in domo domini & muro eius, & nomen ſempiternum quod nō delebitur. Ipſe enim dominus, nomē eſt veſtrū. Iam non erit veſtri ſimilis quiſq;, ſi conuerſi fueritis nunc, & feceritis in cœlis gaudium. Illic inuenietis fiduciam. Hæc & alia quæ diuino Spiritu narrant ſancti, tali diuinę matris aſſiduo influxu, nāciſemur. Nec tantum circum nos fertur motu rapidiſſimo cœli, ſed quocunq; vadit Spiritꝰ, illuc (vt diximus) eunte Spiritu & rotæ pariter eleuabantur ſequentes eum: qnæ volubiles a tā rapida agitatione vocabantur. Subdit. & eleuata ſunt Cherubim: ipſum eſt animal quod videram iuxta flumen chobar: vt omnia ſpiritualia eſſe intelligeres. Sedes igitur & firmamentum rapiente ſpiritu, rapiebātur. Vt illa vehementi motione calorem inferrent, ſed diuino motu diuinum calorez. Motū enim cauſam caloris exiſtimant. Mobilis hic Spiritus maxime eſt, de quo dixit ſanctorum quidam. Eſt enim ſpūs intelligentiæ, Sanctus, vnicus, multiplex, ſubtilis, diſertus, mobilis. Subdit. Omnem habens virtutem: omnia ꝓſpiciens: & qui capiat omnes ſpiritus intelligibiles. Et vt expreſſius aliquid dicat annectit. Omnibus mobilibus mobilior eſt ipſa ſapientia. Attingit autem vbiq; ꝓpter ſuam mundiciam. Vapor eſt enim virtutis dei: & emanatio quædam eſt claritatis omnipotentis dei: ſincera, & luci comparata inuenitur prior. Poteſt ne, hoc acta ſpū tanta ſedes non illucere, illo cœleſti & admirabili Auſtro, nō calefacere, & ſua effundere ſparſim in omnes aromata, quando eadem hortꝰ & pene omnia ſit? Et obſerua ex hoc etiam loco omnibus omnia factam virginem: in vnguenta in thimiamata: nedum hortuz voluptatis & omnis fœlicitatis. Secundum quod ait. Et fluent aromata illius. Non dicit arborum: quę poſſent ſacratius emanare balſamum ſiue ſolidius & candidius ſuccinum, quod in habitum, ſanctius etiam ſuſcipit cœleſtem. ſed mirabili tropo: ex ipſo verborum contextu, admirāda nobis ſcriptura ꝓdit ſacramenta. Et fluent (inquit) aromata illiꝰ, horti. ſ. At quis quęſo iſte Auſter meridionalis ventus niſi Spūs Sanctus? De quo dicit filius. Quem ego mittam vobis a patre Spiritum veritatis: ille vos docebit omnia: illo aſpirante liqueſcunt. tū fœlices animæ. Anima (inquit) mea liquefacta eſt. vt dilectus meus loquutus eſt. Nec enim loquitur verbum: niſi ſimul diuino aſpirante & afflante ſpiritu: illo iterum flante, diuinæ eccleſtibus animabus emanant virtutes: ſancta inde prodeunt chariſmata, inefabiles efficientiæ. diuinę repletiones. Et factus eſt (ait) repente de cœlo ſonus, tanq; Spiritꝰ vehementis, & repleuit totam domum. Diximꝰ in ſuperioribus meridiē, diuinam in ſcripturis habere ſignificationem. Vbi paſcas (inquit) vbi cubes in meridie. Sub ilice mambre in meridie, tres videt Abraā & vnum adorat. Ioſeph fratribus parat conuiuium. Verior Ioſeph omnes in cęleſte ſui exceſſus Sympoſium vocat. venite (inquit) & bibite vinū quod miſcui vobis. Si lux mētis (ait) Origenes, clara fuerit, iſte meridianum tps habere videbit. & q̄ſi in meridie poſitus deū videbit, ſedens ad quercum mambræ, quod ad viſionem interpretatur. Eiuſdem quoq; myſterij eſt. qd Ioſeph in meridie fratres paſcit, & ipſi in meridie eū adorāt cū mūeribꝰ. & alia id genꝰ infinita ſacramenta ſunt. Pulchrum eſt cōtueri O cœleſtes animæ hunc hortum: vt iugiter tāto perflante Auſtro, ſancta ab eodem effluūt, omniū virtutum & chariſmatum, in omnes aromata: omnium cœleſtium gratiarum liquores. & folia etiam defluunt in ſanitatem gentium: nimiq;

cœlestes iste emissiones vt antea dixit paradisus sunt. O qualis ibi odor quot ibi diuinę & admirabiles plantationes: q̄ voluptas: qualis ibi quies & refrigerium esurientibus aiabus? omnib⁹ quidem introeuntibus p̄statur: & supra q̄ dici possit liberalissime cōfertur? Overe p̄ciosa quies, o gaudia solis nota pijs: dulcis furor, incorrupta voluptas, Ambrosięq; dapes. Facile hūc persentientes odorē cuperent dissolui. & ibi ibi esse cum Xp̄o: illa sancta inhabitare loca: vbi inter lilia & rubentes rosas, sed diuinū liquorem emanantes mire pascitur & pascit oēs. Detrimēta vobis videbuntur huius cōparatione, vestrę olim, quas tm̄ amastis voluptates. Gustate q̄so & videte: q̄ amęna erunt oculis vestris hęc sanctissima Tempe: hæc admirāda & fœlicia p omnia loca sedesq; beatæ: ex quibus flante austro aromata fluunt: oīs odor suauissimus non solum cœlestibus aiabus sed ipsi etiam altissimo. vbi dn̄s nomen nobis erit. aucto. Effrem edysseno. Ex hoc loco obseruare possumus: vt ex alijs innumerabilibus quo pacto eam ab omni p̄cō originali & actuali īmunem voluit, imperauitq; ipsa primū exoriente, in suo eius sancto conceptu sponsa, vt surgeret aquilo, a quo panditur omne malum: & tā vehemens quidem malum: vt qui restituturus esset partes aquilonares, deus etiaz vetustissimis Hebręis crederetur. Id quod dn̄s Iesus Xp̄s fecit. Non dedit locum diabolo in hac sancta terra cui benedixit dn̄s: maledixit nunq̄: in hanc sp̄ūssancti austro locum sibi speciali ratione & cœlesti in totam eccl'iam deriuatione, vendicante. Vt quam ad lucem gentium veluti alteram p̄cursorem vnicę & verioris lucis destinauerat, prauitate tenebrę, non sineret inuolui. Et decuit hoc tam cœleste munus filiū p̄stare matri suę: qui patri matriq; honorē præcepit exhiberi. Eius peculiaris plenitudo est. Perfecta igitur munera eius: in matrem suam p̄cipue esse decuit. Perfectissimum ergo sanctificationis munus. Vt p̄ueniens non subsequens fuerit talis & ob eam causam a cęteris differens sanctificatio. Et intellige ista, vt alia huiusce epithalamū verba per omne ferme tp̄s fuisse virgini ascripta atq; in noua continue & meliora incrementa: & in eius laudes a vero Salomone p̄nunciata. Nullum em̄ fuit tp̄s: in quo non possent ista illi applicari. In ipso ergo primi exort⁹ & conceptus momento: intellige huiusce modi p̄nunciata verba. Vt statim a principio afflata sp̄ūsancto: ex eadē fluerent (p̄uento in ea vsu rationis) sacrosancta admirandarum actionuz aromata, diuina plusq̄ cœlestium actionum p̄limbamenta in totius ecclesiæ & cuiuslibet animæ profectus. Iam tū folia in sanitatem gentiū ex ea pijssima matre & virgine erūpebant. Licebat in palmā cœlestis victorię conscensis: decerpere fructus eius. Tota effundebatur in oēs: illi tū thronus Salomonis admirabilis charitate constratus erat: & pelles eius sacrosanctorubricate immo vero dealbatę sanguine. Signum Tau in fronte virginis erat: ne vllus exterminatori in eam esset malignandi locus. Nomen dn̄i prolamina aurea in capite tantę sacerdotis p̄minens erat. Narrat Sophronius. Nobilem quādā matronam titulum diuinum in fronte Pauli cōspexisse: quid non conspicerent cœlestes animi in vltramundana hac sacerdote: q̄ melioribus omnium titulis & sactamētis insignis erat? Ab initio filius oēm promeruerat & sibi & electis efficaciter: oibus vero sufficienter, fœlicitatem: & ipsa beatissima mater & virgo & regina ab initio purissima: & digna vt in diuina mente cōciperetur: & sibi & alijs (vt pie arbitrandū est) oēm mœruit gratiā: tū primū ex ea effluētibus aromatibus. Sāctificauit tūc primū tabernaculum suum altissimus. potuit dicere angelus Iacob ea primū visa. Dimitte me: aurora est: ip̄m iustitię solem proximum nuncians: aduenięte principe & duce deo. Quid, amplius angelica opera opus? quid op⁹ lege, p̄nte gratia? Expandit alas suas dn̄s: & suscepit eaz: & in ea omnes suscepit: illam quidem omni tp̄e fœlicem, beatam, immaculatam, pulchram sicut Hierusalem & terribilem vt castrorum acię ordinatam. Hactenus nobis in p̄cedentibus sex libris vt cūq; in laudes beatissimę semp virginis fuerit laboratum: in cuius p̄conia complectenda: nulla lingua nullum ingenium sufficere potest. Lege insignem Panegyrim Petri comestoris de ei⁹ laudib⁹. Extat elegās dep̄catoria Tipherni. Quas tu non longe (ait) p̄cellis virgo sybillas, q̄ tibi cōferri denicq; diua potest? Tu mater dilecta dei tu sponsa vocaris, pręcipua tm̄ virginitate places. Talis siquidē & tāta est: vt solū, a filio merito & digne collaudari & vt ē cognosci possit. Nemo inquit nouit patrē: nisi filius, aut cuivoluerit filius reuelare. & pari quodam iure dicere potest. Nemo nouit matrem nisi fili⁹ aut cui voluerit filius reuelare. Reuelatiōe ergo vel ipsius vnigeniti opus: vt intelligamus mirabilia de eius matre dilecta & sponsa. De illa sup cœlesti verbigena & tanta deipara. Quid igitur humanis viribus in eam collaudandam nitimur: cum diuinis sit opus? Rogādus igitur ille a nobis: vt quo sp̄ū de supersancta virgine hoc epithalamium cōscriptum est: eodem sensu explanemus. Admonendi oēs vt q̄cūq; nostra qua

dicta sunt pietate suscipiant. Maluimus interdum excessisse: q̄ deficientes in ea collaudanda esse. Hos tamen excessus & reliquū omne castigationi patrum orthodoxorum: quib⁹ scientię clauis a domino concessa est. reuerenter & ad pertevt dicitur, subiicimns. Donet Sanctissima virgo ceptum posse perficere munus. in laudē & venerationem suam, cui cum vnigenito filio suo est omnis honor & gloria Amen.

¶ In Canticum Canticorum, Libri Septimi. Homilia. j.

VEniat dilect⁹ meus in hortum suum: vt comedat fructū pomorum suorū. Veni in hortum meum soror mea sponsa: messui myrrham meam cū aromatibus meis. Comedi fauum cum melle meo: Et bibi vinum meū cum lacte meo. Comedite amici & inebriamini charissimi: ego dormio & cor meum vigilat. Mos scripturarū præcipue veteris testamēti est: magna transeūter sacramēta, siue ex occasione eorum q̄ dicuntur: siue vt diuinum illud mysterium simpliciter spirituale esse cognoscatur, enarrare. Vt tota connexio deaurata sit: ꝙ spirituales distinctiones appareant. Hic vt in sequentibus dicetur sacrosanctum Eucaristię sacramentum texitur. Quæ enim consequentia est? Post enarrationem hortorum & inuitationem sponsæ: in vniuersum ad amicos conuerti & dicere. Comedite amici & inebriamini charissimi? Aut quid pulchrum in amante est: si comederit fauum cum melle suo: & biberit vinuꝫ cū lacte suo? Sed rerum diuinarum præclare functiones sunt. Sacramēta nouę legis, breuissimis distinctionibus: & verborum inuolucris: in veteri testamento tecta sunt. Lege Remundum in in pugione, qui iunctura verborum mysteria diuina continentem etiam demiratur. Ioannes constantinopolitanus Homilia. xxvij. in Geneſim. Sciunt (ait in eandē sniam) initiati, quid dicatur. De sacramento calicis Dominici intelligebat, sed ne a prophanis itelligeretur ita mysterium obtegit, & tantum eruditis committit. Lege etiam Paulum hebræum in eo libro, qui Scrutiniū scripturarum prænotatur, atq; in explana. Psal. cxxxj. in eo loco Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius saturabo panibus, vbi ex vocabulo Ceda (quod viaticum siue escam in viaticum præparatam significat) molitur etiam prefiguratuꝫ ibi sanctę Sinaxeos et Eucharistię sacramētum. Ex mutatione etiaꝫ personarum arcana texuntur sacramenta, & ex sacramentis ipsis earūdem mutatio indicatur. Origenes in explanatiōe Psalmi. vij. Iudica me domine secundum iustitiam meam, iterum mutat personam (ait) Dauid hoc dicere non potest. Hoc proprie saluatori cōuenit Confirmat multis August. libro de ciuitate dei & de doctrina christiana. Narrat Hildelphōsus in sermōe de assumptione, se nuper reperisse in quodam recōdito libro qui fertur Augustini de secreto dominice incarnationis. Lege (inquit) cum timore caute, & veni ad me & dicam tibi, quomodo virgo concepit, quia melius est vt in sermōe sit verecundia, q̄ in fide periculū. Quibus verbis insinuat (ait) Hildelphonsus q̄ caute sit disputandum cum plerisq;. Da veniam ait Christe, & parce ori meo, quia mysteria hæc temerarius narrator attingo. Nos vero homunciones quid non exclamare debemus & veniam p̄ temeritate p̄cari. Aperiat sensum dominus, vt vel tantilla de eloquijs narrare possim⁹. Sed ad institutum. Veniat dilect⁹ in hortum suum, vt comedat fructum pomorum suorum. Laudauerat sponsam, quæ tota sponsi & soror & proxima est, in p̄cedentibus, vt hortum conclusum vt fontem signatuꝫ nec id solum, sed vt fontē hortoruꝫ. Quasi eadē hortus sibi, & fons alijs atq; spiritualis fœcunditas esset, in tanta proprietatum differētia, ipsam simul virginem & fœcundam significante Spiritu Sāc̄to. Quid enim in horto cōclusо, aliud q̄ virginitas significatur? Quid in fonte signato, nisi ipsi⁹ eiusdem admiranda fęcunditas, integritas, puritas? Ipsam in partu integram & virginem māsisse Hildelphōsus, cui diua virgo apparuisse legitur, ostendit ex Augustino. Quoniam (ait) si vel per nascentem corrumperetur eius integritas, iam non ille de virgine nasceretur eūq; falso natum deuit ginetota confiteretur ecclesia, quæ imitās eius matrem quotidie parit, & virgo est. De quo ad volusianum scribit. Audiant (ait Hildelphonsus) tantum doctorem et respiscant, ne introducant Christum in delictis conceptum. Sedulius in paschali opere, infans nāq; paruus, deitate præcelsus, per hospitalis templi sinceram defluens castitatē, non lesit corpus absedēs, quod nō leserat cū veniſſet. Incorrupto igitur corpe de⁹ & homo natus est. Idē vero. Diuinę generationis hoc secretum, testis virginei partus ostēditur, qui materni pudoris custos ingressus, visceribus cōceptus est. Sed ad institutum. Quasi simul clausa, circuncta sit, Porta haud minuta orientis, quæ clausa erit, eo quod dñs ingres

sus est per eam, eritq; clausa a principio sue formationis. Hic vero fons etiam signatus est. ne quicq; immundū in ea esse intelligeres, aut vas sine cœlesti opimēto & incōparabili sera, & totius trinitatis tegmine humanis vsibus patens. Illa virginea fœcūdidate sibi peculiari manēte. Fœcūdā vero diuina sui in alios synaxi, et quadam ueluti effusione esse oportebat, sed in eum modū fœcūdā, ne vllū detrimētuz ob eandem fœcunditatē illi īmineret. ꝓpterea fontē horto rū dicit, Quasi tota eius fœcunditas in hortis sit & spūalibus animabus. Ipa hortus incōparabili bonitate & sui largitione similes hortos. ꝓcurat, Quos mire & supra omnē sortē possit irrigare, Haud qdē corruptis vndis sed viuidis & saliētibus in vitā ꝛternā. Atq; vt oia puriſſiā intelligeres, admonuit nos ipsas fluere impetu de libano, monte nimirū ꝛterno candido, purissimo, īmortali. Et q̄q; vehemens ibi vel aprincipio sps. S. impet⁹? maiora atq; vberiora iubet sponsus eiusdē ips huic sacratę virgini exiberi īcremēta. Surge inqt aquilo, nec eni fas est hāc a frigore cohiberi matrē, quā admirāda charitas, ardentissimam fecit, nec timebit domui sue a frigore niuis, & veni Auster, & perfla hortuz meum, fiat hic impetus spūs vehementis & repleat, singulari ratione totam hanc dei domū. Et fluent aromata illius in sanitatē gentium, & in libertatez eorum qui seruituti addicti erant. Ipsa ergo cœlestis regina nō semel sed pluries vt hortus collaudata a dilecto est, quem pītem adhuc intellige vel ex eius responsione, & si aliq̄tum secesserit, intellige efficacia p̄cū cōfestiz veniſſe. Veniat (inquit) dilectus in hortū suū. Descendat in eum hortum, quē ꝛternū āte oēz creaturā cōcepit p̄parauitq;, in quē reciperetur deus & homo, vnigenitus filius, qui æternum ē in sinu patris īmortalis, cōsbālis, ætern⁹, immensi patris simul inmēsus filius. καὶ ὁμοούσιος. Plurimi sunt horti ab ipo vnigēito filio meo cōmorati: quorū fons ego efficaz & sanctū irriguū. At, vnus ego hortus vndiq; clausus: meum potens, eodem manente clauso, admittere sponsum, illum, qui absq; rerum detrimento potens omnia penetrare est: qui clausa sibi aperit, alio nemine reserante. Conseuit inseruitq; in horto meo omnis pulchritudinis arbores, eueſtigio ī eius medio arborem vitæ plantatur⁹. Hoc etiā ab initio p̄signāte spūsancto. Produxitq; dns deus (ait) de humo hoc est ipsa qcq; in agendo efficiēte maria: oēs lignū pulchrū visu & ad vescēdum suaue, lignuz etiā vitę in medio paradisi: lignūq; scīe boni & mali. Obserua vt, etiā, dicit: quasi omni primū genere lignorum ibi posito, addiderit & vite lignū. Hic cia virtutū & sacrorum charismatū ligna ī virgine & sanctarū essi cienciarū fructus, frequens q̄q; sanctorū oīm angelorum habitatio. Deerat lignū vitę: quod plātatū in ea esset: & radices si dicere par est in sancta virginis humanitate ageret. Propterea rogat. Vt veniat dilect⁹ me⁹ in hortū suū: radices ibi agat: ibi in salutē omnū gētiū plātetur: carnē e tāta suscipiat virgine. Id quod in ꝓsona totius ecclesię dictū sit. Tanta qppe erat virginis humilitas, vt ante commonitionē angeli nequaq; setanto conceptu dignam existimaret sunt iñ qui velint illi aña fuisse proditu mysterium. Post vero angeli admirandam salutationem, potes in eiusdem parthenū persona etiam dictum intelligere. Fiat inquit mihi secundum verbū tuū. Perinde eni est ac si dixisset. Veniat dilectus meus in hortum suum ego sum factura opificiumue: & in omnē obedientiā ancilla: non soluz rep̄a sed omni etiā voto, desideriocq; illi, sū maxime deuincta, etiaz votovirginitatis placere concupiscēs. Descēdat sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Cassiodorus vellus, sacratissimā virginez intelligit, pluuiā diuinitati cōparat, quia sicut pluuia summo silentio peruenit, ita perfudit ac repleuit virgineum corpus. Pluuia inuiolatum perfudit vellus, Et diuinitas illesam seruauit, stillicidia, terram germinare faciūt, & diuinitas mariā, Germē vitę hoc quod natum ī ea diuiz & humanum fuit: deus & homo. Et Isaias Quo modo descēdit himber de cœlo, & illuc vltra nō reuertitur & terraz inebriat & infundit, sic erit verbū quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quecūq; volui. Veniat inquit dilectus meus. Quo applicante cōcinit ecclesia. Cōfiteantur tibi ꝓpuli deus, confiteantur populi omnes, terra dedit fructū suum, fructū vitæ De ligno (ait) quod plantatum est secus decursus aquarum. Dilectus me⁹ mihi & ego illi. Veniat in hortū suū: Vt comedat fructum pomorū suorū. Dei sympositū est: in se atq; in suam vnitatem cœlestiū animarum susceptio. vt omnes vnum sint: sicut tu pater in me: & ego in te. Et vt ipi ī nobis vnū sint: sicut & nos vnū sum⁹. Nos cibus illi⁹ sum⁹. Habeo (inquit) aliū cibū māducare: quē vos nescitis Hunc cibū etiam sacrosancta per oia ei⁹ imitatione, desiderat spōsa & regina mūdi Vt vnigenitus eius hoc cescēsu suo in hortū, virginis effectus filius, manducet. Vt comedat (inquit) fructum pomorum suorum. faciat omnes suos qui sui per charitatem, & iustificātem gratiam & fidez nō sunt, vel eos qui sui etiā sunt ꝓpter

aſtiores profect⁹ & meliora chariſmata. Potẽs quippe ẽ ex lapidibꝫ iſtis ſuſcitare filios iſrael Vis videre, vt fruct⁹ & arbores ſua ſunt. audiqd dicat ioãnes. Ego pro eis rogo: non pro mũdo rogo ſꝫ p his quos dediſti michi, quia tui ſunt: & mea omnia tua ſunt: & tua mea. Ibi ſuos dicit vnigenitus dei filius: hic etiam vnigeniti filii ſui fructus, admirãda dñi mater dicit. Vt comedat (inquit) fructus pomorum ſuorum. Poſſumus iſta ad virtutes ipſius virginis referre., et celeſtes humilitatis, patientię, virginitatis, charitatis & aliarum virtutum efficientias. Plantauit dominus infuditꝫ in virgine virtutum incomparabiles arbores ab initio: veluti paradiſum quandam omnium celeſtium virtutum, & pulcherrima Tempe. id quod ſnĩꝫ Nazianzeni & Damaſceni mire aſtipulatur. Horum fructus & ſacratas actiones, rogat ſponſa vt ſuſcipiat in odorem ſuauitatis. Nouerat, niſi ex ſuſceptiõe diuina: & admiranda eiuſdem gratia, nihil diuino conuiuio ſiue cœleſti menſa, dignũ. Rogabat vt ſuſciperet: rogabat vt cõmederet, & ſua cœleſti menſa digna efficeret, non ſolum ſecundum preſentem iuſticiam aut gratiam: ſed catã diuinam perſeuerantiam & extremam quam vocant predeſtinationem. προόρισιν ſiue prediffinitionem Hoc eſt quod rogabat dauid in ps. cxxxvij. Proba me deus: & ſcito: cor meum: interroga me: & cognoſce ſemitas meas. Hoc eſt fac vt ſim dign⁹ tua finali ſuſceptione & gratia. quantum enim ad preſentem iuſticiam attinet: antea dixerat. Domine probaſti me & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam & reſurrectionem meam. perinde ac ĩ gratia ſe eſſe quoquomodo cognoſceret: ignarus tamen an diuino amore vel odio dignus tandem foret. Neſciebat ſi via iniquitatis ĩ eo eſſet, hoc eſt diſpoſitio ad vllaꝫ iniquitatẽ. Rogabat dominus patrem pro his qui iam ob preſentem gratiam vtriuſq; erãt: ne a veritate decideret. Pater ſancte ſerua eos ĩnoĩe tuo: quos dediſti mihi: vt ſint vnũ ſicut & nos. Et iterũnõ rogo vt tollas eos de mũdo: ſed vt ſerues eos a malo, ſctĩfica eos ĩ veritate. Non pro eis ego rogo tãtũ: ſed & pro eis qui crediturĩ ſunt per verbnꝫ eorum in me. Vt omnes vnum ſint: ſicut tu pater in me, & ego in te. Eſſlagitabat in eum modum vnigenitus dei filius: vt in finem vſq; ſeruarentur & tandem vnum eſſent. Rogat itidẽ ſponſa & mater filium eundemq; deum verum: vt comedat & proinde vnum tandem efficiat: fructum pomorum ſuorum. Exiſtimant ſancti viri nullam advnionem dei cum anima mõſtrandã, analogiã ꝓpiquorẽ eſſe, & cibi, quod conuertitur in ſubſtãtiã ſumẽtis, proinde in talibus rebus exhibitũ eſſe ſacramentuꝫ vnitiuum. Lege Io. Gerſon in opere magno ſuper canticum Mariæ. & ſecundum aptam intelligentiam: in fructus diuinę matris (que ſuę actiones & etiã electę animę ſunt) referenda ſunt: Has ſua virtute & merito in dominum conuertit. Totius quippe militantis eccleſiæ frnctus, fructus ipſius virginis veluti eiuſdẽ eccleſię matris & reginæ ẽt iunt: de quibus etiam antea diximus. Quod aũt pomorum anceps eſt dictio: & pro fructu & arbore accipi poteſt. Si fructũ itelligamus. Fructuum fructus erunt quod antea quoq; annotauimus, & fortaſſe diuturniore aliquo profectu, in ſpiritualibus hoc inuentum, cum in corporalibus iſta haud ſibi locum vendicẽt. Fructũ fructus ſunt: fructus efficientiarum noſtratuꝫ & in deuꝫ qualiſcunq; conuerſionis, quę haud quaq; ſine gratia eſt. Eadem: iuſtificãs etiã gratia in fructu eſt, ſpius vero gratię ãplior adhuc fructus, ipſa videlicet gloria. In alio loco gratiã pro gratia poſcit. ſ. perfectam & conſumatam pro imperfecta. Maior in ſpiritualibus propagatio & fœcunditas eſt. Et vbi in corporalibus rebus fructus eſſe non poſſunt: in ſpiritualibus ſunt. Mire omnia, quę etiam videntur abſona, his rebus ſenſilibus, illis ſpiritualib⁹ cõueniũt. Inde omnis ſpiritualis ſenſus eductus eſt. Spiritualibus, omnia ſpiritualia quadrãt: illi lapidi angulari incredibili quodã modo oĩa conueniũt quomodo dicit. Spiritualibus ſpiritualia comparantes. Et qui reprobatus ab ædificantibus & nulli rei vtilis videbatur: factus eſt in capite anguli. In quo videlicet extrema & plurimum inter ſe diſſidentia conuẽirent. Hoc nobis pro ingẽti argumẽto eſt: hos omnes libros ſpirituales eſſe: quibus tam mirifice in omnem modum ſpiritualia conſentiunt, & tam diuios i diuina preſtant aſcenſus. Magis enim ſpiritualibus ſpiritualia & corporalibus ſpiritualia cõueniunt Symbolum enĩ illis, proximũ eſt. Carnalis vero iuxta appoſtolum perſequitur ſpiritualem. At ſpiritualibus ſpiritualia conferenda vel precipiente Appoſtolo, ſunt. admoniti legem vel de appoſtolica auctoritate ſpũalẽ eſſe. Admirãda vis ſpiritus eſt qui omnia ſcrutatur etiam profunda dei: vt in prima ad corinthios nos cõmonet appoſtol⁹. Quis (ĩquit) ſit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis: qui in ipſo eſt: ita & que dei ſunt: niſi ſpiritus dei. Et magna fiducia ſubiungit. Nos autem non ſpiritum huius mundi accepim⁹: ſed ſpiritũ qui ex deo eſt. Vt ſciamus que a deo donata ſunt nobis. Que & loquimur, nõ indoctis humanę ſapiẽtię

verbis:ſed in doctrina,ſpūs:ſpiritualibus ſpiritualia cōparātes.innuēs oīa in ſacris ſeruata hyſtoriæ veritate ſpūalia eſſe. Quib⁹ maxime ſpūalia cōparata elucent. Subdit. Spūalis aūt iudicat oīa:& ipe a nemīe iudicat:ſicut ſcriptū eſt.Quis em̄ cognouit ſenſum dn̄i:aut quis ei⁹ cōſiliarius fuit.Nos aūt ſenſum xp̄i habem⁹.q̄ dicta ſint:vt intelligamus mire ſpualibus ſpūalia conuenire:& cœleſtiū ſiue ſpūaliū fructuū fruct⁹ eſſe.Poſſum⁹ hoc loco hortū hūc eccleſiam dn̄i intelligere:q̄ eius admirandus hortus fuit:ipſi cœleſti mīis coīs effect⁹ & eius admirāda ſeruatrix eēt.ac ei⁹ magiſterīū hn̄s & poſſet regē cœleſtez vt in eū deſcēderet ꝓuocare. quo deſcēſu & arbores ī flores & folia ī fruct⁹ erūperet.Ex quib⁹ poſſet iāiā excerpere ille idē qui produxerat Accipe(ait Cypria.) qđ ſenti tur priuſq̄ diſcit. Dabit (inquit) dn̄s verbum ſuū euāgelizantib⁹ in virtute multa:& ſuū deſcendere eripe ab oī mortalitate &diſcrimine eſt.alioquin deſcenſus in ſcripturis illaudabilis contra aſcenſus laudabilis eſt. Origenes, Homilia. Decimaquarta. in Gene. inuenimus quod nunq̄ fere in ſanctum quis locum dicit̄ deſcendiſſe,neq̄ ad vituperabilem conſcendiſſe. Vt nihil ſit quod obeſſe poſſit. Pulchre ait propheta.immittit Angelus dn̄i:in circuitu timentium & eripiet eos. Subdit in noſtra etiam ſed Εναντιῶσ.i. econtrario ſacramēta. Guſtate & videte quoniā ſuauis eſt dominus:Beatus vir qui ſperat in eo. Guſtum quendam ſpiritualem eſſe etiam in cœleſtibus animis & in deo ipſo ex hoc loco & alīs pleriſq̄ cōſcitur. Lege de ſpiritualibus ſenſibus Guilielmū Alticiodorenſem in calce ſummę Theologicæ.Guſtam⁹ deum ipſum:qui nobis & palato noſtro ſuauiſſimus eſt,inſtar illius libri:de quo memīnit Propheta qđ eſſet ſuauis ſicut mel ori ſuo. Et factum eſt(inquit)in ore meo ſicut mel dulce.Ioannes quoq̄.Et accepi librū de manu angeli & deuoraui illum:& erat in ore meo ſicut mel dulce.Suauiſſima lex dn̄i:& magis ipſe dominus.pbelle Greg. Theo. ad Nemeſiū,ἐι γαρ ὄισέυσειε τεὴν φρενά Χριςὸσ ἀνώθεν Υνοίησ κέντρον ἄνανδοσ ὅσον Υλυκρώτερον ἐστιν. Si enim ſagittet tuam mētem Chriſtus deſup:noueris dulciorē ſtimulum regis. Obſerua adhuc admirandam quādam circumínceſſionez. Vt factis nobis in fruct⁹ ſuauiſſimos domino:ſimul ipſe & cibus noſter iſq̄ ſuauiſſim⁹ efficiatur. Nos igitur ei⁹ cib⁹,& ipſe noſter. Ipſe in nobis:& nos cōtta ī ipſo ſumus. Id quod dominus Ieſus in Ioāne etiam expreſſit. Vt oēs(īquit) vnū ſint ſicut tu pr̄ in me:& ego ī te,Et aptiſſime virorq̄ iuſtorq̄ cū deo circūiceſſionē quādā oſtēdit.(tāetſi lōge diſpare ſorte) quomodo patri cum Filio& Spiritu Sāto eſt.Vnde mirā etiaz in ſequētib⁹ indulgentiā & benignitatē conditoris oſtēdit. Et ego claritatem quā tu dediſti mihi: dedi eis vt ſint vnum:ſicut & nos vnum ſum⁹. Dat claritatem: dat circumínceſſionem: dat diuinam imitationem.Et quid amplius? daturus adhuc meliorem cōſummationem. Ego in eis & tu in me.Vt ſint conſummati in vnum.Vide quid aperte inferat redēptor noſter miſericors & miſerator dominus & maxime liberalis in omnes. Ego ī eis & tu in me.ergo & tu in eis : quia antea ēt dixerat ego in te:bene Victorinus, dicamus igitur deum de deo, lumen de lumine, dicamus & illud deum in deo & lumen in lumīe, hymnidicus Dauid:in lumine tuo,videbimus lumen,quod patri deo exiſtimat dictum, ſi ad patrez,hoc erit.ſi ī ſubſtātia mea ſtetiſſet,& verbum meum vidiſſet.ſi autem ad filium,hoc erit illud. qui me videt,videt & patrem.& ipſi igitur electi lumina in Patre Filio & Spiri.S. & ſuperſancta trinitas, in ipſis in quibus videatur. ergo optima conſequentia & conſequenti cōuerſione,ipſi in te.Dixit enim quoniam omnia mea tua ſunt: & ego in te:ergo quæcūq̄ in me & in te ſunt.Ipſi ergo admirabili īmeatione in te. Nec leuiter quidem,ſed vt ſint conſummati in vnum.Viden in quam & conſummate quidem,redacti ſumus vnitatē:In primā vnitatem extrema reſolutio auctorib⁹ deifero Dionyſio areopagita & oībus eruditis eſt.In eum,ꝑ dominuz noſtrū Ieſum Xp̄z oēs petitiōes noſtræ cōtendunt.illi benignius innoteſcunt.i. gratę & acceptę ſunt Lege Cyprianū.iñ.li.ad Quirinū.in eū igitur per Ieſum xp̄m veluti cib⁹ ſuauiſſimus dn̄o abſumímur. Magna eſt dignatio: magna eſt laus noſtra:magna naturę noſtrę exaltatio:vt in deū veniam⁹?: & illi concorporati eius veluti cibus efficiamur: in deum vt cumq̄ tranſformemur:& ob eam cauſam dn̄ non leui quidem participatione. ſed conſummatius efficimur.Huiuſmodi ait,S.Effrē cum deo loquitur,in Chriſto illumiatur,in Sāto Spiritu ſanctificatur. Grande miraculū vt homo terra & cinis in ſua puriſſima oīone cuz deo fabuletur. Idē ait Baſilius Mag.ad Naziā.de vi.Soli. Ex hac fortaſſe cauſa Deorum hoc eſt ſanctorū ſub ea diuina nomenclatura tam frequens in ſcripturis repetitio. Si enim in ipſo: quomodo non dn̄ erimus.Sed de his ſatis dixerimus.

Veniat dilectus meus in hortum ſuum: ſuum quidem: quoniam omnia mea eius ſunt. Nec tam ea quæ in nobis ſunt noſtra ſunt: q̄ illius.

Siquidem, ipso virtutē aut formā materię nectente: immediatius in nobis est quam nos ipsi sumus. Ab illo enim sumus viuimus & mouemur cuius et genus sum⁹ (ait Apostolus) Sed adhuc altiore ratione hic hortus ipsius est, quē videlicet ipse plantauit inseruit, dipositi, perfecit vel ab initio: & vniuersum eius gratia constat, Vna ex hocvel in hoc hortulo arbor. Apostolus dicebat. Gratia dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit. Tota plenitudo Mariæ, gratia constat. Aue (inquit) gratia plena: dominus tecum. Nisi em̄ gratia plena & dñs cum ea: tam cœlestis tam admirabilis hortus non fuisset. hortus conclusus & omni suauitate repletus: hortus omnigenarum delitiarum: in quo admiranda consita essent. Nec solū hortus eius est: sed quæ cunq; in horto sunt. Et colligat fruct⁹ (inquit) pomorum suorum. Veni domine Iesu & sanctæ seruator veni. vt de vberibus (ait Edissenus) consolationis tuę lac potemus, Et quicunq; hic esurimus & sitimus iustitiaz, saturemur. Nox adhuc & vmbra in horto est: nisi sanctiore lucerna tua splēdeat: sterilis est: nisi tua fœcunditate repleatur. Poma nulli vsui apta erunt: nisi abste primum degustata: nisi in te primuz, absquo omnis sanctificatio est. fuerint, diuiniore cōtactu affecta & sanctificata. Legimus quēdā montē sanctificationis olim a Dauid decantatum: sit hic hort⁹ a te consignatus, hort⁹ etiā sanctificationis: & fructus sanctificatiōis, & oīs cōsecrationis sint in eo: & quos sanctificauerit dextera tua. Incō parabilis tu fructus: admirabilis huiusce horti: & arboris vitæ in illo ipso plantatæ. sup quem efflorere debuit sanctificatio & admiranda consecratio, & ipsa (vt sic dicam de more veterū) Nazareitas pr̄is. Vbi em̄ sanctificatio ē, Hebręi Nazri. hoc est Naxareitas vt Paulus Hebręus interpretatur. Tu ille bn̄dictus fructus ventris virginis: in quem oēs bn̄dictiones locū sibi vē dicarunt, vt in eo fructu simul omnes bn̄dicerē tur. Et propterea Beatus vēter qui te portauit: & sancta vbera quæ suxisti. Benedicta illla arbor: benedictus ille Hortus: & vt expressius ila sancta mulier inclamauit. Beatus venter qui te portauit: vterus puritatis: vterus innocentię: hortus (vt quidam ait) omni suauitate replet⁹: hortus deliciaz: domus dei sancta. & reliqua q̄ psequit. nec illa (q̄ dixim⁹) solū bn̄dicta & beata, sz oēs quicunq; tibi admoti in tuo horto crescentes bn̄dicti fructus. Pulchre Magn⁹ Alber. non solū peculiaria ordinū (in quibus cuiusq; ordinis bn̄dictio est) cōfert in Mariā, sed & bn̄dictiōes Iacob in. xl̄ix. eius filios. Qđ si quid in quoq; illustre fuit, aut erit, hoc singulariter in supsancta dilecta sit Quidā a Rotergio ātistes Thān⁹ egregiū librū de laudibus virginis contexuit: ex oībus illam collaudans. Ad sanctum Abraā dictū est. In semine tuo bn̄dicentur oēs gentes: quæ optia maxima consentientib⁹ etiā Hebręis, oīm bn̄dictionū fuit: ad cuius efficiē tiam (vt volunt) requirebatur fœcūditas: Propterea dictum est. Maledicta sterilis q̄ nō parit Tu admirādo quodā priuilegio virginitatē fœcundam fœcisti, & vt hortus conclusus sanctū tū, veluti thalamus admirabilis, floridus, et virgineus, admitteret sponsum: ipsum Sanctū Sānctorum. In quo ipsa virginitas mire etiam sed spiritali cōmitteret fœcūditati: & quę innūerabiles multiplicaret filios. Pulchre facet Hieronymus ad Paulam & Eustochiuz de Assumptione tantæ matris. Vna (inquit) virtus virginitatis in ambobus scz Ioanne & Maria, sed altera proportio in Maria. altera quidem quia fœcundior. scilicet ipsa, quia & si ipsa eadem incorruptio, tamen fœcunditas integritatis lōge glorioſior q̄ virginitatis. Id circo & fœcunditas in illa tota deifica est & virginitas. Addit. Ideoq; totū, supexcellunt quę de illa dicūtur, quia sunt diuina & inefabilia. Vnde virginitas & fœcunditas ꝑplis, superueniens nouitas est. Subdit. Idcirco & virginitas longe sacratior & fœcūditas (vt sic dicā) multo inefabilior q̄ suo potuerit Ioānes explicare eloquio. Addit. Versa est sine coitu in matrem, vt non sit iam a modo quod fuerat. sed purpura verissima ad indumentum & gloriam summi regis diuinitus aptissime dedicata, vt nulli deinceps cauti licuerit nisi deo. Quāuis (ait) dudum incomparabilis esset vniuersis quæ sub cœlo sunt virginib⁹ vt decenť posset ī se suscipere diuinitatis admixtionem: tamen cum gratia repleť: cum spū scō perfunditur, cum virtute altissimi obumbratur, fit pręcioſior meritis, celsis sublimior fastigijs: pulchrior sanctitate, glorioſior suorum prę rogatiuis meritorum: ita vt nullis tam vsibus sit ipsa eadem mācipanda, nisi diuinis. Quam vltra angelicam dignitatez censet efferendam: q̄ non temere super choros Angelorum exaltata deuotissime prædicatur. Dedit (inquit) potestatem filios dei fieri. his qui credunt in nomine eius. Hi sunt fructus illi cœlestes: quos ipse dominus Iesus qui Nazareus dictus est etiam cum supersancta matre protulit. Veni domine Iesu veni: vt in tales tāq; benedictos fruct⁹ spirituales ī cōparabiles vltra mūdanos suffi ciamur: ī sanctas etiā arbores: ex q̄b⁹ nec foliū nec scti fruct⁹ defluāt. hoc te vnice p̄stāte q cū

Patre & Spiritu ſancto viuis per ifinita ſecula. Talia poſt Sāctam & deiparam virginē erant ſanctæ eccleſię poſtulata. vt eius admirād⁹ ſpōſus veniret im hortū ſuū. & comederet fruct⁹ pomoꝝ ſuorum/ſanctoꝝ videlicet Apoſtolorū/martyrū/confeſſorum/virginū. Has ipſe nō alius fœcerat arbores: ex ſuo poterat eſſe, lōge melius ꝙ ex alieno: imo ni ſi de ipō nō poterāt illi fructus eſſe ſuaues. Quid em̄ (vt ait Apoſtolus) xp̄o ad Belial: quid luci cū tenebris. Lucidiſſimæ erant aiæ: cum quibus dñs qui veriſſima lux eſt, agebat. Illis ſupra omnē modū recreabat: illas in diuinā (ſuper dia ferrumination & cōcorporatione (vt ſic dicā) magis vero cœleſti vnione) trāſformabat naturā. Pulchre ait Apl's Qui adheret deo vn⁹ Spirit⁹ ē cū eo. Cęleſtis quęcūq; anima in talem etiam orabat modum. Vt deſcenderet in hortum ſuum, quē ſua indulgente gratia cōſeruerat: & vitæ arbores in ea plantauerat. Vis inter cæteras/vnam arborem vitę videre? Audi quid dicat Apoſtolus in Epiſtola ad Epheſios. Vnicuiq; autē noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis xp̄i. Alia arbor cœleſtis & admiranda diuinę plenitudinis oſtenditur. Scire etiam/ait Apoſtolus ſupereminentē ſcientiæ charitatem vt implemini in omnem plenitudinem dei. Et de gr̄a q̄ vna videtur iter alias eminētior. Gratia (inquit) iuſtificati per Ieſum Xp̄m. Fides ſi charitati innixa fuerit potēs eſt: tales afferre fructus. Pulchre in Epiſtola ad Galatas/illaꝝ tales afferentem fructus demonſtrat. Nam in Chriſto Ieſu (inquit) neq; circunciſo aliquid valet: neq; p̄putiuꝝ: ſed fides q̄ per charitatē opatur. Hanc (ait quidā) nemo a ſe pręſtare poteſt, ſed fons totius fidelitatis p̄ſtat & auget. O diuina fides mirabile fundamentū vitę, fulcimentum ſpei, anchora dilectionis, funis lucidus a cœlo protenſus, per quē/ad ipſum ſcandim⁹ qui oēꝝ ſuperat altitudinem. Et de libertate Spiritus: q̄ in hoc admirādo horto plātata ē (ait Apl's) qđ ſi Spiritu ducimini, non eſtis ſub lege. Propter ea Spiritu ambulandum eſſe nos cōmonefacie bat. Spiritu (inquit) ambulate: & deſideria carnis non perficietis: quem vnum eundemq; in omnibus credentibus plantauerat. Nonne (inquit Apoſtolus) eodeꝝ Spiritu ambulauimus. Et vide quem alium fructum in paulo inſeruerat dūs. Non poſſumus (inquit) aliquid aduerſus veritatē. Sed proveritate. Et ipſe fructus lucis & Spirit⁹ proſequitur. de quibus alio loco memīm⁹. Charitas vero nūq; excidit: q̄ tātope ab Apl'o cōmendat, nōne altiſſimas radices in hoc horto egit? Cōmemoratis nēpe multis (ait Apl's) adhuc & excellentiorē viā vobis demōſtro. Si linguis hominū loquar & angeloꝝ: & Subdit, charitatem aūt nō habuero: nihil mihi ꝓdeſt. Duas iūctas illa ſemper hꝫ ſorores, fidē & ſpem. Viden vt in eadem Epiſtola ad Galatas iſtud demonſtrat? Nos em̄ (inquit) Spiritu ex fide ſpem iuſtitiæ expectam⁹. His nectit charitas: q̄ funicul⁹ triplex ſiue triplex (vt ait Ambroſi⁹) ſpartum hoc eſt/geniſta/difficile rūpitur. Aliq; inūerabiles in ſanctę cuiuſcūq; animę horto ſunt plātatę arbores: Sed dñs in Paulo, ę mulāda chariſmata meliora, q̄ vel charitas vel vni iuncta charitati ſunt, nos admonet. Aemulamini (inquit) chariſmata meliora. Si ſpū ambulauerimus: illam admirandā nobis de qua ꝓxime diximus pollicet libertatē. qua nacta/imo vero nacto dño in ea, tranſformabimur a claritate in claritatē: tanq; a dñi Spū. & illas mirabiles aſcenſiones faciemus in corde noſtro. Dñs aūt Spūs eſt (iquit) Vbi aūt, Spūs, ibi libertas. Subdēs: qui nā fruct⁹ ex hoc tāto fructu ſequātur. Nos vero oēs reuelata facie/gloriā domini ſpeculātes in eandē imaginē tranſformamur: a claritate in claritatē: tanq; a dñi ſpū. Hi & tales innūerabiles ſunt cādidaꝝ aīarum flores: nec flores modo. Sed admirandę arbores, cœleſtia poma ferentes: tam fœcunda quidem vt alios fructus gignere poſſint. Talibus vndiq; conſita ſpiritualis anima dicere poteſt. Veniat dilectus meus & comedat fructus pomorum ſuorum: ſint omnia mea, tanq; mel dulciſſimum eiusori ſanctiſſimo. Sed reliqua ꝓ inſtitutione noſtra proſequamur, gratia & miſericordia Ieſu Chriſti cui eſt cū Patre & Spiritu ſancto omnis honor & gloria. Amen.

Libri Septimi. Homilia.ij.

VEni in hortum meum ſoror mea ſponſa. Meſſui myrrham meam cum aromatib⁹ meis. Eam mundiciam quam in ſponſa reperit dilectus, immo quā ipſe fecit (ait Richardus. a Sancto Victore) enūerat. Meſſui myrrham meam. Quia cum amaritudine laborum/perfecta ſunt virtutū aromata, & mandatis profecit ſapiētia & triumphata carne, venitur ad cultum perfectiōis. Myrrhā (ait) metit dñs, qñ labores perficit, roborās, vt delectabiliter agat. Iob pulchre ait, Quæ prius nolebat tangere anima mea, nūc cibi mei ſunt. Sic Paulus omnia poteſt, in eo qui eū confor-

tat. Etiam in dulcedinem bonorꝝ meritorꝝ hāc refert. In melle operatio, quę foris exprimitur, Pascitur dominus dulcedine bonorum operꝝ. sed cui⁹ magis q̄ꝫ eius, q̄ sup oēs dilecta est? Factus est nimirꝝ in pace locus eius. Melle vero, cū diuinis efficiētijs, illi apitur. fœlix conuiuiū aīę cum dilecto & sup oēs amabili sponso. Hęc pulchra & mystica. Sed īstitutū sequamur. Admiranda vbiq̄ sed sub velamēto & involucro verborꝝ texūtur sacramenta. Fit plerūq̄, vt cū scriptura de vno quodam, in superiorib⁹ loquitur, sub eisdem verbis arcanū aliud sacramentū recondat, non quidem vt sensum minuat, sed vt intelligentiam nostram, in altiora & maiora excitet. Iuxta hanc igitur consequentiam moliamur hoc loco annuente domino interpretationē. Rogauerat spōsa, dilectū suū, vt descenderet in hortū suuꝫ, qui pñs ecclesia, aut ipsius dñi sanctior anima, siue corp⁹ est. Vt ibi cōquiescat, ab illo q, oia est omnia recognoscēs, atq̄ eiusdem cuncta esse plane cōfessa. Ioā. Gerson comedi (ait). i. comedere feci, fauū cum melle meo, qñ ex diuinitate cū humanitate cibus, pcedit amoris. Proinde sequi⁹, comedite, quia mēsa sapientiæ parata est. Sed ad īstitutum. Hæc sunt mūera spōsę. Spōsum vero, qui oīm cōsensu deus est, meliora aut nō deteriora mūera decent. In cōuiuiū, spōsa, poma simpliciter polliceturꝝ. Neq̄ em̄ meliora, q̄ inferior est, sponderе audet, Contra sponsus oē odoramentorꝝ genus, & amplius aliquid, vinū & lac, mel quoq̄ atq̄ in his, oēm oblectamēti suauitatē. Istis em̄ oīs fœlicitas cōtineri videt & q̄dā sed in symbolis iuxta Diony. perfruitio. Nec sub meliori typo terram viuētium promittebat dñs, Dabo (inquit) vobis terram fluētē lac & mel. Quam alio loco explicans terrā viuētiū dicit. Credovi dere bona dñi i terra viuētiū. Rectā nōnūq̄ vocat. in Psal. cxlij. Spūs tu⁹ bon⁹ deducet me in terrā rectā. qđ iuxta eruditos de terrena Hierusalem, aut alio quouis loco nequaq̄ intelligendū, sed de cœlesti. Perbelle Grego. Nyssen⁹, frater Basi. Magni, in mystica Mosaice vitæ, illā cœlestem gloriā multis nūcupari noīb⁹ descripturis astruit. Hic (ait) lapidis capacitas, appellatur, in alijs padisus delitię, Tabernalū ęternū Mālio apud prēz, Patriarchę sinus. Regio viuentiū, Aqua requietis Hierusalē superior, Regnū cęlorū, Babilon vocationis, Corona gratiarꝝ, Corōa pulchritudis, Turris fortitudis, supmē sale gaudiū. Dei cōsensus, Sedes iudicij. Loc⁹ noiatissimus. Occultū tabernaculū. Obseruauim⁹ ex sententia Pauli hebrēi pleraq̄ alia noīa Lege in apologetico Grego, Nazian. xp̄i dñi, illi⁹ q̄dē Fœlicitatis nr̄ę, cęlestes nomēclaturas. Sz ad rē. Reuocasti (inquit dilect⁹) me amica a summo cęlo, vñ egressio mea, vt i thalamū tuū descenderem, vt hortulū nostrū ingrederē. Velim ego te in meliorē quandā paradisum asciscere, in meliores hortos & sancta tabernacula, quæ & vnum tabernaculuꝫ atq̄ hortus vnus sunt. Veni ergo in hortū meū soror mea, hoc est proxima mea. Nec em̄ sponsa, nisi proxia sis. Hoc quippe hūt diuinioris consortij iura, hoc cœlestes leges. Messui myrrham meā cum aromatib⁹ meis. Iāiā in cœlo imortalitatis, myrrha in vsus cœlestium aiarū est. Hanc ego messui cū ex Angelis tū ex me ipso, qui imortalis, meliore adhuc forte, q̄ꝫ illi & cata oēz entelechiā suaz, Sed dię imitationis falce illā messui. nihil ex dia illa & supersancta simplicitate, excidēs, Sz amarum oē imitatiōe cœlestiū dulcorās. Nō potest alius hāc secare gladi⁹, vt de charitate pulchre dixit Emissen⁹. Molle vīculū est charitas dei, gladi⁹ vtrinęꝫ acutus nō pōt eā incidere. quod per digressionē dictū sit. Hāc messui, vt sup oēs in vsus tuos veniret, Myrrhā (inquit) cuz aromatibus meis. Diuinis quippe honoribus digna, diuino etiam & admirādo donaberis thymiamate, in odorez suauitatis, illo haud quidē vnguentarij opere confecto, sed mea inefabili & admiranda opera, ego (inquit) illam messui non alius quicunq̄ homo. Et vt meo te sum dignata osculo super omnem creaturam, dignabor etiā his manib⁹. vt sanctificem ego ipse & non alius tabernaculū meū, dedicē in templū, nec ampli⁹ īmobile, sed ppetuo stabile tabernaculū. Fœci ego vt nō accederet ad te malum, neq̄ flagellū appropīquāret tabernaculo tuo, fœci vt labores tui nō frustra essent, faciaz ego vt oī diuina veneratione censearis, a me primū istis delatis honoribus, vt oēs te mea imitatione venerentur. Pulchre Sanctus Effrem Edyssenus. Aia habens deum in se, templum dei est, Dia, mysteria celebrant in ea. Angeli & Archāgeli colletant ei, & frequēter visitare festinant, vt pote dei tēplū effectā. Quale ergo existimādū tēplū diuę parētis. μήτηρ γὰρ Χριστὸν ναὸν ἐκ Χριστὸν ἀπέλαβεν, ὥλην σε ἁγιάσει τὸν υἱόν. i. compleuit templū oīpotute & gra ἐκ καθαρῆς θεότητος, perfecit nimirꝝ ex purissima deitate. Seruauī ego q̄daz (ait) in munus tuum, quę nulli vnq̄ concessi, monstrauī quędam sed paucula, meliorez meorū cōparatione, illi populo. Cęterū in figura illis oīa contingebant. Tibi O venerāda dilecta spōsa & parēs mea, palā aperient pulcherria rerū exēplaria. Sumā ego spūalia exoīb⁹ mūera, vt q̄cq̄d delectū q̄cq̄d præcipuū in oīb⁹, hoc

Tu O virgo tibi vendices,& potiora adhuc tibi cõserues. Nõ deerit galbani odor suauissim⁹ non thus lucidissimũ. Sed fragrãtiora p̃cioso/raq̃ omnibus eiusdẽ gñis erunt,& desiderabili quocũq̃/plus lõge desiderata. Messui ꝓ eo qđ̃ cit, collegi decerpsi. Hara quippe hebr̃is col/legit vel decerpsit. Vide diligẽtiã sponsi in suã dilectam,vt q̃ eius sunt, sua esse arbitret: vt colligens vel scrupulosius/colligentẽ faciat,& in illa oẽs etiã talitũ auidos,decerpẽtes. Opera vnguentarij/ex cõpositione nõnihil illis contulit. Quid nõ faciet ars mea? Quid nou faciet opus meũ,qui ars sum & archetypon patris,oĩs sapientiæ,scięt̃iq̃ & prudẽtiq̃ imo totius substãtię veritissimũ absolutissimũ & simplicissimũ exemplar & ꝓtotypa forma? Libet hic digredientes verba Nazian.in li.de fide (q̃m librũ bona ex pte Ambrosio ascriptũ repi)in hũc locũ cõferre. Quę ei(ait)substãtia det: nisi ip̃z qđ̃ de⁹/simplex/singulare/putũ/nulla cõcretiõe pmixtũ/limpidũ/bonũ/plectũ/beatũ/integrũ/sanctũ totũ? Blasphemia est vt inane putet, p quẽ cũcta consistũt,qui oĩa verbo edidit, rõne composuit,virtute ꝓfecit, cuius nutu vniuersa gerunt,cuncta deseruiũt. Est ergo in essentia sua deus,cui⁹ cognitio/vita ętterna est,qui est tãi⁹ q̃tus dici nõ põt,qui tũc digne estimat/cũ inestimabilis dicit. Est vtiq̃ ergo,ipsum quod est. Hoc erit substãtia ei⁹ rei,q̃ eẽ defendit. In Hieremia. Quis stabit in substãtia dñi? Addit. Certe hoc ẽ de⁹. quod cũ dicit nõ põt dici,cũ estimatur/nõ põt estimari,cũ definitur/ip̃a definitione crescit,quẽ oĩa nesciũt,& metuẽdo sciũt. hæc etiã in li.de fide Ambro.cõtra Arrhiuz & q̃tũ ad ꝓpositũ etiã attinet idẽ Nazian.in natalẽ dñi. In quo nõ est cãs rõesq̃ discutere,sup hæc oĩa cũ est. Neq̃ cũ est sermo vil⁹/sermõe antiqor. Sed ꝓsequamur. Crescebãt admirãdo quodã ope in manib⁹ meis(ait)tũ in veteri tũ in noua lege panes,in noua apertissimũ est testimoniũ,q̃tũ ad veterẽ,in.iiij. Basi. Da populo ait Helisę⁹/vt comedat. Rũditq̃ mĩster eius q̃tũ est hocvt apponã corã centũ viris. Rursi⁹ ille da populo,vt comedat. hęc dicit dñs comedẽt & superit. Posuit itaq̃ corã eis,qui comederũt,& supfuit eis iuxta v̄bũ dñi. Si ĩ vsus cões hęc multiplicatio: quid inusi⁹ tuos nõ fiet O dilecta virgo & spõsa? Talis nimirũ & tãta erit,qua te donabo v̄t⁹,(ἀρετὴ δὲ τε μόννουχάριεσσον)tã multiplicata,vt oĩb⁹ superesse possit,vt q̃ tetigerit eã,sanctificetur. Ecclesiæ de gẽtib⁹ siue ei⁹ vice huic diuę parẽti dicere poterat,qđ̃ in lib.S.Efrẽ de die iudicij dicit. Et si a te,pcul Siloe quo missus est Cecus,sed prę̃ciosus calix sanguinis mei/plenus vita & lumine/tibi in proximo est, tãto propinquior,q̃to qui accesserit fuerit purior. Sed ad rẽ. Illi populo dictũ est. Et iuxta cõpositionẽ eius non facietis aliud,quia sanctificatũ est,& sanctum erit vobis. Ego vero nõ tale aliud facią,in alios vsus,non talibus aromatibus alios donabo. Quia sanctificatũ ẽ & sanctũ erit mihi. Meũ(inquit)tabernaculũ es/O dilecta & sanctiss. virgo,me⁹ sol/in quo valide posui tabernaculũ meũ,meũ tã lucidum thalamũ,& regiam aulam,& aliquid haud dubie altius,q̃ vt humana eloquutione proferri possit. καθαρὸν γὰρ ἁλώσιμον ὄνποτε ἀναγὼ Supra q̃ Augusta & dia oĩa in te/me faciẽte/sunt,ĩ quo inhabitẽ ego qui sum rex regũ & dñantiũ dñs. Altissim⁹ ergo/nõ possuz nisi i editioribꝰ habitare,& thron⁹ me⁹ĩ colũna nubis,vt totaspũalis eẽ ſignificeris & colũna κὰι σήριγμα.i. firmamentuz.mirũ ꝓ oĩa/me cõcedẽte/spirãs odorẽ Veni igit̃ soror mea,spõsa mea/in hortũ meũ/in meã cœlestẽ padisum, vbi diꝫ aĩæ & corpora sunt nulli iã mortalitati ob noxia. Non messuerã ego/priusq̃ in hortũ tuũ descẽderẽ Messui tũ primũ,cũ in hũc per q̃ diuinũ ĩgressus sum,& in cœlestes aulas/q̃ hinc exerpsi aromata/transtuli. Hæc oĩa & myrrhã totius immortalitatis oĩz/tibi cõdono O virgo,vt quẽdmodũ rex oĩm ego,haud aliter & tu quoq̃ oĩz regina sis & mater,nec iniuria. Sũ em̃ (vt ait quidam)Sanctus deus putã per matrẽ profectus καθάρῆσ διά μητρὸσ ὁδεύσασ nec ipe/viscerib⁹ fœdatus sed magis ipsa illustrãs, quomodo neq̃ morte aliquid passus suz,& ipsam perdidi/egregie & potenter vitam illustrãs. Lege Greg. Theolo.cognomẽto etiã Magnũ ad Nemesiũ Vbi mira eruditiõe confutatis, exteris, nostra asserit. sed ꝓsequamur magis vero ipse λόγος. Quid amplius? Aliud quoq̃ myrrhæ gen⁹ & aromatũ/in te & per te in quacũq̃ cœlesti anima & in agro dominí: quæ est ecclesia dei viui colũna & firmamentũ veritatis. Messui primũ quidẽ ipsam charitatẽ: quæ in myrrhã propter incorruptionẽ supputatur: & in diligendo inimico paulo amarior videt̃, sed postea fructus reddit dulcissimos. Ea demũ aromata oĩa. q̃virtutes sunt ,tuz primum redolentes,quando illi æterno sponso habentur consũctæ. Quãq̃ em̃ vt flores cãdidi aut rubẽtes absq̃ charitate (q̃ perfectio legis est)speciem aliquam pręt̃endãt: redolentes haud q̃q̃ sunt: nec odor sunt suauissim⁹ ad immortalitatem suscipiendã aut cõquirdã dño. Charitas vero/ipis veluti coloribus,& lucem & odorem immittit. Tanta/eius est perfectio: vt nihil absq̃ ipsa/gratũ acceptũ

ue sit domino. Hæc præcipua in te & per te in omnes deriuata O dilecta mea purissima & admiranda. Pulchrum erat illam miro splendore coruscantem in te cernere. Illius quoddam erã singulare gazophilatium: immo fœcũdissim⁹ ager & hortus. Hanc ego messui in te: nõ modo, vt in granaria reportarem cœlestia: Sed vt illam ego qui mediator omnium sanctorũ participaminum sum, ex te deriuarez in omnes, & tantorum odoramẽtorũ facere participes. Recognituri erant olim vnde prodijssent: & tibi omnium parenti gratias acturi. Vis etiam cernere aliud myrrhę & odoramentorum in ecclesia gen⁹? Institui ego sacramenta & illos septẽplices fontes quib⁹ in regias aulas, cœlestes deducerentur animæ: illis potentes & aligeręs redditę vndis: per quas vna certissime conferretur gratia. Hoc enim Lege cautum, obseratam paradisi viam nõ nisi hac myrrha, his aureis fontibus restitui, nec gratiã, aut primũ conquiri aut perditam repeti: nisi istis aut eoręs voto. Viden vt circũ hos fontes, admirabilem p̃stans incorruptionem, myrrha succressit. Hãc primũ ego meto: & me metente & diuinum vrgente opus cęteri metũt. In quam sniam diuus Cyprian⁹ in elegãti carmine de Sãctis Apostolis ait. Dũ tamen ingenti bissenos pondere ramos. Edidit & tantũ spargẽs porrexit in orbem. Gentibus vt cunctis victum vitãqs perennẽ. Prębere nt, mortẽqs mori qui posse docerent. Tales erant priores messores nostri immo pastores & duces. Ego prębenio illos in benedictionib⁹ dulcedinis: & mea gratia p̃ueniente. Messui myrrham meam cum aromatibus meis. Nec em̃ tãtum circa fontes myrrha est: sed omnium floręs genera: & virtutum odoratarum inenarrabiles species, q̃ in his fouent augẽtur & primũ etiã radices agunt, fontibus. Primitiua omnium in te messui O superueneranda parens O regina & sponsa mea. At quęnã hæc falx est nisi meus gladius Spirit⁹: qđ verbum dei vocauit quidã vna nec vulgaris explãtationib⁹ meis, sed quã mihi in singularia munera & honores delegit in vas etiam electionis, in quo deferretur nomen meum per vniuersas gẽtes. Ille etiam gladius de quo dixi ego aliquãdo, quod non veni ponere pacem. sed gladium: & separare filiũ a matre sua & reliqua quæ in euangelio conscripta sunt. Vis obseruare O dilecta mea, & vos O filię Hierusalem me sanctum agricolam & messorem esse aspicite euangelium. Nonne a me dictum est. Messis quidem multa: operarij autem pauci. Et ĩ parabola de agricolla fuisti: Vt zizania in t̃ps messis seruarent: quousqs simul meterẽt, oĩa Sancti Angeli: & bonum frumentum in horrea seruarẽt cœlestia: nocentes herbas coactas ĩ fasciculos igni, absumerẽt sempiterno. De hac quoqs falce (vt vocabulum diminuęsse intelligas) ait Ioannes in reuelatione. Et vidi (inquit) Et ecce nubem candidam: et super nubem sedentem, similem filio hominis: habentem in capite suo coronam auream: & ĩ manu suo falsem acutam. & alius Angel⁹ exiuit de templo. Mitte falcem tuam: & mete: quia venit hora vt metatur. Quoniam aruit messis terræ. Et misit qui sedebat super nubem, falcem suam: in terra: & messuit eam. Ego ille quidem qui sedebam super nubem candidam: tibi admirandæ parenti meæ & dilectę proinde ecclesiæ innixus: qui nõ solũ falcẽ hẽo: sed gladiũ de ore meo procedentem ex vtraqs parte acutum. facio ego quoqs huiusce modi falsis, plerosqs, vt rerum aliarum mearum participes. Propter qđ subdit. Et alius Angel⁹ exiuit de templo, quod est in cœlo, habens & ipse falcem acutam. Hac eadem falce & bona & mala metuntur. vtrinqs gladius domini acutus est, habet iustitiam: misericordiã etiam habet. Et plerũqs interficit aut diuidit, vt viuificet. In quã sniam. & Origenes & Sanctus Hieronymus pedibus veniunt. Audi quid per filium hominis cui data est omnis potestas in cœlo & in terta, ista falce agatur. Et misit (inquit) Angel⁹: nimirum ille qui magni concilij est Angelus, falcem acutaz suam in terram: & vindemiauit vineã terræ: & misit in lacũ irę dei magnum: & calcatus est lacus extra ciuitatem: & exiuit sanguis de lacu vsqs ab frenos equorum: per stadia mille sexenta: de quib⁹ nõ est modo dicendum per singula. Lege venerandum Bedã & Richardum a Sancto Victore diuum quoqs Augustinum in Ioannis Apocalypsim quam etiam Iustinus martyr & Hyrenęus interpretantur. et in hanc sniam in Iohele. Mittite falces quoniam maturauit messis. Venite & descendite quia plenum est torcular. & vt intelligas bonos etiam metẽtes Subdit: Et mouebuntur cœli & terra: & dominus spes populi fortitudo filiorum Israel. & scietis quia ego dominus dęus vester, habitãs in monte sancto meo. Et erit Hierusalem sancta: & alieni nõ trãsibunt per eam amplius. Bonis hæc falx salutaris & desideratissima est: quaz summopere & omni voto cõcupiscebat Apl's. Cupio (inquit) dissolui & esse cum Xp̃o. Et tm̃ ei⁹ erat amoris incendium: vt eam quę nocẽs & pęnalis esse videtur, pro salute fratrũ optaret. Cupiens anathema esse pro fratrib⁹ suis. Moises quoqs hac falce in pditissimos idololatras vsus desidera

bat & q̃tidiano pene conuitio efflagitabat hac ſe p̃ ſalute populi percuti: & deleri de libro vitę. Aut dele me (inquit) de libro tuo. Magnum quidē & admirādæ charitatis hoc erat indiciū. Videbatur vir ille ſanctus, publicam vtilitatē p̃ferre priuatę ſuæ. Nouerat feralem domini gladium, plerumq; ſalutarem eſſe. Non erant furibundi ſed modeſtiſſimi viri illi. Moyſen a manſuetudine & lenitate collaudat etiam ſcriptura. Impetrauit illis verbis ſalutem populo. Iuſtiſſima igitur & ſanctiſſima verba erāt. Nihil eſt quod propter eam rem a domino vituper̃, ſed collaudetur, & habuerit propter egregiū facinoris dignitatē & vt noua reſpōderent veteribus, imitatorem Apoſtolum. Vnus & idem dominus: & aureus ſiue electrinus & igneus eſt. Eadem voluntate amat oditq; : ſuſcipit, & repudiat. Et tam illa vna voluntas efficax eſt: vt repudians ſuſcipiat: anathemati ſubiiciens, in ſeſe omnia perferens mala, bona in nobis cōferat vniuerſa. Spinis (ait) Cyprianus coronatur, qui martires floribus coronat. Palmis verberatur, qui palmas viuentib⁹ tribuit, ſpoliatus indumunto immortalitatis alios veſtit cibaturfelle, qui cibum cœleſtē dedit: aceto potatur, qui potum ſalutarem propinauit. Hoc quippe Apoſtolus egit: quid ergo omnipotēs non faciet? Qui mirificauit voluntates ſuas in ſanctis ſuis. Sanctis (inquit) qui in terra ſunt mirificauit voluntates ſuas in eis. Vis cernere vt mirifiet: quandoviſus reprobare tuę ſuſcipiat. Quando in quædam incidere facit: ne in peiora corruant. Et viſus abiicere, & de terra delere: tum maxime ſuſcipit. Mœrens dicebat. Halias. zelo zelatus ſum pro domino deo exercituum: quia dereliquerunt pactū domini, filii iſrael: altaria tua dextruxerūt: & prophetas tuos occiderunt gladio: & derelictus ſum ego ſolus: & querunt animam meam: vt auferant eā. Illa tamen, & quæcunq; alia perſecutio in meliores profectus erant. Gratia & miſericordia domini Ieſu, cui cum patre & ſpiritu ſancto, eſt omnis honor & gloria. Amen.

¶Libri Septimi. Homilia. iij.

COmedi fauum meum cū melle meo, & bibi vinum meum cum lacte meo. Fauum exiſtimant dulcedinem bonorum meritorū, quā int⁹ habet anima deuota. Mel operatio eſt, que foris exprimitur, merito melli cōparata. Quia dulce eſt quod pro illa in futuro retribuitur. Iſtis paſcitur & oblectatur pro cuiuſq; ratione, dominus: & dilectus vinum etiā bibit & lac, cum gemina dilectę, diuinitatis & humanitatis contemplatione delectatur. Vinū in diuinitatem, lac in humanitatē refertur. Hęc eſt cum angelorum tum hominum gemina felicitas. Mores & opera, contemplationē prę, cedunt. Prius rationale cum ſuper humerali induitur ſummus ſacerdos, q̃ Cydari exornetur. Succedit Lię, Rachel ī cōplex⁹ ſctiſſimi iacob: ſed ad inſtitutū. Olim nō licebat in ſacrificijs offerre aut eſſe mel, In leuitici volumie, Omnis oblatio que offertur domino, abſq; fermēto fiet. Nec quicq; fermenti aut mellis adolebitur, in ſacrificio domini. Vetitum quoq; ne vitulū in lacte matris ſuę offerrent. Hodie in noua lege omnia publica ſunt, omnia conceſſa que cū gratiarum actione percipiūtur. vt nihil comune & proinde illaudabile affirmare audeamus De comuni & ſeparato ex Origine & Cyrillo Alexādrino meminim⁹. Separata in diuiniorē ſignificationeę accepta ſunt. Veteris legis amaritudo in dulcedinem verſa eſt, in candorem, obſcuritas. In. lxvj. capite eccl'iaſtico. dogmatū. Bonum eſt cibum cum gratiarum actione ſumere, & quicquid deus p̃cepit edendū eſt. Abſtinere autem ab aliquibus non quaſi a malis, ſed non neceſſarijs, non eſt malum. Moderari eorum vſum pro neceſſitate & tēpore proprie chriſtianorū eſt, Sed proſequamur Mors olim erat in olla ſed iubente veriſſimo Heliſeo & ſanctam farinam mittente, nihil amplius amaritudinis in olla. Comedente domino fauum cum melle ſuo, omnia nobis in dulcedinē diuinam & quandā tranquilitatem & per fruitionem verſa ſunt. Iugum meū (ait dominus) ſuaue eſt, & onus meum leue. Extēdit Ionatas ſummitatem virgæ quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis, & conuertit manū ad os ſuum, & illuminati ſunt oculi eius, Vidiſtis (inquit) quia illumiati ſunt oculi mei, eo quod guſtauerim paululum de melle iſto. Illud nimirum mel erat, de quo dicit dilectus. Comedi fauum meum cum melle meo. vtrumq; comedit & de puro & originali fonte potat, vt oēs potātes faciat, mirę ſatiet ab vbertate dom⁹ ſuę. De torrente (ait) voluptatis tuę potabis eos. Et hic torrens in perennem fontem & fluuiuz nobis redditus eſt. Obſerua, vt ſponſus de⁹ ille quidem verus & verus homo. vtrūq; comedit & fauum & mel, & illud ſuum quidem nō alterius. Diuinum quippe erat quod a diuīo numine aſſumebatur. Nec ſine ſacramēto alibi ſcriptura, vt hic, geminat, Butirū & mel comedet. vt intelligas, & duplicia redditurum, & vtrūq;

locum ad christum dominum veriſſimum dilectum pertinere. At Ionatas tantum in fauum intingit, fauum nequaq; ſed mel tantum comedens. Dominus etiam fauum comedit, Propter vtranq; in eo naturam, que in cœleſte pabulum credentiuꝫ venere, vt comedentibus illis, ipe quoque comedere videretur. Sed quis iſte fauus eſt, quem dominus eſſe poteſt. In ſuperioribus dixit in commendationem ſponſæ, Fauꝰ diſtilãs labia tua. Tota forte dñi hũanitas in fauo veluti cõtinẽte ſed mie cõcludete diuinitatẽ, eſt, q̃ & diadema eſt, quo coronauit eum, eius mater in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius, Mire etiã in eſum venit. quod iuncta ſit verbo, quo maxime recreamur & paſcimur. Proinde dixit dominus. Verba que ego loquor vobis, ſpiritus & vita ſunt. Spiritꝰ eſt q viuificat, caro (ſine ſpiritu ſcilicet) non prodeſt quicq;. Et iterum dicit. Mel & lac ſub lingua eius. Mel quidem, quod alioquin cedit in eſum ſponſi, lac in potum. Nihil gratiꝰ nihil ſuauius ſponſo eſt, q̃ ſacrificium laudis, q̃ ipſa confeſſio. Sacrificium laudis (ait) honorificauit me. Sacrificium, fide ſpe & charitate maxime conſtat. Quibus colitur deus, & deuꝫ maxime reſpiciunt. Tantum in figura & vmbra ſalutare domini ī ſacrificijs veteris legis, haud quidem inveritate exhibitũ eſt, & vix perſpicue oſtenſum. Propterea conmoniti fuere, vt ſacrificarent ſacrificium iuſtitiæ. Sacrificate (inquit) ſacrificium iuſtitiæ. Quo nimirum intelligeretur iuſtitia illa ſempiterna, cuius memi nit Daniel, Vt deleatur iniquitas (ait) & adducatur iuſtitia ſempiterna. Quã in libro Seeder Alam, vetuſtiſſimi & Rabi Moſes gerundenſis Meſiah interpretãtur. Et ſperate in domino, ait. Quaſi non aliunde ſpes in domino haberi poſſit, q̃ ex ſacrificio iuſtitiæ. Vide quid reprobatis legis ſacrificijs ſequatur. Sacrificium & oblationeꝫ noluiſti, aures autẽ perfeciſti mihi. Holocauſtum pro peccato non poſtulaſti, tũc dixi, ecce venio. ego qui ſum iuſtitia, miſericordia, pietas, manſuetudo. vt in te ſim, mel quidẽ puriſſimum & deſideratiſſimum O Pater. Omnem ſuauitatem mellis vincentem Dominum, vel Mel ipſum ſuper diuinum, innuit. S. Effrẽ, Victꝰ es (ait) Domine deus noſter a charitate tua, a ſanctis miſerationibus tuis, addit. Dulcedo tua iugiter obleſtat & confirmat me, volentem dulcedine tua iugiter perfrui, Ieſu vnigenite, ſplendor æterni patris, Lumen habitans inacceſſibile, lumine incomprehenſibili. Egregie quidam. Eſt deus omne bonum Deus eſt quæcũq; putantur optima: at melius quid pietate dabis De cuius eloquijs dicitur Quã dulcia faucibꝰ meis eloquia tua ſuper mel ori meo. & alibi dulciora predicantur ſuper mel & fauũ De labijs ſacerdotis ſcriptum eſt Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. & legem requirent de ore eius. Hæc labia deſiderabat a domino aperir. i Domine labia mea aperies, & os meum anunciabit laudem tuam. Hoc labiorum officium, iugis laus & iubilatio, fauus diſtillãs mel puriſſimũ. Si domini eloquia ſunt faucibꝰ viri iuſti, dulcia: & ipoꝫ eloquioruꝫ pronunciatio dulciſſima erit ori domini. Et quid miruꝫ, ſi eloquia verbum diuinum referentia, eiꝰ ſigna quæ dam ab eodem manantia, melli vt verbum cõparentur? Vide quid iterum ait. Os meum aperui & attraxi ſpiritum. Quia mandata tua deſiderabam. Si tanta virtus attrahendi in nobis, vt ſpiritum. S. qui multiplex in donis, & fons ſuauiſſimꝰ eſt, attrahere poſſimꝰ, qualis & quã ta putas virtus attrahendi, que guſtui conferatur, in domino omnicapaciſſimo erit? Tanta nimirum & talis eſt, vt nemo ad filium niſi trahente patre venire poſſit, nemo ad patrem, niſi ſimul trahente filio, trahente quoq; ſpiritu ſancto. Ipſis enim immenſa trahendi virtus. Vnius qnippe aut duorum nuncupatione, & tertius quoq; intelligitur ſcilicet ſpiritus ſanctꝰ. quod affirmat Baſilius cognomento (vel auctore Naziãze. in Monodia) Magnus libro. v. contra Eunomium. Non inquit diſiungens ſpiritum a dualitate duos nominat, Sed contra vniens, & in patre & filio ſpiritum, ſignificans. et ab eis inſeparabilem. Addit Quoniã in verbo, ſpiritus eſt, cum vnio deitatis nõ diuidatur. Triũ enim nominum acceptio, trinitatem enumerat & trinitatis vnioneꝫ habet, cuiuſlibet nominis ſignificatio. Sicut illud ex ipſo, per ipſum, & in ipſo. oĩa in vnum colligit nomen, patris & filij & ſpiritus ſancti proprietates. Et cõſequenter idem Baſilius (cuius enconomiũ eſt teſte Naziãze. in nulloverbovnq; erraſſe.) Pleraq; alia elegantiſſime diſputat. & vbiq; in eius diuinis Tomis viri dignitatem & pondus deprehẽdes In primo. c. eccleſiaſ. Dog. de fide Vnus natura in ſancta trinitate deus, pater & filius & ſpiritus ſanctus, non confuſa in vna perſona Trinitas, vt Sabellius dicit: neq; diuiſa in natura diuinitas, vt Arrius blaſphemat. lege cap. iiij. eiuſdẽ, de Trinitate perfecta. Ei quitũ de Homouſiou, Homouſius (ait) patri, filius. Homouſius Patri & Filio. i. coeſſentialis, Spiritus ſanctus. Eorum etiam opera externa (vt aiunt) in diuiſa ſunt. Nos illi, ſi recte ſenſerimus & laudes noſtræ, ipſum mel ori eius, vel ab eccleſiæ labijs &

pissimæ matris fugiter manans. Magna dignatio redemptoris omnium, vt qui bonorum nostrorum non eget, tum bona cœlestium aiarum (in quibus vt diximus mirificauit voluntates suas) sua faciat, dulcedinem suam dicat. Lege Richar. a Sãcto Victo. in epithalamium: Cotra vero ipse magis suauitas nostra, fœlicis. & omne bonum. ipsi? adhuc purissimæ matris suę suauitas. Illum nempe ipsa supra oẽs mortales degustans, in similez gustus sensum & sanctissimuz agni esuz omnis inuitat, hortatur admonet. Guitate (iuquit) & videte: quoniam suauis est dominus: beatus vir qui sperat in eo. Tota in extasim elata frequẽter igeminat, Quã dulcia faucib? meis eloquia tua. imo illud vnuz eloquium: quod virtute multiplex est, & ignitũ est vehementer: & seruus tuus dilexit illud: ego quoque super omnes virilis quidem, ab egregia virtute, dilexi: & omnes me diligentes & cõparticipes hereditatis æternæ diligere feci: mea dilectione & amore in eos, in hæc me impellente. Ego (inquit) diligentes me diligo. Mirum est quod ait. Comedi fauum meum cũ melle meo. Quidam simpliciter interpretãtur. Quod dicatur dominus fauum & mel comedere: quod in eum modum populum israel in terram promissionis introductum, manducantem fecerit. Videamus nos si quicq; expressius conijcere & veluti e longinquo odorare possumus, vtinam boni & venatorij domini canes, in fauo mel latet: quod si exprimatur mel purissimum distilat.. Comprime legem: & sensum spiritualem nanciscẽris: cognoces verissimum tũ primum Pauli proloquium. Quoniaz lex spiritualis est: & bellissime reprobato carnali Iudęo: spiritualez introducit: illũ videlicet qui in occulto Iudeus est. Vtrũq; igit̃ in fauo hẽs: & legẽ & spiritum legis. Dominus vtrunq; comedit: vt nos spiritualiter manducãtes faciat: quemadmodum ipsam reginam cœlorũ oium maxime spiritualem, manducantem fecit: quæ plus cęteris omnibus in sancta lege instituta fuit: & sensum legis, cęteris, veluti alter Moses dedit. Videam? si vtrũq; testamẽtũ in in hoc sanctissimo fauo cõplectipossim? Si mel a fauo secernas: relinquit̃ tantum cera vsui nulli ad comedẽdũ vtilis. Legẽ gratiæ & spiritualẽ sensum si a Mosi separes lege, mortifera lex est: & in perniciem deducit, in quam significationem nisi byssus retorta sit & coccus bis tinctus, nihil hñt momenti aut vsus in tabernaculo dei. Cęterum dominum imitemur vt diuina virgo imitata est: vtrumq; in vsum nostrũ assumam?: & per vnũ dominũ Iesum (qui est pax nostra & facit vtraq; vnum) legem euangelio cõnectamus, & tũ primum lex alioquin mutilis: vtilis erit, sed virga etiam sanctissimæ crucis opus vnde cœlestẽ saporem capiamus, in cœlestes Metamorphoses. Ergo vbi cœlestem, ait Vir. S. quidam, cœperunt ora saporem: permutaut animos & mẽtes perdere auaras, incipiunt: dulciq; hominẽ cognoscere sensu, Ita in hęc cœlestia cãtica mire resonabãt, hac dulcedine tracti p̃mi nr̃i duces Hũc præcipue fauũ mire e labijs virginis distillãtem comedit dũs: & vltra alios omnes fauos suscepit. Suum enim suscipere: comedere est. At suscipiendi innumerabiles sunt gradus: priores reginæ cœlorum donati sunt. Prias ipa sibi partes vendicauit. Et quamq; in fauo mel cõtineatur: & in littera spirit?: tamẽ mel expressit. Vt intelligereres, legem euangelicã (que: purissimuz mel est) absq; fauo veteris legis etiã suffi cere posse: immo ipsam nunc solum seruari debere: lege omni vetere, nisi spiritualiter intelligas penitus quantũ ad cerimonias & leges attinet mortifera relicta. Premittit fauum: subdit mel. Quia lex præcessit: nos veluti pedagogus iuxta Apostolum instituens: subsequutum est noue legis purissimæ mel. & illud quidem illuminans oculos. quę paulo progressos iperfectum virum instituere: quoscq; tandem christus formaretur in nobis: & veniremus in mensuram plenitudinis christi. Et vide: vt non sit prorsus abñciẽda lex vetus: que in sancto conuiuio domini admitatur: & domimus illam corporaliter in se expleuit: qui non venerat legem soluere: sed adimplere. Impleuit quidem & carnaliter hoc est re ipsa, & spiritualiter: qui secundum carnem ab illis ortus erat. Ne vlla illis relinqueretur euadendi occasio. Nobis vero qui filij sumus Iesu christi per adoptionem: & spirituales tantum israhelitæ (iamiam in domino Iesu legis veritate, & talis vmbræ corpore, consumatis) spirituliter itñ seruãda est, vt spirituali natiuitati, spiritus legis respondeat. Et Iudęi ipsi, qui dominum Iesum sequti sunt: reliquẽtes gloriationez carnis: & spiritũ dñi Iesu amplexi: non amplius legi, sed tamtum euangelio subditi intelliguntur & alij quoq; tametsi refuge: & in vniuersum omnes gentes illi eidem obnoxiæ intelliguntur. Audi quid tuba euãgelij Pauli?. dicit Dico vobis fratres quod si legem obseruatis: christus vobis nichil prodest. sequi enim christum, est finem & spiritum legis obseruare Finis enim legis christus est: & finis legis charitas. vide vt Apostolus nos fini legis subiecit. quo adepto: quid illis mediis ordinatis in finem opus erit. Explicat autem christum spiritu

alem esse. Quia de⁹ charitas est, hoc est omnis virtus quę charitate cōtinenter, consummatur & deus spiritus est. Audi Apostolum vt spiritu ales filios, tantum legi adiȝcit spirituali Scriptū est (inquit) quoniam Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla: & vnū de libera. Sed qui de ancilla secundum carneȝ natus est: qui autē de libera, per repromissionem: que sunt per allegoriam dicta. Hęc eniȝ sunt duo testamenta: vnum quidem in monte Sina i seruitutē generans, illa autem que de sursum est hierusalem libera est: quę est mater nostra. Subdit. Itaqȝ fratres non sumus ancillæ filij sed liberæ: qua libertate donauit nos christus. State, & nolite iterū iugo seruitutis contineri, & in alio loco iterum cōmonet. Quod si circuncidimini (ait) facti estis debitores vniuersę legis implendæ. Et vt ostēdat in charitate que christus est vniuersaȝ legem consummari paulo post in eadem ad galatas epistola addit. Omnis enim lex vno sermone impletur. Diliges ꝓximum tuum sicut te ipsum. Et subdit. Dico autē in christo: spiritu ambulate. Propterea fauum dicit in quo mel est: quod id comederit verissimus sponsus ecclesię Christus abquo velut originali fonte omnium bonorum, omnis suauitas est, omnis virtus potestas, omne denique bonum. Vt abiecto cortice legis vt cera, que ad suscipiendum inutilis est: tantum mel quod plurimum sit dulce faucibus nostris sumamus. Et quod ipsi carnales adhuc iudęi carnaliter & noxie siue mortifere obseruant: nos spiritualiter & salutariter obseruemus. Comedi fauum meum cum melle meo: vt scias o veneranda mater mea: quib⁹ nam instituenda sancta sit ecclesia: ne tātū mel sumentes legem prorsus abiȝciant: & a non bono deo conditam existiment: siue a iusto tātuȝ deo: sed ab vno & eodem manasse putent abi, quo lex noua condita est. Nonne de domino conditore legis dictum est? Confitemini domino, quoniam bonus: quoniam in sęculum misericordia eius. Et iterum. Bonus es tu: & in bonitate tua doceme iustificationes tuas. Quas olim in monte Sinai dedisti: vt illas spiritualiter & iuxta viuificantem spiritum intelligant. Iuxta quod scriptum est. Iust⁹ meus ex fide viuit. Nec iustus modo sed bonus est. Lege veteres prȝcipue Paulum. Lex data est per angelos in manu mediatoris. Et Stephanus id videt etiam sentire in eo sermone quem in actibus apostolorum prosequitur possumus fauum sacramenta, Mel rem sacramentoruȝ inrelligere, De quo S. Ediſſenus. Nā anima nostra (ait) sponsa est immortalis sponsi, Copulatio autem nuptiarum (& veluti Sympoſium) cœlestia sacramenta sunt. Quia cum manducamus corpus eius & sanguinē bibimus, & ipse in nobis est & nos in eo. Sed de his hacten⁹ quę ex occasione tamen dicta sint. Nos igitur ipsum fauuȝ domini, cuȝ melle eius comedamus finem tandē & consummationem ꝑfectionis adepturi ipso domino Iesu ipsaqȝ matre annuentibus, quib⁹ pene est comunis honor & gloria, Amen.

¶ Libri Septimi. Homilia. iiij.



Bibi vinum meum cum lacte meo. Nisi vinum & vigor veteris legis: cum lacte nouę cōmisceatur: non videt ad vsum vtile. Ab illo abstinent sancti Rechabitæ vt in Hieremiæ narratur sermonibus abstinuereqȝ Nazarei hoc est religiosissimi viri. Non licebat tabernaculo deseruientibus eo certevti. At calix dominicus habens vinū & lac omne videlicet medendi atqȝ educandi genus. inebrians ille quidem, quam prȝclarus est. Et secundum hoc possemus illud explanare. Calix in manu dñi vini meri plenus mixto: misericordia iuncta iusticiæ, maxime i noua lege apparuit. Misericordiam inquit dominus volo & non sacrificium. estote misericordes: sicut & pater vester misericors est. Et iunctam iustitiæ intelligę, in parabola illius cui omne debitum dimissum erat. Serue nequam, omne debitū dimisi tibi: & non luisti misereri conserui tui. Et extremum iimmisericordes iudicium est. Sitiui: & non dedistis bibere: & alia id genus prosequitur, ea demum infert. Ite maledicti in ignem æternum: qui paratus est diabolo & angelis eius, Videtur tantuȝ in immisericordes extrema ibi lata sententia. quasi maxime misericors misericordiā a nobis præcipue exigat. In eandem sententiam dicit. Discite a me: quia mitis sum & humilis corde. Et vide: vt mirabilis benignitas domini est: qui in hunc modum orandum commonet: docetqȝ. Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris Lege Cypriani in eleganti explanatione eiusdem orationis dominice. Post subsidium cibi (ait) petitur venia delicti, vt qui adeopascitur, indeo viuat, & consulatur æternæ vitæ, cȝ prouidenter ait admonemur quod peccatores sum⁹, ne quis sibi quasi innoceus placeat Si confessi fuerimus fidelis & iustus qui nobis peccata dimittit. Bibi (inquit) vinum meum cum lacte meo. Pulchre (ait) sacer Hieronimus: hos calices i scripturis (vt antea quoque diximus) esse permixtos.

Olim iustitia primas sibi videbatur vendicare: si quidem durę ceruicis ille populus (iuxta testimonium Stephani) erat: & qui semp spiritui sancto resisteret. Vos (inquit) semper spūisctō restitistis. hic vero in euangelica lege iamtum omnibus de tanto lumine cōfortatis miseticordia & veritas obuiaueruut sibi: iustitia & pax osculatę sunt. Propterea in epithalamio candidus & rubicundus dominus describitur: & ob eaz fortasse causaz electus ex milibus. Et ī Apocalypsi. Vestes eius byssinę. propter misericordiæ candorem, respersę sunt sanguine, ob singularem in eo iustitiam. Vt qui, ne esset aut videretur (quodnam enim effero tyrāno ius esse poterat) diabolo querelæ locus mortem obire voluit. Quo indigna a diabolo perpessus, illū prorsus deiiceret & regno priuaret quod sibi iniuste vsurpauerat: peccato tantum nostro: aut primi parentis. Mortem enim vt sancta pro sacris concinit ecclesia moriendo destruxit: & vitam resurgendo reparauit. Pulchre Ioan. Antiochenus. Possumus hic ostendere, vbi mors iaceat sepulta, peccatuz pendeat fixū: Vbi prę clara ex hoc bello fulgeant mouumenta victorię. Videbitis tyrannum reuinctū, reuulsas latronis speluncas antra patefacta, Nam ibi quoque presentia regis refulsit: quodq; mirabile ē, videbitis morte mortem peremptam: & maledictum esse maledicto extinctum. Quę tam diuina mysteria cernentes angeli aiunt. Quis est iste qui venit de Edom, intinctis vestibus de bosra? videmꝰ vt intincte illius vestes sunt? sed quo intincte: nisi eius sanctissimo cruore. ἐν τῷ σαυρῷ. i. in cruce ꝓpter nos effuso, In Ezechiele superiora domini electrina. Propter eius mansuetudinem: inferiora vero ignea propter iustitiam spectantur: secundum quod de eo canitur Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Vidē vt vtrumq; iungitur. Diximus de hoc sacramēto in superioribus explicatiꝰ. Bibi inquit vinū meum cum lacte meo: legis rigorem mansuetudine temperaui: quo oēs, in hunc modū, vt faceremt, instituerem. Non licebit amplius Recha bitis hoc vinum spirituali lacte temperatum abiurare. Hoc quidem vinum lętifices est de quo scriptum est. Vt vnū lætificāt: & panis cor hominis confirmet. Et tale & tantum vinum est: vt possit lętificare deum & homines. Propter hunc etiālocuz fortasse. dictum est. Vt lętificet deū & homines. Si quidē dominus Iesus vinū sumens cum lacte suo: mire est lętificans. isto mire fœcundans & instituens suā sanctā ecclesiam istis, ex omni parte veluti de incōparabili eius excessu manantibus, confortat & nutricat ecclesiam suam. Ipse idem dominus Iesus christus in parabola Samaritani oleum vino permiscet. quo rigorem mansuetudine temperanduz olim ire ostendit. Vis aliam in hoc loco intelligentiā? dominus Iesus christus suū nobis corpus & sacratissimum sanguinem in cibū & potum dedit. Sed vt pulchre existimat ecclesia & sanctorum traditio, se cibans ipse prius: noluit vinum bibere nisi cum lacte suo: non vt carnaliter lac vino permixtum intelligas, (hoc enim prorsus abhominabile videtur) sed vt ipse dixit: verba quę ego loquor vobis spiritus & vita sunt. Mixta quoq; est natura haud dubie suæ sacratissimę humanitatis ipsi absq; vlla confusione (vt sacer ait Hieronymus) diuinitati: nos vnitam absq; omni confusione dicimus cautore vt ita dicam vsi vocabulo. Vinum maxime lętificans cor, diuinitas. Est em̄ dñs teste Hieremia, scrutās renes & corda: cui soli in cor & voluntatez singulare imperium est. Illud mirifice sua p̄sentia lętificat. Hoc vinū in quod non satis ptingere poteramꝰ: & quod sese paulo fortius visuz erat ī veteri lege exhibere. (Propter qđ perterriti dixerunt. Nō loquatur nobis dominus: ne forte moriamur: & ipse Moses secūduz quod dicit Apostolus etiā perterritus est:) suæ sanctissimę & candidissimę humanitatis lenitate & mansuetudine tēperauit. Hoc ipsum vel humanitatis vocabulo etiam pręte ndente. Vtrumq; nobis & diuinitatem & humanitatē: alterum quidem in virtute sacramenti, corpus videlicet: alterum per quandā cōcomitantiam quam vocant nobis condonans. Nec istud fortasse absonum expositionis genus videbitur. Dicit enim Petrus, hac nouiter inuecta candida hūanitate: Quasi modo geniti infantes, rōnabiles & sine dolo lac cōcupiscite. vt in eo crescatis ī salutē. Et obserua vt istud sctissimę hūanitatis lac itelligit: si tñ (inqt) gustatis qm̄ dulcis ē dñs. Gustādꝰ igī ī modū dulcissimi lactis ē dñs. Quē gustātes possumus crescere ī salutē. Mira clementia & benignitas est saluatoris nostri Iesu. quę apparuit nobis vt ait Apostolus, Vt non solum in infantem sese nobis exhibeat qđ ait Apostolus. Filioli (inquit) quos ego ad huc pturio donec Christꝰ formetur in vobis: sed in virum perfectum in mēsuram (ait) ætatis plenitudinis xp̄i, in matrem etia, vel ipso domino Iesu teste. Hierusalē Hierusalē q̄ occidis Prophetas: quotiēs volui cōgregare filios tuos: sicut gallina congregat pullos suos sub alas & noluisti. Posset ne explicatius se matrez appellare, & alibi ex p̄ssius, nūc ī lac nobis iuxta

teſtimoniū Petri: & in dulciſſimū potū ſe nobis exhibet oībus omnia, longe melioti ſorte & Apoſtolus factus. vinū tam altę, tā olim īmenſę, tam olim a nobis qui eramus idolis ſeruientes, ipſis Iudæis adhuc ſub elemētis mūdi cōſtitutis, per gr̄am ſeparatæ diuinitatis, hoc lacte humanitatis ſuę mirifice temperans. vt in vſus cedere poſſet Rechabitarum: & in eorum etiaz vſus qui tabernaculo: ſed qđ fecit deus & non homo, deſeruiunt. Illis em̄ qui manu facto illi tabernaculo deſeruiebant: iſtud nequaq̄ conceſſum eſt. Habemus (inquit Apoſtolus) altare, de quo non habent edere poteſtatem: qui tabernaculo deſeruiūt. Vis obſeruare vt īacceſſibile & durum illud videbatur vinū? Tu terribilis es, inquit: & quis reſiſtet tibi. Et quid petis nomen meū quod eſt terribile: licet aliter eruditi ibi legant. Vſq̄ adeo: vt ad illi? nūcupationē contremiſcant angeli. Et talis & tant? eſt: vt inhabitet lucem inacceſſibilē: & tenebras poſuerit latibulū ſuū. Et nubes & caligo in circuitu eius: iuſtitia & iudicium correctio ſedis ipſius. Et thronus eius ignis accenſus: & rotę & fluuius, ignis etiam accenſus. Vis cōtra videre lęnitatem & māſuetudinem dn̄i Ieſu? Audi quid dicit Eſaias. Puer natus eſt nobis: & filius dat? eſt nobis: & Pſal. xliiij. Propter veritatē & manſuetudinem & iuſtitiam, egregie in ſacramento tetnario obſeruato, vt annotat ibi Arnobi?. Ille quidem de quo ſcriptum eſt. Exulta ſatis filia ſyon: iubila filia Hieruſalem. Ecce rex tuus veniet tibi iuſt?: & ſaluator. Ipſe paup aſcēdēs ſup aſinā & ſup pullū filium aſinę. Et q̄ q̄ pauper, in̄ tam potens & efficax vt regnare poſſet: de? qppe & hō erat. Vterq̄ admirabilis calix, ī plenitudine tēporum permixtus. Apparuit (ait Apoſtolus) gr̄a dei & ſaluatoris noſtri oībus hominibus erudiens nos: vt abnegantes impietatez: & ſecularia deſideria ſobrie & iuſte & pie viuamus in hoc ſeculo: & iteruz ad Titum. Cū autem benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri dei, non ex operibus iuſtitię, quę fecimus nos: ſed ſm̄ miam ſuam ſaluos nos fecit. Et tāta ei? fuit benignitas: vt diceret. Ecce ego & pueri mei: quos dedit mihi de?. Propter quā cauſam dicit Apoſtolus in epiſtola ad Hebrę os. Non confunditur frarres eos vocare. Nunciabo nomen tuum fratribus meis, teſtimoniū aſſumens ex. p̄s. xxj. Poſſet ne explicatius dicere. Lac vobis potum dedi. Apoſtolus & perfectos & imperfectos in eccleſia inſtituēs ait. Lac vobis potum dedi, & idem ſolidum dat cibuz, qui ſapientiam loquitur inter perfectos. Idem nempe dn̄s Ieſus Chriſtus & panis confirmās cor hominis & ſolidus cibus, de ſe ait. Ego ſum panis viuus: qui de cœlo deſcendi. Sāctus quoq̄ Helias ambulauit ī fortitudine cibi illius: vſq̄ ad montem dei. Viden panem: vidē ſolidum & fortem cibum: qui perfectis committendus tantum eſt? In Petro apertiſſime habes vt lac eſt cibus ſuauiſſimus in vſus etiam incipientium aptus. Audi quid ait. Sapiētia (qui dominus Ieſus xp̄s eſt.) ædificauit ſibi domū: excidit colūnas ſeptem: immolauit victimas: miſcuit vinum, propoſuit menſam ſuam, miſit ancillas ſuas vt vocarēt ad arcem & ad mœnia ciuitatis. Si quis paruulus eſt veniat ad me. & inſipientibus loquuta eſt. Venite comedite panē meum: & bibite vinū quod miſcui vobis. Oēs & perfectos & imperfectos ad ſe vocat: vt minores etiam recreet illo permixto vino & pane quem etiam dulciſſimum vt fauum mellis, intelligere potes. Cōuiuia hęc quippe & ſancta ſymboſia, ſpiritualia ſunt: alioquin quid opus eſt: vt ſapientia iſtud ineat conuiuium? Nimiruz ſapientia domin? noſter Ieſus Chriſtus eſt, quę omnes laborātes & ī hoc ſalo mundano ęſtuātes ſua benignitate recreat. Obſerua vt vinuz ſapientiæ diuinæ permixtum eſt: nec paruulis aut incipientibus niſi permixtum, conceditur. Lacte illis non vino vt pote infirmis opus, aut ſi vinum & traditiones illas ſubtiliores & abſtruſas contuleris, lacte ſint permixtæ oportet: hoc eſt ſanctæ declarationis & manuductionis quā vocāt, dulcedine, qua Sancti patres vſi plærūq̄ ſunt, nouī etiam teſtamēti dulcore. Vis aperte cernere: vt non myſtice modo ſed ad hyſtoriæ & rei geſtę veritatez oia myſteria in dn̄o Ieſu aptiſſime cōueniunt? & dn̄s Ieſus xp̄s ſacroſancto lacte matris ſuæ vſus eſt: quam dulcedinem vino myrrhato & Amariſſimo in cruce permiſcuit. vt dicere poſſet. Bibi vinum meum cū lacte meo: bibi vinum in cruce: ſed lac in ſinib? ſacratiſſimæ matris mee, tum cum infans eram & iuxta myſticos intellectus perpetua eius ſuauitate perfruebar. Amaritndo etiam cū dulcedine ſemp in eo coniuncta erant. Perfruebatur ſecundum ſuperiorem partē animæ, eadem ſacroſancta aīa, diuinitate: patiebatur & in corpore ſupra q̄ dici poteſt. vt vtrumq̄ in eo mire conueniret: atq̄ in eande hypoſtaſi ſimul iungerentur. Auctor idem fœlicitatis: auctor etiam omnium tribulationis. Hunc calicem diſcipulis non tam pollicit? eſt q̄ plane exhibuit reddiditq̄ Calicem (inquit) meum bibetis, qui et ſacroſanctū panem vite dedit: illum quidem panem, omne delectamentū in ſe habentē: panem vite, panem angelorū. Non ſicut mandu-

cauerunt (inquit) patres vestri in deserto mā/
na & mortui sunt: qui mãducat hũc panẽ viuet
in ꝯternũ. Hic panis pro potu illo quidẽ lacteo
& dulcissimo nobis, vt nihil ad vetera sacramẽ
ta in euãgelio desit. Vis aduertere, vt Apti⁹ hoc
mysterium lactis sub Typo aq̃ viuẽtis in euãge
lio nobis monstratũ est. Samaritanę dixit dñs.
Qui biberit ex hac aqua quã dedero ei, non si
tiet in ꝯternũ. Illa nempe aqua, oẽ gen⁹ delecta
mẽti, virtute cõtinebat: q̃ vsq; adeo satiare pos
set. Lactis igitur dulcedinẽ (vt manna oẽ dele/
ctamẽti genus, & melleũ saporẽ) hic panis qui
de cœlo descendit plene habet. In ꝓuerbijs Sa
pientia panem pollicet: hic cadẽ Sapientia, q̃ vni
genitus dei filius fauũ mellis suscipit: vt cæte/
ris, ipse manducans, tam cœlesti vsu, cõem faci
at. Idẽ nẽpe hic & ibi ẽ sub diuerso ꝯemate no
bis exhibitus & monstratus. Erant in domino
tempore excessus, summus dolor summa etiaꝫ
in trinitatis fruitione & visione, delectatio. Vi/
num igitur amaricans doloris, lac quoq; diui/
næ visionis & in superiori portione fęlicitatis,
simul inefabili quadam ratione bibebat. Vt ve/
ro idẽ Christus in sacramento in veteribus pa
tribus esset, lege Panegyrim Hieronymi. de
assumptione. S. Mariæ, quem explanat Petrus
a cluniaco. ipsum vero patribus apparuisse af/
firmant Euse. Cœsa. Basi. Magnus. Ceci. Cy/
prianus & Sanctus Hylarius. Paulus quoq; da
tam legem in manu mediatoris astruit. Vis ali/
ud ex hoc loco conꝯcere. In eo quod ait. Bibi
vinum meum cum lacte meo. omnia etiam do
minus Iesus Christus sacramenta veteris le/
gis & nouę in se expleuit: qui nõ venerat vt aña
diximus legem soluere: sed adimplere. Exple/
uit in se etiam, nouæ legis (quæ suam dignita/
tem decebãt) sacramenta. Baptisatus est, sacra
tissimũ corp⁹ & sanguinem in illo diuino sym
posio suscepit. vnxit illum deus Spũ Sancto: il/
lo quidem septiformi De quo scriptum erat: &
requiescet (quo etiam vocabulo quantum ad
eundem dominum Iesum Christum euangeli
stę vtuntur) super eum Spiritus domini. Spiri/
tus sapientiæ & intellectus: Spiritus concilij &
fortitudinis: Spiritus scientię & pietatis: Et re/
plebit eum Spiritus timoris domini. Quod in
aliam quoq; intelligentiam & in rem Christia/
nam hebræi interpretantur honoratũ. s. iri, il/
lum a patre pręcepto tribulationum & tormẽ/
torum. Illo septiformi Spiritu vnguntur etiaꝫ
fideles, vt Messiach hoc est Christuꝫ & vnctũ
dominum Iesum imitentur. Nec solum illo cõ
firmationis oleo vnctus, sed omnis & regij &
prophetici & sacerdotalis ordinis oleo. Lege
Anthio. ĩ Homi. Cum subiecta illi fuerint oĩa.
Propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitiæ
prę consortibus tuis: de quibus etiam antea di
ximus. De nuptijs etiam domini Iesu meminit
Apostolus ad Ephesios scribens. Propter hoc
relinquet homo patrem suum & matrem suaꝫ:
& adherebit vxori suę: & erũt duo ĩ carnevna.
Sacramentum (ait) hoc magnum est: ego autẽ
dico in Christo & in ecclesia. arbitrandum est:
& alia ipsum sacramenta in se mirifice: non pro
pter se qui nulla re egebat, sed propter nos, ex
pleuisse. Et hoc est quod ait. Bibi vinum meum
cum lacte meo. Quid ais impie Manichee nõ
modo lac suę sanctissimę & euãgelicę legis do
minus bibit: sed etiam veteris legis vinum bi/
bit. quod in eo, erat lacte permixtũ. Auctor et
go vtriusq; legis. Vtrinq; & in veteri testamen/
to & in noua lege (vt antea diximꝰ) bonꝰ: vtri
q; iustus. Vis in noua lege eum qui bonus est
iustum etiaꝫ esse. Flagellum de funiculis facit:
& ementes & vendentes de templo eijcit. extre
mam vt antea quoq; diximꝰ in flagitiosissimos
dicit sententiam. Ite maledicti in ignem æter/
num: qui paratus est diabolo & angelis eiꝰ. In/
crepat phariseos & scribas. qui suas traditiões
diuinis pręferrent: Bonus etiam in veteri testa
mento est. Quomodo enim bona faceret: nisi
bonus esset. Et vidit (vt ait scriptura) Deꝰ cũ
cta quæ fecerat: & erant valde bona. Non solũ
bona sed valde bona, optima sunt O impie & cru
delis Manichee: qui optimum maximuꝫ audes
dicere non bonum: Lege elegantissi. libros Ter
tuliani in Marcionem, Vbi probat idem iustũ
quod bonũ, & Petruꝫ clu. in Petrobrutianos
qui exnouo vetus ꝓ oĩa cõfirmat. Nõne pœni/
tentem populum & ad deum clamantem: sepi⁹
ab inimicorum captiuitate reuocauit? Nonne
vnius veri dei cognitione data: etiam legem re
cta iubentem illi populo & proinde omnibus
si capere voluisset, exhibuit? Quid igitur dicis
non bonũ, qui optimus visus, in euangelio cle
mentior est. Succesturi erant profectus melio/
res: & conscendendum pro modo naturæ, ab
imperfectis ad perfecta. Proinde elementa vo/
cat Apostolus vet⁹ testamentum. Hoc sancta
& diuĩa habet iustitia: hoc omnis ratio exigit.
Idem tamen deus qui nouit congruam suis tẽ/
poribꝰ oĩbus exhibere medelã. Differẽtiã vete/
ris ad nouũ monstrat Anthio. Moses Iubet vt
castris excederẽt leprosi, xp̃s leprosum mũdat.
Tiores ꝑ ppl's ad pietatẽ erudit, xp̃i gr̃a tiorẽ po
nit & q̃ enũerat. Bibit igit vinũ suũ cũ lacte su
o messuit i hãc itelligẽtia etiã myrrhã suã cũ aro
matibꝰ suis: comedit fauũ suũ cum melle suo.

Vtriusq; magisterium dedit: qui vtriusq; auctor erat. Vis videre Rotam im medio rotæ, vt vtraq; continens & contenta sit? cerne in prophetis, in Esaia maxime, euangelium, siue magis in prophetia euangelium & in propheta vt (ait Hieronymus) euangelistam. Contra in euangelio aspice ꝓphetas. Si Moysi crederetis crederetis vtiq; & mihi: ille em̄ de me scripsit & alio loco. Incipiens a Moyse & oībus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erāt. De illo enim, in Lege Psalmis & Prophetis scriptuꝫ erat. Duo Cherubin sanctum circunstant propiciatorium. Duo testamenta, vnum dominum Iesum resonant. qui in Patre est, & Pater in eo. Qui vt in sancto Symbolo canitur. Locutus est per Prophetas. Circunstant in monte dominum Moses & Helias lex & prophetę, illum circūambiūt: vt olim dominum in Esaia. Duo Seraphim, satis in domino, euangelica mōstrata auctoritate, vel in sanctis, qui eius comites erant discipulis. Sed manum interim cohibeamus & illi ex oī ꝑte, optimo maximo deo gratias agamus.

Libri Septimi. Homilia. v.



Omedite amici: & bibite: & inebriamini charissimi. Ego dormio & cor meum vigilat. Richardus a Sancto Victore. comedūt boni, dum spiritualem consolationem percipiunt, dum amore xp̄i pascuntur, dum illuminantur in fide, consolantur in spe. accēduntur charitate, dum delectantur iustitia, veritate, castitate. Cibus etiam scriptura, dum teritur, in qua boni tot habēt fercucula, quot spūales sentētias, cæterū gratia reficit ꝓbos reficit interī reprobos, sed ad rē. Māducauit & bibit dominus in conuiuio. Dulcissima q̄cūq; assumens, simul (vt antea diximꝰ) cum amaritudine mixta. Pręceptū erat hisrahelitice genti: vt agnum simul cum lactucis agrestibus comederent. & ipse felleum amororem in cruce libauit in similia nos inuitans cōuiuia Nec Apostolis modo dictum. Calicem meum potestis bibere, sed omnibꝰ: (vt ipse idē ait dominus) qui credituri erant per eos, simpliciter dixit. Comedite amici. Magna dignatio est, τοῦ σωτῆρος .i. sanctissimi seruatoris: vt nō solū suam electam sponsam amicā vocet sed omnes quotquot eius sanctissimam fidem susceperūt. quibꝰ ptātem dedit filios dei fieri: his (inquit) qui credunt in noīe eius. Iam nō dixi vos (ait) seruos, sed amicos: ꝓditis & patefactis vobis, secretis meis. Seruus eī nescit secreta dn̄i, in pares cum sanctis & electis aīabus venire dignat dn̄s congressus: sancta eoꝝ delibat oscula: quo mūere olim Apostolos & vt credere par est Discipulos quoscūq; donauit. & sanctissimi oris sui contactu, etiā affecit illustrauitq;. & Iudam vt cūq; perditū & flagitiosum vtpote suū dominum ꝓdentem. ineffabili pietatis osculo dignatus est Quid non faciet in amicos, qui tanta in ipsos aduersarios contulit? Comedite simpliciter dixit: quasi in paria symposia quibꝰ ip̄e perfruitur nos prouocaret. Vt fauum cum melle suo comederemus. Nec em̄ sic fauum & mel absumpserat: vt nobis edendi nullus locus esset. Sed pręclare acciuit impulitq; vocatos. vt vinum cum lacte comederemus. Tacuit conuiuij fercula. Proxima, ex arte intelligenda sunt. Beatum alio loco dixit: viruꝫ qui in lege domini meditatur die ac nocte. Hoc meditari hoc cogitare, pabulū aīę est. Istis vescitur escis beatissima & sanctissima quæ cunq; anima. Vis tristitiam & gaudium etiam de more seruatoris, conuiuium animę esse? Audi quid dicat Propheta. Fuerunt mihi lachrymæ meę panes die ac nocte. Id quod dominus in euangelio comprobans dicit. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabūtur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnū cœlorum: vbi diuina symposia continue celebrantur. vel ipso domino teste, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & in Ioannis Apocalypsi, Ego cenabo cuꝫ illo & ille mecum. vincenti dabo manna abscōditum. & gaudium quoq; simul in conuiuio dominico celebre est. Haurietis (inquit) aquas in gaudio, de fontibus saluatoris. Pulchre dicit Salomon. Nihil aliud fœlix & beatum inuenisse sub cœlo, nisi viuere & letari. & in quodam alio loco. Aīmus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis exsiccat ossa. & iterū de eodem gaudio dicit. Hilarē datorem diligit deus, & dominus vt gaudiū meū in vobis sit, & gaudium vestrū impleat. Apl's quoq; Gaudete in dn̄o, semper iteꝝ dico gaudete. Spūalia hæc sunt cōuiuia, In deserto māna in cōuiuiū p̄paratū est filijs Israel. At cū primū in terrā ꝓmissaꝫ ventū est: in terrā fluētē lac & mel: intellige illos nō solū lacte & melle: qn̄o dn̄s hic vsus est, vesci potuisse: sed deficiēte māna. cessantibꝰ vmbris, pane cęlesti qui de cęlo descēdit ī sacramēto vsos.

Hoc est quod alio loco sapientia dicit: & memi nimus antea. Comedite panem meum & bibite vinum: quod miscui vobis. Attulerunt etiaꝫ botros ex terra promissionis: ex quibus vinuꝫ lętificās cor homis exprimeretur. Is certe Botr⁹ (ait Nysse.) qui ex ligno pepēdit. Omnia in sancto isto conuiuio parata sunt; carnes agni: vitulus saginatus: tauri qui mystice patres veteris testameti fuere assiduo labore dominicā terram excolētes: & forte τὰ πτερωτὰ πτερωτά hoc est volucres pēnatę. quas vno vocabulo dominus in Euangelio expressit. Tauri (inquit) mei & altilia. In quę noui testamenti patres qui altius de diuinitate locuti sunt possumus interp̄tari. oia pata sunt (ait) venite ad nuptias. In quadriga domini et scriptissimo Cherub. eminentior cęteris toto collo protenso, Aquila ē: toto ferme capite hoc est ipsa diuinitatis meliore & altiore intelligentia, antecellunt ipsos vetustiores, noui. Altius euolant: sese illis ęternis montibus e quibus mirabiliter dominus illuminās est, committunt. Et hoc de illis fortasse cecinit Propheta. Ascendent (inquit) de virtute in virtutem. Et iterū. Volabūt & nō deficiēt: & Molientur ascensiones in corde suo. Omnia nobis in vsum & quod magis existimes, i sanctissimū cōuiuiū cedūt, ex omni ferme sacrificio & anaphora. i. oblatione qcq̄ in vsum sacerdotū veniebat. Nos gens sancta, regale sacerdotiū, & populus electionis. De vitulis impositis super altare domini: nobis esse licꝫ. Magna miseratio clemētia & benignitas est dñi seruatoris nostri vt sese nobis in conuiuiū conferat: Nec se modo sed oēs Sāctos. Tauri (inquit) mei & altilia. Illum nobis accinctum potētia & ꝫona aurea, hoc est omni sanctoruꝫ caterua sumere licet, tā ingens & fauorabile facin⁹ audere. Eius indumentū oēs scti sunt: & ecclesia quoq̄ illius idumentum est. vt euꝫ sumentes simul oēs sanctos in eum spūalem & potum suscipiamus. Vbiq̄ circūamictus est gloria & honore siue Thipheretht. i. magnificētia Megaloprepia cōfessiōe & laude. Vbiq̄ etiāin nobis tali diademate insignit⁹ est. Vt ferme semper vbicūq̄ sit corp⁹: eo congregentur & aquilæ: illę quidem aquilæ q̄ conspectus solis iustitię haud refugiunt: ad eos radios neq̄q̄ cecutiunt. Admirandū hoc cōuiuium est. Hoc diuini Ioseph, diuinū conuiuiū in q̄ sedet primogenit⁹ iuxta primogenita sua: & minimus iuxta ętatē suam: Aetatē vero hic p̄fectum spūalem accipe. Hic admirandæ cum oibus deiferis viris, considunt forma & candore pulcherrimæ virgines, in vnū dñm intentæ: illius sanctissimæ filię & sorores, Et oēs in conspectu regis sunt: qui & conuiua & ob beatam perfruitionem sanctū obsonium est. Hoc ergo nobis restat misericors xp̄e (ait. S. Effrē) vt pleni gratia & illuminatione accedamus ad calicē tuum. Nihil in eo symposio ad verā voluptatē aut ad fœlicitatem deesse potest. Egregie dixit illustris Poeta de celebri quodam symposio.

Quinquaginta intus famulę: quibus ordine lōgo: cura penum extruere: & flāmis adolere penates: Cetum alię totidēq̄ pares ętate ministri, qui dapibus mensas onerant: & pocula ponūt: Nec nō & Tyrį per limina lęta frequentes: cōuenere, toris iussi discumbere pictis. In hoc vero nostro symposio, milia milium ministrabant ei: & Decies centena milia assistebant ei, incōparabili specie, pulchritudine & virtute spectabiles & tam quidem decori vt nulla species humana eis conferri possit. & turba illa magna quaꝫ vidit Ioannes ex omnibus gentibus tribubus populis & linguis: Haud dubie omnes pares ętate ministri: qui in perfectum venerunt & in mensuram ętatis plenitudinis Christi. Vno prę cioſissimo denario a nouissimis vsq̄ ad primos donati omnes. Vario & multiplici cœlestium numinum cantu ipsę demulcebātur aures, ipso etiam concentu cœli: quem affirmarunt pythagorici & Sanctus Iob eius etiā meminit. Quis (inquit) enarrabit cœlorꝫ rationem: & concētuꝫ cœli quis dormire faciet, quasi quidā concentus cœli sit sed qui a beatis tantū exaudiat, numinibus. Non desunt ad visum beatę & fœlices voluptates: illi⁹ præcipue corporis domini Iesu obiectus, qui p̄ omni voluptate est. Iste (inquit) Formosus gradiens in stola sua: & de eius pulchritudine antea etiā meminim⁹. Obį citur vniuersis illa etiam cœlorū regina: q̄ pulchra est vt Luna immo pulchrior q̄ Luna quæ defectum sui nesciens coruscat, omnibus irradians cœlestibus numinibus. Omnium virtutū illustrata fulgoribus. Crescit crescentib⁹ numinibus, illa sanctorum & beatorum numinū fęlicitas, vsq̄ ad perfectā diem. Tanta siquidęꝫ de fœlicitate eius lætitia est iucunditasq̄: quā ta de sua, cuicunq̄ esse pōt. Vna ibi vox letātiū & vnus ardor mentium. Et perinde ibi est: acsi prę paratis ad celeberrimum conuiuium opi pare omnib⁹: deessent amici qui eo nobiscum perfruerentur. nos vero eisdem oportune venientibus mire exultaremus: incredibili exilire, mus lętitia. quod non soli perfrueremur reruꝫ voluptate: sed nobiscum innumerabiles iucundissimi & gratissimi viri. Nec enim mia iucunditas ē, illis cōuenire: qui nobis nō ad momētū solum: sed perpetuo maximę erunt voluptati,

non propter commoda nostra: sed ob eū maxi me qui omnibonus est. Ibi ratio cōmunis bo ni erit perfectissima: omnis ibi communicatio. omnium bonorum sine inuidia, & beata securi tas absq; vllo detrimēti timore. Cupiebat Apo stolus illa forte considerata sanctorum fœlici tate dissolui: & eē cū xp̄o. Lege. S. Cypri. li. de Mor. Sancta q̄q; Monica diui Augu. venerā da mater. Volemus volemus (inquit). Quasi oia detrimēta existimarēt Sāc. vt illā fœlicitatē lucrifacerent. immo vt xp̄m, in quo omnis fœ licitas est. tandem possiderent. omneq; in eum περσνιαν. i. cogitationem intenderent. Ipse oīs nostra fœlicitas est. oē sympositum: ipse māna: ipse cœlestis agnus: & vitulus ille omni super efluenti gratia & mensura saginatus, qui redeū ti filio etiam prodigo pr̄eparatur. Nos quoq; (ait Ediſſenus) veluti vituli quidam exiliemus nō sine analogia ad saginatum vitulum illum. ipse vinū l̄tificans deū & hoīes: ipse & cōuiua & ip̄s ī vniuersuz cōuiuiū: nulli⁹ idig⁹, oia abū de nobis suppeditās: & oia q̄dē i ip̄o abū de suf ficit, vt ea sit, teste cū p̄pheta Aplo, p̄parata no bis q̄ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, q̄ pr̄eparauit de⁹ diligē tibus se. Tanta ibi bonorū oim vbertas, abūdā tia, fœlicitas, puritas. Beatitudo (ait. S. Effrem ediſſen⁹) & l̄tia magna, erit oib⁹ dignis deo. Lege. ij. c. li. de iudicio dei & resurrexiōe. eius dem. Hic oia doloribus mire permixta, ibi nō erit labor neq; dolor, quoniam priora transie runt. Et dixit qui sedebat in throno. Eccenoua facio omnia. Quæ hic vnq; fuit voluptas sine fastidio aut anxietate, quod p̄petuum gaudiū sine dolore? Non ab re vallis miseriæ hæc sub lunaris nostra habitatio est, & lachrymarū val lis ideo nuncupata. Sumus em̄ propter pecca ta & facinora perpetuę obnoxij detestationi, il li maxime, quam practicam vocant, vt nō sit in nobis tanq; ex nobis bene operari, immo nec cogitare quidem sed omnis sufficientia nostra ex deo ē. Sum⁹ vtriq; addicti morti. Lege. xxxix c. Definitionuz ecclesiasticoz dogmatum Per vnū hominē peccatū intrauit in mundū, & per p̄cm̄ mors, & ita in omnes homines pertrāsijt in quo omnes peccauerunt. Verba Apli perq; perspicua sunt, quicquid delirēt nouelli quidā Heretici, instauratores veterum heresum. At in vltramundano illo sympositio, non erit amplius Lugendi locus, ipso iubente dñovt lachrymas p̄pter scelera nostra cohibeamus. In bonū q̄d diuinius est, ipsa malorū recordatio, coopera bitur, quēadmodū simpliciter (ait Apostol⁹). Omnia cooperant in bonum, his qui secundū p̄positū vocati sunt sancti. O inenarrabilis iu cunditas, omnium sanctorum, absq; vlla suspi cioē aut labe, ardenti perfrui posse amore, vni uersoz incomparabili iucunditate illa quoq; admirabili societate, non modo eorum qui sub duce sunt, sed ipsius illius etiam ducis. In san ctorum imitationem nos miro affectu hortan tur. S. Patres. Effrē (cuius honorifice meminit Hieromym⁹) libro de luctamine spirituali. Imi tatores estote beatissimorum patrum, qui san ctissima institutione, templum dei purissimum extiterūt. Et in libro de regno cœlorum. Intui tum nostrum deflectamus ad sanctos, & inue niemus tam mente q̄q; cogitatione, in illud im mortale sacramētū esse translatos, qui vt Ada mantinus murus non patet insidijs, sic eorum mens incōcussa permansit. Quę rebāt de illa su perna cōmoratione proclamantes. Quādo ap parebimus ante faciē dei. Basilius Magnus in li, de vita solitaria ad Grego. Nazian. in eandē nos hortatur imitationē. Lege elegātissimos li bros. S. Io. Antiochen. de prouidētia dei. Sed ad institutum. Ibi ad chari genitoris ora veni re & coram audire, & redderevoces, permitte mur, illius quidē Parentis ora, qui pater est mi sericordiarū & deus totius consolationis. Qui locupletissimę nos consolabitur, p omni añ per pessa tribulatione, quā diuaveluti comes conti nenter sequebatur patiētia. Illū tū videre dabi tur, qui infinitum nos amat, illius magis ac ma gis experiri sanctos amores. Quo ardore, qua beneficiorum immensitate, nos p̄sequitur. Scri bunt legitimi, amplissima esse principis benefi cia, & latissimam interpretationē veluti ex pr̄e scripto sortiri. Quid illi admirando non attri buetur principi: qui dominus omnium est, & ipse est ante omnes? Considerate q̄so vos om nes qui transitis per viam qualis ei⁹, in vos sit beniuolentia, vt vos in diuina sympositia prouo cat. Comedite amici (inquit) & bibite illudqui dem vinum, quod miscet Sapiētia, ille ipse qui πᾶσα ἀρετή. i. omnis virtus nedum sapientia est. Dionys. c. i. de diui. nomini. inter alia nomina vt virtutem, & potentem, dicit collaudari. Et inebriamini charissimi. Forte nimirum hoc vi num, tantillo potens inebriare. Mia quippe hu ius cœlestis potionis (vt sic dicam) portiūcu la totum continet dñi vinū. Hæc quippe ebrie tas, summa oīs sobrietatis & sanctæ l̄titię est. De hoc calice scripsit Propheta. Calix dñi ine brians, q̄q; pr̄eclarus est. Ille immēsus & idē ipe ternū pmanēs, in somnū cogi & iebriari pōt, & tanq; dormiens effici, & crapulatus a vino. Ex hoc iebriāte calice, ibi primū bibit, p̄pterea

exaltauit caput, vt nos oēs cum incomparabili capite nostro exaltaremur. Et de torrēte bibit, vt nos omnes de torrente voluptatis suæ potaret, hauriremus in gaudio de fontibus, illis quidem inebriantibus, saluatoris. Charissimi (ait) primum quidem amici, mox meliori profectu diuinmiore prouentu, ipso sacrosancto hausto calice, charissimi. Qui tanto nobis ꝓpinquior (ait quidam Sanctus) cītō qui accesserit fuerit purior. In meliora semper diuina proficiunt, et pulchro successu deficiētibus citimis, ipsis quidem labētibus & caducis, pulchro successu diuina & vltramundana supra omnem spem, progrediuntur, diuinas accessiones & crementa suscipiunt. quomodo de iustorum luce crescente vsq; ad perfectam diem legimus. Primam legem diuinæ assequendæ pulchritudinis existimat Ioā. Gerson. in Natalem supersanctæ Mariæ, nullis terrenis passibiliter affici, secundam, incontaminatis traditionibus patrum insistere postremo sancta oratione assurgere, præcipue ī in pulcherrimam post deum, dei parentem. Lege quid de Sanctis Therapeutis Dionysius, & Philo desertissimus iudeorum de primarijs ad religionem nostrā vocatis, scripserunt. Primū (ait idem Philo. libro de contempla. vita), & in calce Quæstionum in Genesim renunciant cunctis facultatibus, omnes vitæ sollicitudines procul abijcientes. Huius rei & Eusebius Cęsariensis in eccle. hystoria. Et sacer Hieronymus libro. de viris illustri. meminerunt Philo. (inquit Hieronymus) librū de prima Marci a pud Alexan. scribēs ecclesia, in nostrorum laude versatus est. Ex quo apparēt (ait) talem primam credentium fuisse ecclesiam, quales nunc monachi esse nituntur, vt null⁹ inter eos diues, orationi vacetur & Psalmis doctrinę quoq; & continentię, cōtra impium Lutherum. S. Dionysius. c. vi. eccle. Hierar. Sacerdos (inquit) ad eum accedens interrogat primum an renūciet diuisibilibus omnibus, non solum vitis, verum imaginibus quoq; ac phanthasijs. Lege eiusdē epl'am ad demophilium monachuz. Lib. primo de digni. sacer Antioche. verum (inquit) quia oportebat beatam vitam' monachorum sequi Philosophiāq; veram. Quę per digressionē dicta sint. In cœlo profectus quosdam vel accītarios eē liquet. Magna dignatio dñi, vt suo nos inenarrabili beneficio amicos faciat, tandē charissimos reddat. Habet suum calicem Babilon de quo inebriati sunt, qui inhabitant terrā. De vino (ait) ꝓstitutionis ei⁹. Subdit. Et vidi mulierē ebriam de sanguine martyrū Iesu. Respōdent mysteria mysterijs, & in sanctis eloquijs, oppositi analogia non parum habet momenti Inebriatur dñs, simul oēs in suo sancto conuiuio agentes inebrians. Sacer Dionysius in Epistola ad Titū, de Sapiētię domo. Iuxta hanc sacram conuiuij expositionem, & ipse bonorum auctor oīm de⁹, inebriari phibeť, ꝓpter plenissimā, & q̄ oēm intelligentiā superet, dię epulationis siue vt verius eloquar bonitatis, perfectissimam atq; ineffabilē immensitatē. Sicut eīm nro more ī deteriorē ptē capiť (estq; repletio īmodica per quā mente excidim⁹) ita in deo meliorez in partē accipiendo, nihil aliud, cītō bonoz oīm immensitas. q̄ in ipso, secundū causaz ꝑexistit, intelligenda est. Qui ebrietatem comitatur, excessum sensus atq; scīēdi, dei excellentiam, quę omnem refugit intellectum accipi oportet, per quam excipitur ab intelligēdi ratione: vt ea sit excellentia, vt intelligere ac intelligi, ipsumq; esse transcēdat, ac oīa q̄cūq; sunt bona, & ꝓpīn de amorē & lætitiā excedit. Inebriať igitur dñs inebriať sed oppositę Babilon, & inebrianť de vino ꝓstitutiōis eius oēs qui habitāt terrā. De poculo dñi tīn cœlestes aiæ. Quā differentiam obseruat in quodam loco dñs. Qui de terra est (inquit) terrena loquiť. Qui de cœlo venit super oēs est. vtrinq; ebrietas, Sed dia, aliquid hz supra oēm lętitiam inefabile. Hæc oīm dolorū malorumue obliuionem īducit. Hæc Babiloni ca, cū oī detrimento & dolorum stimulo, furorem habet cū bonoz oīm obliuione permixtū. Ciuitas confusionis, detestandam & horrificā habet ebrietatem, Cœlestis cęlestem, & mire lętificantem. *Sunt conuiuia diaboli, absinthiuz* & felleum amarorem referētia. Sunt dei admirabilia sympoſia, omnis diuinioris oblectamēta vini & sanctioris lætitię virtutem continentia. de quo canitur, Omne oblectamētum & saporis suauitatem in se habens. Ebrietas animos & sensus omnes immutat: & alienos a se reddit Cœlestis æbrietas idem, sed enātios, per omnia facit. & terrenos animos cœlestes facit: atq; in alio non amplius in se sistit: qua diuina ębrietate affectus Apostolus: & de torrēte voluptatis dominice potatus: dicebat. Viuo ego iam nō ego: sed viuit in me Christus. In alias & alias sz lapsas & deformes' spēs ac formas, mutabant: pocula circes. Diuina, vero prorsus, in alias mutant formas, sed diuinas & penit⁹ admirabiles Vt exuto vetere homine nouum induāt: & iudæum exteriorem exuti: interiorem inducant. Induimini in hac cœlesti potione, inebriatę O cœlestes aiæ dñm Iesum: īduimini cū q oīs forma: omnis pulchritudo, species & virtus est. in duimini virtute ex alto: illum quidē qui lux ē &

vos lucidiores ſuotãto fulgore reddet: vos in alium hominem demutabit: qui ideam perfecti & abſoluti hominis habet. Tali ſauci⁹ Apoſto l⁹ dicebat ego ſtigmata domini Ieſu i corpore meo porto, gr̃a dn̄i Ieſu cũ oĩb⁹ vobis Amẽ. & puto qđ & ego ſenſũ dei habeã. q̃ ingrati erim⁹ ſi ꝓuocãtẽ nõ audierim⁹: ſi icõparabilẽ cõuiuã non admittemus: immo ſi in eius ſanctiſſimum conuiuium (tanto vt ab eodem inuitemur, dignati honore) venire diſtulerimus: diuinam in eo habitationem & ſanctũ incolatum adepturi. Audi quid polliceatur. Qui manducat meã carnem: & bibit meum ſanguinẽ in me manet & ego in eo. Et talis quicunq̃ ſanctiſſimam ſynaxim meam haud abnuẽs, habebit vitam ẽternam. & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Tam mirabili & cœleſti ebrietate nos afficit in cœleſtem ſuum amorem transformatos, illũ tũ ſentientes ſupra omnia & extra omnia elatum qui nobis inebriat⁹ eſt. S. Diony. ait. Inebriat⁹ eſſe atq̃ excedere dicitur deus, quippe qui eis omnibus, immenſitatis totius eminẽtia & pleniſſimus eſt: & rurſus extra omnia & vltra oĩa ſe gregatus. Talem habẽtes, tam immenſi ſamatoris amore rapti, inebriari etiam dicimur: cui ſuperſancto & amabili ꝑ omnia deo & dilecto omnis honor & gloria. Amen.

Libri Septimi. Homilia. vj.

EGo dormio & cor meum vigilat. Hoc diuinæ perſonæ, & domini Ieſu: qui deus & homo eſt: proprium videtur, vt dormiẽs vigilet. Viſus eſt ĩ ea hũanitate quã aſſumpſerat plerunq̃ dormire: tamen idem ipſe vigilans erat. Dormire vobis videbar. O Apoſtoli in naui tum illam agitante graui procella: ventis vehementioribus hanc procellam mouentibus: tamem vigilabam & noueram quem tandem finem hęc habitura eſſent quid iſta altius ſignificarent. Vos propterea tunc modice fidei increpaui. Videbar multis maxie Iudæis ĩ hac hũanitate quã aſſumpſerã contẽptibilis & mortalis. Nẽpe exĩaniuerã memetip̃z formã ſerui accipiẽs, videbar etiã obdormiẽs ſz vigilabã perpetuas diuinitatis excubias agẽs. viſus fuz: triginta annis pene nihil per diuinitatem efficere. Tamen iugiter orando, & immenſa perfrueus diuinitate nõ parũ vobis & electis oĩb⁹ ꝓfui, oẽs meę efficientiæ, merita uon tam mea q̃ veſtra erãt. Tũ vtcũq̃ dormiẽs & corporea quiete functus: tñ imortalitus & perẽniter mihi & vobis vigilabam. Pleriſq̃ & his quidem ſanctis euenit: vt nonnunq̃ dormientes operationibus fungerentur intellectus: ego ab illis ceſſabam nunq̃. Viſus ſum a vobis ignominiam crucis & tanta tormenta perpeſſus, dormitans eſſe: nec a crucifixorib⁹ prouocat⁹, vlla re moueri. At vigilabam ego: & mea tum qualiſcunq̃ dormitio veſter erat ꝓfect⁹: vos in cœleſtes aulas & diſponebat: & in ſancto latrone veluti arrabone veſtro ſamiã deducebat. Illi a me pollicitatio facta eſt: Hodie mecum eris in paradiſo. In illius typo omnes electos & gẽtes oẽs in me olim redituras: in mea regna & ſanctam κληρονομίαν hoc eſt hereditatẽ admiſſi. Illis ſaz ꝑſentem patriam pollicit⁹ ſum: olim etiã ꝓmiſerã: ſed ligno ſuffixus: ne viderer antiquę pollicitationis oblitus, iterum polliceri volui. & qđ proximum dixerat Ioannes: pñs confeſtim meliore & certiore profectu dicerẽ. Hodie ingẽs: mecum eris in paradiſo: mea perfrueris diuinitate: in qua omnis paradiſus. Videbar ne vobis dormire aut ocioſus tum eſſe O in cœleſtes aulas ſanctę deducendę animę, quando tenebræ per vniuerſam terram & alia ingẽtia miracula me moriente facta ſunt, vt & Spũs res ſuas egerit in illo (ait Tertulianus in Praxeam). i. virtutes, opera & ſigna: & caro paſſiões ſuas functa ſit, quod ſi tertiũ quid, ex vtroq̃ confuſum: nõ tam diſtincta documenta parerẽt. Sed ad rem. Exoraui patrẽ pro perſequentibns me: nec tui O ſuper veneranda mater mea & dilectiſſima tum oblitus ſum: nec ſolatio deſtitutaz reliqui. Mulier (inquiens) Ecce filius tuus: deinde diſcipulum admonui: ecce mater tua. Tui habebam maximam curam: quę fide & ingenti charitate & iure quodam materno, mihi proxima eras. Tui & proinde totius in te eccleſiæ quæ vſq̃ in finem ſeculi militabit, curam maximam geſſi. Illam huic Apoſtolo commendaui: qui ſacroſancto euangelio ſuo & diuinis epiſtolis facile omnes hereſes poſt te O Mater O Virgo O admiranda quædam reformatrix eccleſię extinxit: ſacramenta maxima diuinitatis, vtriuſq̃ meę natiuitatis & admirandę ſynaxeros prodidit. Viſus ne ſum vobis tum dormire: quando ex me, hoc percuſſo latere omnia ſacramẽta efluxere. Exiuit (inquit) ſanguis & aqua in ſanctum omnium lauachrum, & admirandam reparationem. Ex Adamo dormiente Euam eduxi. Ego ſimul cũ Pre & Spũ ſancto, ego ipſe ſanctam eccleſiam tametſi dormiens, q̃ q̃ vita functus. Non Adaz ex ſeſe eduxit Euã, & ſuſcepta coſta eduxit carnem pro ea. Ego vero tametſi dormiens, meã tum formaui eccleſiã, meũ hor

tum plantaui, illi ſeptemplici conceſſo fonte, & ſuperiore atq; inferiore dato irriguo. Poteram tum dicere, Ego dormio, & cor meum vigilat. Non potuit ſane hoc dicere Adam, non ſancti Prophetę oēs, qui haud continenter tametſi vigiles diuino ſpiritu agitabantur. Non fuit Samuelis ſecundum ſpiritum ad Dauid pro templi ędificatione prima reſponſio. Et q̄q̄ Spūs prophetarum prophetis ſubiect⁹ ſit, iuxta Apoſtolum, ad menſuram tamē, vt pro tempore & prędſtituta a domio oportunitate, i illis ſit. Qđ intellige ſatius iuxta Lyrieſem, vt poſt illumina tionē, ſit i poteſtate tacere vel loqui. Intelligūt enim auctore Hiero. quę prophetant ipſi prophetę. Illi ad menſuram. Non ego ad mēſurā, ſed totius diuinitatis plenitudinem idq; corporaliter (.i. ſubſtātialiter & vnione hypoſtatica ideſt perſonali quam vocant) ſuſcepi. In quo (ait Apoſtolus) habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter. Qui de ſurſum eſt de cœlo venit (ait Io. Bapti.) & ſuper omnes eſt. Quē em̄ miſit deus, verba dei loquitur. Non em̄ ad menſurā dat deus Spm̄, Filio. S. in quo ait Io. Sco. in. iiij. Senten, theologica, maxima apparuit charitas, qn̄ pro iuſtitia vſq; ad mortem ſe dedit. De quo idē Io. Bapti. elegans dixit preconiū. Qui hēt ſponſam ſponſus eſt. In quo mihi totū hoc epithalamiū enarraſſe viſus eſt. Sz ad inſtitutum. Per me quippe oia condita fuerunt, & per me tandē ſuum erant per gratiā & charitatē, qui capaces erant diuinū conſequturi finē. Hic meę ditatis & ſacroſanctæ hūanitatis indiciū. Ego dormio & cor meū vigilat. Sz quid hæc ad cœleſtia ſimpoſia, niſi forte iebriatis oīb⁹, a torrente voluptatis meę, huiuſce nimirū cœleſtis cōuiuij vbertate, ſimul ego q̄q̄ inebriatus ſim, & ob eam cauſam dormiens effectus, mea diuina ebrietate alios oēis in ſanctā inducēs ebrietatem, de qua ſacer, Dionyſi⁹. in Epla ad Titū de domo ſapientię, diſſerit, & antea diximus, fortaſſe hæc diuina ebrietas vis amandi immenſa eſt, qua tot⁹ in nos fertur dm̄s, vt omnē etiā paſſibilem amorē (vt ꝑpe dię edi ſerit Io. Chriſo. in calce dialogi de dig. ſacer.) vincat. Fingamus (ait) aliquā regis filiā, & ei⁹ regis qui dm̄etur oīz terrę, q̄ ſub cœlo eſt, hanc aūt iam eſſe deſponſatam, & habere pulchritudinem inexplicabilē, tantā, q̄ mortaliū naturā antecellat, omnēq; mulierū elegantiam grandi ſuperet differentia, hūtem quoq; tantas virtutes animi, vt etiā virorū genus, vel qui fuerunt oīm, vel qui futuri ſunt poſt tergum relinquat, oēſq; philoſophię exceſſerit manus, cōpoſitionem morū & vniuerſi corporis pulchritudinē, vultus ſui vincat decore. Eius aut ſpōſum, nō ſolum propter quæ diximus, eſſe ad virginem ſedulum, ſed etiā ad hanc affici amore paſſibili, tantoq; ardore & experimēto, vt oīm amatorū q vnq; fuerant vincant furores. Cernis diuinā ebrietatem, vt in dilectam ſuam eccleſiam ſiue cœleſtem ſponſam paſſibili afficitur amore. Vi debuntur iſta altius perſpicientibus quadrare Cœleſte (ait) Sympoſium meum, mea caro & ſanguis eſt. Ibi ego p̄ſens in ſacramento ſum ſignis & ſanctis velaminibus tectus, dormire videor pleriſq;, & eſſe tū deus abſconditus, vt cecinit Propheta. ſed cor meum, mea etiam mens vigilat, in ſalutem & profectum oīm, a nemine viſus, tm̄ video omneis. Et cœleſtes aīas meo p̄cipue obtutu & viſione dignas efficio. vt quas videlicet ętерna p̄deſtinatione ſiue p̄diffinitiōe obſeruē, hic inuiſibiles aperiūtur theſauri, de q⁹ bus Propheta, Dabo tibi theſauros obſcuros, occultos, & iuiſibiles aperiā tibi, vt cognoſcas, quia ego ſum dm̄s deus tuus. Viſi tm̄ panem & vinum eſſe, mea tum perfruuntur q̄q̄ maxime diuinitate, in mirabiles incēduntur ardores, metum quoq; ſanctum afflante ſpm̄, & diuinuz in cœleſtib⁹ aīab⁹ incēdēte ignem. Nullū mai⁹ q̄q̄ in hoc admirando cōuiuio ob meam & totius diuinitatis p̄ſentiā incēdiū, null⁹ ardētior ęſt⁹. Hic Hic ſolid⁹ cib⁹. i. itellectualis iuxta Dionyſ. Areopa. pfeuerātiſq; pfectiōis atq; idētitatis ſignificatio. Per quā ſm̄ idiuiduā ſciaz, dia ptici pāt. Hui⁹ a ſapia accepti, paul⁹ ꝑticipiū tradit. Hic pro capacitate percipientiū et liquidus & ſolidior cibus. Porro liquidus (ait Sacer dionyſius) inundantiā illam large manantē ſignificat, ſed adhuc per diuidua ad ſimplicē dei ſciētiam, quos alit pro captu ſingulorum manudicit, proinde eloquia rori, aquę, lacti, vino, ac melli merito aſſimilantur. Quod viuificandi, fœcūdandi, ad crementū ducendi, purgandi, conſeruandi, vim habeant. Hęc dei loquentiſſimus Dionyſius, proinde menſaz de ſcripturis, in eloquia iterpretatur Origenes, Quę per digreſſionem dicta ſint occaſiōe huiuſce ſolidiſſimi cibi, ſynaxeos et euchariſtie, quę eminentius omniū virtutes continet, omnibus ſe coaptat, hic cœleſtis agnus, omni māna ſapidior diuinius, manducatur. Sed ad rem. videor pleriſq; (ait diuinū verbum) nihil in animis efficere, et tum maxime efficio, & ſecedere ad momē tum creditus tum maxime, vt Antonio et ſanctis martyrib⁹, preſens ſum. Requieui ibi ego, qui maxima ſum requies. Hęc requies mea (tū ait) hic habitabo qm̄ elegi eam. Ibi ego in cœleſtibus aīs veluti dormiens, cōquieſco. Hic ve

go ſomnus meus iugis eſt vigilia, & incõparabilis in deum mẽtis exceſſus. In maximam tali correptę ſomno animę aguntur permouentur q̃ vigiliam, in illo vigilantes, qui maxima atq̃ immenſa vigilia eſt, & proinde vita atq̃ entelechia. Diuinum ſomnuꝫ explicat. S. Dionyſius Areopagi. eſſe, dei illam excellentiã exceptam a creaturis oĩbus, & nulli cõicabilem. ex his quæ prouidentię ratione gubernantur. Euigilationem vero attentionem ipſius ad eoꝝ prouidẽtiam, qui diſciplina vel ſalute indigent. Sed diuinam inter hęc ex vetuſtiſſimis auctoribus cõiũcio coincidentiam, quale qd̃ ſequitur eſt. Sapiẽtiam exiſtimant viuentem & energiam operantem, ſecundum voluntatẽ opificis, vniuerſitati ꝓuidentem. Hocma vero. i. ſapiẽtiam de his q̃ concomitantur dei abſtruſam in ſeipſo clauſionem, q̃ cum fortitudine nõnihil cõtulit ad mũdi fabricam. Hieremias. Qui fecit terram in fortitudine ſua, & ꝓparauit orbem in ſapiẽtia ſua, & in Binah. i. ꝓuidentia. Cernis diuinam coincidentiam & pene oppoſitoruꝫ concordiam in ſuꝑma arce diuinitatis. Sapientiã in ſuperdiuina corona ſiſtunt ante decẽ numerationes. quã inacceſſibilem diuinitatis abyſſum dicunt. Hãc nulla (aiũt) ſubterfugit contradictio. nulla prohibet implicatio, nulla moderatur philoſophiæ ratio. ſed proſequamur. Secũdum cor vt phiſici exiſtimant dormitio, q̃ & ſomnus eſt. Illud quidem principium & origo oĩꝫ diuinarũ functionum, & idem hoc loco ſomni principium, vigilat. ſimul ergo vigilans & dormiẽs, Sed diuina iſta momenta ſunt rerum, in quibus nihil contrarium eſt nihil non conueniens. Et ſi alĩs (inquit) dormiẽs vigilẽ, tibi vero vel maxime, o dilecta & parens, ſu qua ꝑcipue diuinitatis ad miranda ſacramẽta expleta ſunt. In tabernaculo meo maxime couquieui ego, & oẽs ſacrationis vigilię functiões peregi, diuina largitus omnibus, diuinas per omne corpus eaſdemq̃ peragens operationes, dato ſingulis, pro varia ſpiritus diſtributione, munere ſuo. Vnoquoq̃ ſuam tum functionem admirabiliter peragente. Hæc vna quies per ſanctã eccſtaſim & mẽtis exceſum incõparabilis menarrabiliſq̃ in te fuit, q̃ diuinitati meę magis conſentiebas. O admiranda virgo ſuper oẽs benedicta. Et ſi tũ, virgula fumi, ex aromatib? myrrhę &, thuris & vniuerſi puluerĩs pigmentarꝝ ꝑſtare poteſt, quid non ꝑſtabunt duæ? Volui ego aſciſcere mihi in partes diuinitatis ſomnos & ſacrationis actiõis vigilias, meã mihi matrẽ, q̃q̃ nullius egerez, quę innocentiſſima & puriſſima ſup omnes eſſet, vt duę virgę alioquin mie cõmiſſę in vnam tũ maxime iuſtitiam cõuenirent, funiculis rigidioris forte iuſtitiæ, vniuerſo decori pulcherrimeiunctis. In te igitur o, mater mea mire quieui, quãdo in vtero tuo in tuis ſanctiſſimis ſinibus dormiens, peruigil erã, iugiter ſalutẽ operatus mũdanam, & in tuo clauſus vtero, toto ſpaciabar olympo, nõ tam incluſus, q̃q̃ vniuerſa concludens. In tuis ſinibus olim agens puer ſępe ſecũdum humanitatem (quãdo id diuinitati cõtingere non poterat) dormiebã, tametſi tum diuiniſſimas agerem excubias, mea tũ diuinitate inenarrabl'es ĩ te & ꝑ te, veluti ꝑ collũ toti? corpis myſtici, in oẽs, affiante amores, incẽdia, honores. Dormiebã ego, crudeliſſime mortis effigie ſed peruigil nõ ſolũ viuẽtes aĩas, ſed futuras, mea contingebam ciebãq̃ æternitate, in concẽtum agebam, reboantibus tum cœleſtibus numinib?. Reſonabat meo plectro pulſata lyra, vna alteri: tum reboante, atq̃ in vniuerſum omnes, cuicunq̃ reſonabant, omnibus oẽs, extima citimæ, In ſanctũ diapaſon & ſacratiorem ſinphoniam, tametſi vita functus, vnus ego cogebam omnia, ĩmo in myſticam cytharam, qua ternarium deſignari volunt, eſtq̃ ſecundum ſpiritũ, ſiue ſpecie trigona. Nam ipſi ſoli Supſan. Trinitati, canunt canticum nouũ, Benedicamus patrem & filium cũ ſancto ſpũ, Lege ĩ octaplo Iuſtiniani Nebiẽſis. olim ĩ ſtudĩs amiciſſimi ſchoĺium in. ꝑs. xliij. Confitebor tibi in Cythara. i. in confeſſione ſuperſanctę Trinitatis. Cęterum Symphoniã, male quidã putant eſſe genus organi, ait Hiero. ad Damaſum de filio Prodigo. cũ concors in dei laudibus concentus hoc vocabulo ſignificetur. Symphonia quippe, cõſonãtia exprimit. Sed ad cõſequẽtia. Amor me? (ait) plectrũ erat. Amor me dormire & morico egerat. Idẽ amor puigilẽ faciebat, Mouebat imẽſuꝫ imẽſus, ęternũ ętern?. Pulchre ĩlibro de die iudicij Ediſſeni. Propter vos incarna? ſũ. propter vos in terris palam conuerſatus ſum, flagellatus, conſputus, in faciem verberatus, crucifixus, ſuſpenſus, felle cibatus, aceto potatus, vt vos ſanctos & cœleſtes efficiam. Regnũ donaui, paradiſum aperui, Fratres vocaui, Spiritui? S. obtuli, horum oĩm ampliora miſi, quid debui facere & non feci Operimentum amor, omnium facinoꝝ, quo beati efficerẽtur omnes Beati quorum remiſſe ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt pcta. Tecta meo quidem amore vt nuſq̃ cõparere poſſent. Belliſſime idem Ediſſenus. Hanc charitatem dedit de? eccleſię ſuæ, vt ipſa ſemper exornetur & polleat, quæ pign? dei in nr̃is animabus exiſtit, colũnæ firmamentum diligentibus deum, Hæc vnigenitum ad

nos de cœlis attraxit. Propter hāc deus homo factus est, anima, sponsa Christi effecta, impassibilis passus, paradisus, & eseratus, incorporeus, incarnatus, inuisibilis, visibilis est. Mea etiā ait specie & pulchritudiue. in ps. ciij. in eo loco, & pane cœli saturauit eos, Rabi Harābam, piecit in terra pulchritudinem Israel, significans descendisse de cœlis, summā & supmam pulchritudinem. qd arcanum dicit. Et ipse accipiet ad se supremam pulchritudinem, cū sibi placuerit. Sicut ex benedictione sacerdotum, ascēdere faciet deus facies suas ad se. i. corpus & aiam domini, contra Appollinarem, In supma pulchritudine ipsum dñm intelligens. Hac vna omniū pctā cōtegens, supsanctam dilectā summa affecit pulchritudine, q̄ a pulchritudine collaudata, ascendit dealbata, snper dilectum suū. sed ad institutum. Mea iterum (ait) misericordia dormientem fecit, & veluti crapulatum a vino, eadem me permouere dicitur, & si iustitia, meam moueat iram, meū incēdat furorē (q̄ facer diffinit Diony.) at mirabilis contra mea clementia dormire cogit, q̄ ipsam iustitiam, tametsi eidem q̄ maxime ęqualis & soror, superare credatur: misericordia superexaltante iudicium. Acti iustitiam in cœlo collocatam intelligas, & veluti de cœlo respicientem, mīam vero super cœlos. Solem quippe iustitię concelebrant scripturæ, & iustos fulgere sicut stellas affirmant: & q ad iustitiam eruditi multos firmamento comparantur. At in. cvij. ps. de mīa quæ, superexcellit canitur. Quia magna (inquit) super cœlos misericordia tua, & veritas tua vsq̄ ad nubes. Sūt ille sororcs quidem & p omnia ęquales tametsi a iustitię iudicio, ī, misericordię solū, puocatio est. Pulchre diuinarum assurrexionum siue efficientiarum differentię, istis profectibus intelliguntur & diuina conjcitur oppositorum differentia. Nimirum misericordia superat, illa quidem immensa, quæ in eo tantopere cōcelebratur, nec ab alio magis censetur aut collaudaur, Cui proprium, concinente ecclesia, est misereri sp & pcere. Lege oronē Mosi, de qua alio loco meim⁹, quā explicat Remūd⁹ in pugiōe. Nec ab alia re magis collaudat q̄ a mīa. Hac vna in. ps. cxxxv. Viceties sexies non sine mysterio repetita iefabilis in omnes generationes pietas prętendebatur. per dñm Iesum absoluta & gratia & mīa. In Xp̄o enim omnis constitit mūdi renouatio. lege Paulum hebrę ū inexplanatione eiusdem psalmi. In oratiōe Mosi quid aliud nisi mīa collaudatur. Transeunte enim dño coram eo ait. Dominator dñe deus misericors & clemens patiens, & multæ miserationis, ac verax, qui custodis mīam in mīlia & alia id genus ꝓsequitur. Prouocatur a iustitia auctore Anselmo, & Ioan. Gerson. in mīam. Eadem noie domini Tetragrāmaton, eius summā assentiam de signāte, censetur, Iustitia Heloim nomine, qd tametsi dei nomē sit, cōe tñ est, & ad angelos & iudices nōnunq̄ pertinet. Illud tm̄ domini peculiare nec cupiā alteri ascribitur, perbelle Psalmographus. Vniuersę vię dñi mīa & veritas. & alio loco, Oēs viæ tuæ, veritas. Nec enim solū (ait Altissiodorensis) mīa miserias respicit, sed superefluentem bonitatē dei designat. vt veritas rectitudinem operum, nedum iustitiā. & taꝫ ęqua, mīa est, vt pensatis circunstantijs omnibus de⁹ nec iustius, nec misericordi⁹ (vt aiūt) agit cū vno q̄ cū alio. Id qd sentit. S. Ambrosius. Dormio igitur (ait) sed cor meum vigilat. Videtur ad p̄ces & vota sanctor⁹ nonnūq̄ dormire dñs, sed tandē excitatur, qui vigil erat: & nihil quod non audiret & plerūq̄ exaudiret p̄termittebat. Grandis conuiuij mensa in cruce fuit, in eam omnes inuitat, fructus salubres inde ꝓferēs. pulchre Cecilius Cyprianus. Hic ego de sterili succesum robore lignum: planatum memini fructus genuisse salubres. Addit. Quez tulit hoc primo maturo semine lapsum, Concepit tellus, mox hinc mirabile dictu. Tertia lux iterum terris superisq̄ tremēdum. Extulerat ramū vitali fruge beatum. Ergo diu circū spaciantes gramine molli, Suscipiunt alta pendentes arbore fructus In ea vigilans dormiuit, & contra dormiens vigilauit. In hoc diuinę tribulationis sympositum, oēs ferme inuitauit. Ex quo in sempiternā fœlicitatem ireturi. Potestis (inquit) calicem meum bibere? Panes lachrymæ fuerunt. Fuerunt (inquit) lachrymę meæ panes die ac nocte, dū dicitur mihi cottidie vbi est deus tuus. & in cruce cum lachrymis orās, hos tum lachrymarum panes commedens exauditus est pro sua reuerentia & inefabili pietate. Tribulatio hęc patientiam operatur. patientia vero opus perfectum. De quibus antea etiā memínimus vt ex hoc pane mœroris, in panem cœlestem migramus, de quo scriptum. Beatus qui māducat panem in regno dei quem panē i Spm̄ sanctum refert Altissiodorensis. Quo vtinam perpetuo fruamur, gra & mīa domini Iesu, cui cum patre & spiritu sācto est regnum & imperium. Amen.

Libri Septimi. Homilia.vij.

APeri mihi soror mea/amica mea/colūba mea/īmaculata mea. Quia caput meū plenū ē rore: & cincīni mei/guttis noctium, Expoliaui me tunica mea: qūo induar illa? Laui pedes meos: qño inquinabo illos. Collaudauerat antea sponsus spōsam: quod hortus conclusus esset & fons signat⁹: & iterum fontē hortorum nuncupauit: & vt surgeret Aquilo: & veniret Auster: & flaret hortū suum, illum quidē vt antea dixerat conclusum cōmonuit. Desiderabat in eum hortū admirabilis hic sponsus venire & sancta in eo celebrari conuiuia & mira quadam ratione inuitauerat oēs amicos & charissimos: vt in regis & spōsi conuiuium venirent/& in talem quendā hortum qualem non sine lectione diuinorum voluminuz/auctore Iustino/describit Homer⁹ & paulo ante meīmus. Hic nemora emittūt ꝓcero e stipite flores. quis neqꝫ deperijt fruct⁹, nec desinit vnqꝫ. Quæ spēm quandam paradisi aut huiusce amœnissimi horti ostendūt, Sed ad institutum. Idem nunc sponsus in thalamum festinat sponsę: vt sibi aperiat rogans. Audi quid in vniuersum in Apocalypsi dicat. Ego sto ad hostium & pulso, si quis aperuerit mihi, ego cenabo cum illo, & ille mecum. Existimas ne eū, qui oēs in sancta symposia inuitauerat, siml' charissimam suam tū non inuitasse sponsam, quæ altera dux conuiuij esset/& per quam & in qua oēs/veluti quadam duce & antesignana continerentur ipsi regi acceptissimi? Immo vero supra oēs peculiari ratione inuitata fuit. Veni (inquit) in hortum meum soror mea sponsa. Messui myrrham meā cū aromatibus meis. Nūc in hortum eiusdem sanctissimæ theotocu. i. virginis desiderat venire: & tantus illius amor in eā est: vt non vice domini: qui omnium dominus est erga eam vtatur, sed fratris sed spōsi sed amici sed dilecti & charissimi cuiusdam. Aperi mihi soror mea, iura cognationis mihi tecū sunt: eandem ego desumpturus sum humanitatem. (vt ab ęterno p̄destinatuz & definitū est) quā tu habes. Sunt etiam mihi tecū amicitię & incōpabilis (etiā iuxta descriptionē Firmiani.) hūanitatis iura, vt aperias etiā hoc iure/vehemēter & quodam ꝓpe conuitio efflagito. Vtriusqꝫ cādor quidam peculiaris, & diuinorum quædam meditatio. Tu colūba, ego quoqꝫ columba in fenestris habitans. In prouerbio est. Pares cuz paribus facillime congregari. In te mihi plurimū complacitum est: qñ eadem pene in nobis virtus. Proxima em̄ a me in te virtus ꝓinde per q̄ꝫ similis fere mihi hoc ē eodē corde & mēte & p̄clara virtute/ꝓxima mihi es, vt aperias etiam atqꝫ etiam hortor o immaculata mea, omnes angelici chori, vniuersa cœlestis curia te ī hūc modum collaudant/vt immaculata sis, illum suum abs te recognoscentes candorem. Orant quoqꝫ efflagitantqꝫ vt mihi aperias. Tota vero Sacrosancta trias assidue te collaudās (ait) Tota pulchra es amica mea & macula nō est in te. Decet vt immaculatus in quo nulla cōtrarij suspicio est: immaculatę maxime sed ratione purissima & diuina, cōmittatur: cum illa vltra cōmunez sortem/sancta celebret cōuiuia. Vna sit vtriusqꝫ cella vinaria: vnus thalamns: hortus vnus: vnus cōsensus: vnus animus: mens vna: voluntas vna. Plerumqꝫ sanctis euenit: vt non vna sit eorum cum dei voluntate voluntas, aut in volito (quod vocant) consensus, quod plerumqꝫ illis ignoratū est. At in te amica mea/nulla talis diuinę voluntatis ignoratio est, que a secretis continēter es regis et sponsi tui. Eras em̄ o virgo (vt sacer ait Anthiochenus) per cūcta admirabilis, cui. S. astipulatur Ambrosius Epiphani⁹ quoqꝫ. Aperi inquit mihi, ne differas, lōga iam expectatione pene deficiēs sum. Amor em̄ sine visiōe (auctor est. G. alticiod.) languor est: quia amore langueo ait. Et potest simpliciter intelligi de more amantiuz qui in ianua expectant, vt amica illis qñqꝫ aperiat & rorem noctis & pluuię iniuriam patiuntur. Frequens est in scripturis: vt diuina, more & cōsuetudine describantur humana: id quod sacer Antiochen⁹ non semel affirmat. Lege eiusdem elegātissimos cōmentarios in Genesim, Magna quippe benignitate nostrę prouidet imbecillitati & nostrę familiari se coaptat dicendi consuetudini (ait) Lege elegās paradigma in calce. li. de dignita. Sacer. Ros in scripturis laudabilē significationem habet. & pluuia etiam bonā. In. ij. Regum volumine contestatur Dauid. Montes Gelboe nec ros nec pluuia veniant super vos: neqꝫ sint agri primitiarum. Quia ibi abiectus est clipeus fortium: clipeus Saul, quasi nō esset vnct⁹ oleo. Benedicens Isaac Iacob (ait.) Det tibi de⁹ de rore cœli & pinguedine terrę: q̄ spiritualia & diuina Moses esse demonstrans ait. Concrescat vt pluuia doctrina mea: fluat vt ros eloquium meum, quasi hymber super herbaz: & quasi stillę super gramina/quia nomen domini inuocabo. Hic ros hęc pluuia iugiter benedicūt domino: atqꝫ vt id faciant cōmonentur. Benedicite hymber & ros dño inquiunt in camino Pueri. Ignis non ferens iustorum virtutem (ait Antiochenus Cyriaco) exilijt foris, fuitqꝫ illis caminus pro ecclesia, patiētia Sctōrum ignem in

rorē cōmutauit. Coſm. in Exalta. S. Crucis. Deſcendens verbū ignē in rorē tranſmutat. Sicut vnguentū (ait. p̄s. cxxxij.) in capite: quod deſcendit in barbā, barbā Aaron. Quod deſcendit in oram veſtimenti eius: ſicut ros Hermon qui deſcendit in mōtem ſion. Vt intelligat totum ſpūale eſſe: & cœleſtem ſtillam ſuper herbam q̄ non expectat virum. In Michea hoc modo ſcriptum legimus. Quaſi ros a dño, & quaſi ſtillę ſup herbam, q̄ non expectat virum: & nō p̄ſtolatur filios hoīm. Hic ros gratiæ in diuam virginem effuſæ, maxime confertur. In eo myſterio in Iudicū volumine dicit Gedeon. Si ros in ſolo vellere fuerit: ſciam quod per manū meam ſicut locutus es. liberabis Iſrael. Diuinū, ad rem diuinam peragendam petebat ſignum. Lege Hildelphonſū: qui hoc ſignum mire refert in diuam p̄rētem. Nec te moueat: quod de pluuia in anterioribus dixit Salomon: immo in Salomone dñs. Iam enim hyems tranſijt: Imber abijt & receſſit. Q̄n imber ibi propheticus intelligitur: & dignā ſignificationem habet. Hic apertius iuxta ſpūalem intelligentiam dicit. Et cinnami mei guttis noſtrium, & p̄ dignitate ſubiecti altiorę ſortitur ſignificationē. Quaſi Hę guttæ a rore plurimo venerint. Hic ros, abundantia gratiæ eſt, e capite dñi Ieſu in totum corpus eccleſiæ decurrens: p̄cipue vero in virginē puriſſimam & totius eccleſiæ & mūdi dominā. Prius in barbā Aaron: q̄ in veſtimenta defluit. Antea vel dignitate aut illuminādi, vt in ſcōs heroas: q̄ i reliquū eccleſię corp⁹. Vt infima p̄ media reducantur ad ſumma, iuxta Sancti patris dionyſij axioma, in ſuum denique fontem, et originale principiū. Et vide myſteria. Ab Hermon in mōtem ſyon deſcendit, Iudæa & gens Iſraelitica: q̄ quōdam dominum recognoſcēs rore plurimo perfundebatur, Anathema mœroris & triſtitię facta eſt. Et quæ olim in ea gēte benedictio & gratia erat: in dñi eccleſiam trāſlata eſt. Et ros Hermon in montē ſyon, in montem ſpeculatiōis deriuatus. Prędicit Dauid ne ros, nec pluuia ſuper montes Gelboe deſcendant. Vt vniuerſis cœli catharactis apertis: coacto ingenti flumine: eiuſdem impetus, lętificet ciuitatę dei. Vniuerſa terra ſiccitati ſuppoſita: ſolum Marię velꝰ rore cœleſti infunditur: quo eccleſiæ capaciſſima (vt ſic dicam) concha repleretur. Hic ros: Hæ ſacratę ſtillę a dño immiſſę, non p̄ſtolantur filios hoīm. Audit ſpōſa vocem ſponſi qui ſanctiſſimus dilectus & pluſq̄ Salomon Idida dñi eſt. Quia caput meum plenum eſt rore Quid enim aliud illud aureū domini caput: niſi vas quod vniuerſo mundo catholicis eſt: Xp̄s em̄ (ait Nyſſenus) eſt plenitudo virtutum oim, & omnis bonorum ſpes, & q̄ bonum aliquid continet in Chriſto eſt, qui omne bonum continet. Rore pleniſſimū eſt. Quia plenū gr̄æ & veritatis: & in quo habitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. In profectus ſponſæ & p̄cipue huius cœleſtis matris, hæc plenitudo cedebat: quia gratia & veritas p̄ Ieſum Xp̄m facta eſt. Et qui ros olim lex erat: hodie longe efficatior gr̄a Chriſmatis ſacramētum (ait Arnobius) in vnguentum capitis: & rorem Hermon ad fontis vndam aquę perēnis extendit. Ibi enim mandauit dominus benedictionem & ęternā vitam. Lege totam epiſtolam Pauli ad Romanos: qui totus in hoc eſt: vt veterem populum ſub carne fuiſſe contendat: recentiorem vero, dei pp̄m, ſub ſpū. Audi quid ſecundum antiquum dicat. Nam velle adiacet mihi perficere autem bonum non inuenio. Nō em̄ quod volo bonum, hoc facio: ſed quod nolo (ſecundum rōnem intellige) malū. hoc ago de hoīe quouis in ſui perſona iuxta. S. & eruditos loquitur. Lege Origenem, immo & Hieronymum in explañ. eiuſdē. Subdit. Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum: q̄m mihi malum adiacet. Cōdelector em̄ legi dei, ſecūdum interiorem hoiem. Video aūt aliam legem in mēbris meis, repugnantē legi mentis meę & captiuantem me in lege peccati: q̄ eſt in mēbris meis. Infelix ego homo: quis me liberabit a corpore mortis huius? gratia dei per Ieſum Chriſtum dñm noſtrum. Quaſi etiam p̄cepta legis explere quidem & ſecūdum dñicam intentionem, non detur: niſi per Ieſu xp̄i gratiam. Propter quod apertiſſime ſubdit. Nihil ergo nunc dānationis in his, qui ſunt in Xp̄o Ieſu: qui nō ſecūdum carnē ambulāt. Lex enim ſpiritus vitę in xp̄o liberauit me a lege peccati, & mortis. Si quis a fece profundi retractos pedes (ait. S. quidam) in hoc poſuerit lapide, q̄to firmior et nobilior, tanto velocius volat. hac ſtabilitate quaſi pennis eleuatus. Id quod adhuc manifeſtius demōſtrat Apoſtolus dicens. Nam quod impoſſibile legi: in quo infirmabatur per carnem? Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinē carnis peccati: de peccato damnauit peccatū: vt iuſtificatio legis impleret in nobis, qui non ſecundū carnem ambulamus: ſed ſecundū ſpiritum. Et totam hanc victoriā aduerſus carnez eos habere: qui ſpiritū, hoc eſt gratiam dei habent, frequenter affirmat. Vos autem in carne non eſtis: ſed in ſpiritu: ſi tamen ſpiritus habitat in vobis. Si quis autē ſpiritū Chriſti nō habet, hic non eſt eius. Si autez Chriſtus in vobis

est: corpus quidem mortuū est propter peccatum: spiritus vero viuit propter iustificationē. Et subdit. Quod si spiritus eius, qui suscitauit Iesum a mortuis habitat in vobis: qui suscitauit Iesum christū a mortuis: viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantē spiritum eius in vobis. Virtutes enim omnes, quæ contra vitia luctantur quotidie, & vincere valent (ait Arnob.) Christi infundūtur auxilio. Domus non manufacta his reseruatur, q̄ terrestre tabernaculum dissoluerunt. Spiritus dei & gratia hoc efficit non lex: vt non secūdum carnem viuamus, Tantuz hoc euāgelici viri quos vocāt siue in noua siue in veteri lege potuerūt euāgelici q̄dē, hoc est ad euāgeliū p̄tinētes, ne euāgelicos hereticos quosdā nouellos, immo antiquos in telligas, qui euāgeliū ad sensū suū expianātes, expertes facti sunt euangelij, Et obserua quod ait, De⁹ filium suum mittēs de peccato damnauit peccatum. Hoc nāq̄ est quod idem filius hic dicit. Aperi mihi soror mea sp̄onsa: quia caput meum plenum est rore, & cincini mei guttis noctium. vt gratia dilectam suam, & similī rore vniuersam ecclesiam perfundat: Q̄d autem dixit guttis noctium: hoc est quod Apostolus dicit. Lex enim spiritus vitæ in Xp̄o Iesu. & q̄ quondam guttę noctium & hibres prophetici erant, quidda carnale primuz adeūtib⁹ p̄ręt̄dētes: in dño Iesu guttę roris diuini facta sūt: & lex spūalis in xp̄o Iesu. Alibi dicit Apl's: scietes, quia lex spūalis est. Eam legemquę paulo durior erat: leuiorē fecit. & cortice legis resecato: spm̄ dei i eo latere mōstrauit. de quo dicit Esaias. Dñs rex nr̄, & legifer noster, ipse saluabit nos. Non saluabit illuz popl'm Moses qui magis in deserto perijt: At dñs Iesus suo isto rore nouę legis: & guttis noctiū antiquę, viuificat. Vt nox i eo suo fulgore, clarissima reddere tur, quomodo lux in tenebris lucere in euangelio Ioānis dicitur. vt dicere possim⁹ cū Apl'o. Quia nox p̄cessit: dies aūt appropiquauit: abiciamus ergo opera tenebrarū: & induamus arma lucis: sic vt in die honeste ambulemus. Et, iā non sumus noctis neq̄ tenebrarum sed lucis filij. Et vide, vt significanter ois pluuia & guttę veteris legis in capite domini Iesu sunt: de q̄ p̄cipue in veteri lege sermo erat. In quem vnuz omnes prophetici conatus & vt proxime diximus imbres intendebant. Legē ipse tulerat pri⁹ per Mosen, immo per angelos lex data est: i manu mediatoris. Insignia adhuc illius gestabat guttas nimiz noctiū. Perbelle Euse. in. j. Eccle. hyst. Ille ipse qui in principio erat apud deum, ineffabili dignatione, apud patres. scz. adest, & instructione qua deum decet reformare nititur humanum genus, non alia q̄ hoīs specie, qua solū homines instrui possunt. Lege Firmianū. Donaturus erat sponsam nō solum lege noua: sed veteri quam spiritualem fecerat, vt nihil in sacrosancta munera deesset. Aperi (inquit) soror mea: quia caput meū plenuz est rore, vnde possis vniuersa perfundi gratia: Et si forte in lege enutrita. vis tibi de lege munera dari: ego in nocte prioris & ante acti seculi fui: & anteq̄ Abraam fieret ego sum: illius adhuc seculi guttas refero: & tales quidem guttas: quæ olim possint a vestimētis defluere tuis. Myrrha (inquit) & gutta & cassia a vestimētis tuis. Videamus si iuxta aliam interp̄tationem guttas noctium intelligere possimus Iud̄eorum abhominanda & execrāda maledicta. Fuit domino Iesu tēpus passionis, nox quędam, vt antea diximus. Et insuper (ait) vsq̄ ad nocte increpuerūt me renes mei. In eo loco Esaie. Et requiescet super euz spūs timoris domini. in lib. Zanedrin est scriptum. & molestabit eum in timore domi nus. Rabi Alexāder. ait, q̄d honoraret eum dominus p̄cepto tribulationum & tormentoruz. Et ros, & omnia, in profectum cedebant eccle się: & venerandę potissimum dominicę matris: quam etiam pertransiuit gladi⁹. Do vobis (inquit) & tibi admirandę matri meę rorem pro omni maxima benedictione: illum quidem cœlestem, quem imprecatus est Isaac Iacob filio. Habeo & persecutionuz genera: & multiplices noctium guttas: vt qualis ego sum o immaculata mea: talem te efficiam. Fui ego vndiq̄ gratia & in honore refertissimus: admirabile etiam exemplar patientię. Talem etiam te efficere concupiui o honoranda super omnes mater: q̄ instar mei omni ris, plena gratia: & vna in perferē dis tribulationib⁹ maxime illustris: & multipli ci, iuxta p̄cedentem intelligentiam, sapientia & vetere & noua maxime memorabilis. Aperi igitur mihi soror: & q̄q̄ cruci suffixus: & rore sanguineo vndiq̄ perfusus: & guttis noctium: (nec eīm vna solum nocte, sed multis antea exactis perpessus) mihi semper propositis tormē tis & illatis spūs eras, iurijs, Cincini mei: crines intorti fortasse, propter spineam coronam, caput meum ex omni parte pungētem: plenitamen tantorum tormentorum guttis. Aperi mihi: fac vt in sinib⁹ tuis, in mediis cordis tui penetralibus habitem: q̄ vna in fide perstitisti. omni plena gratia: incredibili admirabilis patiētia: vt vnum tu mihi inter tot & tanta tormenta: & seuas persecutiones refugium & καταπαύσιο, .i, requietio esses. Omnes me relicto Discipuli

fugerāt. Vna tu fide clarissima, & charitate illustris, digna eras quæ me in hospicium recipe-res. Qui ex patre absq; tempore natus, nouissimis diebus ex te virgine procederē (ait Nazīā Zen⁹) ineffabiliter & absq; sorde vlla. Has (me tum silente) cordis mei voces & quærelas audiebas. Meum silentium, tibi vox erat. Resonā te meo corde, tuum tum mihi plurimum simile maxime concinebat & veluti accinebat. Vtvna vtriusq; esse cythara videre⁊. Immo vero diuina compage: vna erat ex pluribus. Ego te contra, huiuscemodi verba referentem audiebam. Vox dilecti mei. Aperi mihi soror mea, amica mea, colūba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est roræ, & cincinni mei guttis noctium, Viden vt ambę cytharæ, ex ipso verborum contextu mire resonant. q̄q; pulcher & admirabilis dialogus inter matrem & filium dilectum & dilectam, esset. Sed altiorem ista intelligentiam habent q̄ vt nos explanare aut capere possimus. Vtinam dignum aliquid coniectare liceat, Gr̄a & misericordia domini Iesu Christi, cui cum Patre & Spiritu Sancto omnis honor & gloria. Amen.

Libri Septimi Homilia. viij.

EXpoliaui me tunica mea: quomodo induar illa. Laui pedes meos: quō inquabo illos. hūc locum Lyriensis & plerique alij in p̄sonā ip̄ius referunt, tñ in quodam haud vulgari loco verba eē dilecti comp̄i. Id quod & snię & consequentię dictorum, cōuenit. Nos istaz duce diuino spiritu sequamur. Frequenter coniectura in explanatione scripturarum vtit Orige. Hiero. in explana. Esaię. ibi & Elā assumpsit pharetrā. Obscura (iquit) sunt loca non solum secūdū hysto. Sed etiā iuxta anagogē, quibus nostra displicuerint, p̄ferant sua. Sz ad istitutū. Ergo ego (ait) in sinu patris mei eandem glorię hñs ęqualitatem, ęternū agens: indutus lumine sicut vestimento: illo quidē infinito lumine: quod cū dia natura in eādē abit essentiā, gloria & honore ęterna genitura a patre coronatus, eadē bonitate essentia & infinitudine p̄fruēs: tñ illa visus sum me expoliare tunica: q̄n exinaniui memetipsuz, formā serui accipiens inisimilitudinē hoiz factus & habitu iuētus vt hō. Vt verbū immensum & a quo facta sunt oīa, pene abreuiatū p̄ admotionē & indumētū carnis fecerit, sup̄ terrā. Vinst⁹ suz: qui vīciri nō possum, p̄ tecennimis inter crepundia noui pl⁹ & q̄relas pietissimi, ne dicā neicij, plorat⁹ vagiēs. & qui infinitatē hēo admirabilem, coarctari visus sum definitis corporis termis: hanc gloriam vilus exuere, heim reputatione. Pulchre dicit Esaias. Et vidim⁹ eū, & non erat aspect⁹: & desideravimus eū despectū & nouissimū virorū: virū dolorū & scientē infirmitatē. Et nos putauim⁹ eū quasi leprosum & p̄cussuz a deo: & hūiliatū. Nō est (inquit) illi aspectus, neq; decor, cum sub typo mulieris fortis dicit de Sapiētia Salo. Pulchritudo & decor idumētū ei⁹. Magn⁹ Anto. in Epist. iij. Magnū (ait) nobis, vt aduertam⁹ mentē nr̄az ad formā, quā assumpsit p̄pter nos, eo qd̄ p̄ omnia filis fuerit p̄ter peccatū. Decet ēt vt & nos, liberemus nos ip̄os in ei⁹ aduētu, & ill⁹ stultitia nos sapientes efficiat, paupias ditet, infirmitas robustos ostē dat. Expoliaui (ait) extimatione hoim p̄p̄t hūanitatē assumptā: & hūilē aduētū meū, in hęc, amore in te meo imēlo, me cogēte. De me sol⁹ amor potuit perferre triūphū, ille pedes clauis fixit & ille man⁹. Pulchre in ei⁹ p̄sona Firmian⁹.

Horrida prima mihi in terris magalia iudę,
Hospitia in partu socięq; fuere parenti.
In pharijs primos vixi regionibus annos,
Herodis regno profugus, reliquoiq; reuersus.

Iudeā, semp̄ ieiunia ip̄ & ip̄am Paupiē extremā & rex inferiora sequut⁹. Sep egēs. Quō (ait) induar illa: quasi hoc admirabile visum iri possit. Vt tā hūilis Nouissim⁹ virorz reputat⁹, cādē sit gloriā resumptur⁹, quā abinitio iuxta Aplm, habebat. siue iuxta ip̄ietatē hereticorz & infidelitū dicit. Sed, quid nō in eo admirabile: q oiz admirabiliū summa est. Coegit me tu⁹ amor (ait) O mī mea, O sp̄ōsa mea, O incōcelesti Hierusalem vnice electa, hāc cādidā etiā carnē exuere: quaz erāidut⁹. Byssi⁹ (inquit Salo.) & purpura idumētum ei⁹. Quod in hūanitatē assuptā referendū est. Fuit em̄ cādid⁹ & rubicūd⁹ &, electus ex milib⁹. Visus fui me diuinitate & illa tāta gloria exuere. Hāc adieci bñficētiā, vt hanc quoq; gloriā, hūc cādorē corpis, p̄pter te exuerē. Quō induar illa reassumpto corpe, tā triduano illo tū in sepulchro relicto, ab eo separata aīa, inferna tum inuisente. Poterā ne maiora signa īmensi amoris in te mei ostendere: poterat ne maior īme charitas esse, q̄ vt aīam meā ponerē, p̄ amicis meis: Inter quos tu p̄cipua es, & iterū eandē reassumerē. Proptera api mihi soror mea sp̄ōsa. Sū em̄ tibi eadē humanitate deuictus, & frater. Inter hæc tormenta & tā ferales cruciat⁹ mihi vna aperias. Velim vis aperti⁹ intelligere vt

non ſine mœrore.et noſtri iniuria, in totius tamen humani generis profectum vt me mea tunica exuerim. Audi quid dicat Euangeliſta. Et crucifigentes diuiſerunt veſtimenta eius: mittentes ſortē ſuper eis: quis quid tolleret. Et apertius Matheus. Et exuentes eum clamidem coccineam, circundederunt, ſed hoc, ipſo volente. Iuxta quod dicit Eſaias Oblatus eſt: quia ipſe voluit. Hac igitur bis ſpoliatus tunica mea: tam ignominioſe propter te: quomodo induar illa? Videbitur hoc multis propter tū ſpectā infirmitatē impoſſibile. Qua de re exprobrantes dicebant: ſi filius dei eſt deſcēdat de cruce: & credemus ei. Sed apud deum non erit impoſſibile oē verbū. Expoliaui me tum īminente meę paſſionis tēpore, tunica mea, hoc eſt eccleſia mea: q̄ in Apoſtolis & diſcipulis erat: quomodo induar illa? Ingrati tot ſpectis beneficijs meis, tanta munerum largitione in eos facta, maxie tum fuere. Quomodo igitur induar eadem tunica, quam iuſtiſſime ipſis hoc procurantibus exui? ſum. Hoc, quidem iſto tempore: hac per ſpecta, hac manēte ignominia crucis: haud q̄q̄ę erit, paulopoſt tamen futurum. Tu tm̄ mea ſoror, mea mater, mea immaculata & ſponſa, aperi mihi: in limbus tuis mea requies, Iſtic in corde tuo requies mea: hic habitabo, quoniam elegi eam. Antea prędictum erat flagellum infidelitatis haud aliquo tpe propinquare debere tabernaculo meo. Neq̄ę flagellum (īquit) adpropinquabit tabernaculo tuo. Non iſtud comme morat ſponſus & verus Idida domini, quaſi nū q̄ę eadem reſumpturus: ſed vt quæ pertulit & tā tam indignitatem rei, dignitatem vero matris oſtenderet, in qua iugis illi inerat habitatio & ardēs deſiderium. Simile eſt illi, quod ait dominus, qui non habet gladiū vendat tunicam & emat. Neq̄q̄ (ait Chriſoſto.) armat diſcipulos ſed iudeorum inſidias indicare volebat idq̄ manifeſte, ſicut quod ait. Prędicate ſuper tecta, libertatem publice prædicandi inſinuat. Ita per gladios inſinuat imminere inſidias, & paſſurum ſe a iudeis. addens. Quia oportet impleri ea quæ deme ſcripta ſunt. Quod dicit ſuffigit. doctrinam ſuam nō expoſuit. Id quod vbi q̄ę facere videtur, vt quotiēs dicta minus intelligūt diſcipuli, euētui rerū, relinquat. Sicut alibi. Nondū enim ſciērāt ſcripturā. Quod oportebat ip̄z a mortuis reſurgere. Sz ad iſtitutū redeamus. Intellige vt non euanida hęc inhabitatio eſſet: ſed quomodo cœleſtes animi in euz quo perfruuntur mirabili deſiderio intendunt: haud aliter ſponſus dilectam ſuā, qua inenarrabiliter perfruitur: deſidetat. Fit quędam ibi diuina viſcicitudo. Quemadmodum (inquit) deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſiderat aīa mea ad te deus. Ipſe quoq̄ę contra ait. Quēadmodum, deſiderat ceruus ad fontes aquarū: ita anima mea deſiderat ad te O dilecta mea. Ītus meus in te amor eſt. vt in te veluti in egregia arca: ſaluem, & propter te ſaluē omnes. Illa typica olim pro ſalute Noe & eius poſteritatis ędificata erat: ſed econtrario in te euenit, vt p̄pter te ædificentur omnes. Diuinę hoc diſpoſitionis eſt: vt inferiora ſuperioꝝ ſint gratia. Tu ſuper omnes etiā choros angelicos exaltata es: tu omnibus oīm laudib? inſignis: vt quam circuuſtent, in tuam quidem gloriam, altra matutina. Tu, verum illud ſignaculum ſimilitudinis: de quo meminit Ezechiel, plena Sapientia, perfecta decore, in deliciis paradiſi. Omnis lapis p̄cioſus opimentū tuū. Sardius: Tōpazius & Iaſpis Chriſolitus, & Onyx, & Berillus, Saphir? Carbunculus, Smaragdus, in quibus nouē pręcioſiſſimis gēmis, noue Angelorum ordines cōtinentur. His diuinius cooperata es diuina mater, quę omnibus ſuperior, ex eorum comparatione clarior, omnium claritatem in te mirifice contines. Illis nouem Angelicis choris, nouē muſę cœleſtes, hoc eſt (ſi dicere par eſt) mentes Angelicę orbes regentes, ipſi quoq̄ę orbes ſuo admirabili concentu, ſiue nouem in vniuerſum ordines reſonant. Omnes etiā ordines mūdani, maxime eorum qui rationales ſunt, quibus Angelica ſimilitudo repromittit, ex gole cundū eundē nūerū ordines ſortiūtur. In perfectū cōſurgūt p̄pt̄ hūanū cōſortiū ăgelicū. Qđ pacificauerit p ſanguinē ſuū dñs, q̄ in cœlis & q̄ in terra ſunt, cubo & ſolido nūero q añapla nus videbatur illi reſtituto. Hęc Richar. a. S. Victore in dilectam refert, tunicam terrenū indumentū interp̄tat?, Timet a cœleſtib? deſcendere & infimis occupari, & pedes. i. affect? ſe lauiſſe gaudens, iterum hos maculare metuit: Hi vuidis vndis. i. compunctione lauantur. De qua ſcripſere antiochenus & Sanctus Effrem ediſſerunt. Lyrienſis cū Rabi ſalomone videtur huic explanationi aſtipulari ſed præcedentem proſequamur, gratia domini Ieſu, Cui cum Patre & Spū. S. eſt omnis honor & gloria Amen.

Libri Septimi. Homilia. ix.

EGaui pedes meos quomodò inquinabo illos. Sanguine e toto corpore meo manante. Laui pedes meos. In pedes defluebat ſanguis, immo e pedibus meis

fons eiusdē sacratioris sanguinis manabat, qui posset sctōs abluere pedes, & vniuersa domini membra quæ in pedes etiam referuntur. A plā/ ta pedis vsq; adverticem capitis non erat in me sanitas. Fontes vberrimi/ ex omni parte mana/ bant. Cæterum vim abluēdi huic inesse sangui ni meo scripturæ testantur. Isti sunt (ait Ioan/ nes in Apocalypsi) qui venerunt de tribulatio/ ne magna: & lauerunt stolas suas in sanguine agni. vim quoq; inungendi & proinde exilarā di & confirmandi. Itaq; (ait Grego. Nyse.) si virtuosus esse velit, vitiorum radices enecet ne cesse est, & aditum/ sanguine. i. Christi fide. inū gat, vt tuta virt⁹ perficiatur. Sed prosequamur. Non poterat non inesse huic humanitati meę/ idq; semper & ab ipso p̄ncipio/ puritas/ absqua ipsum lauachrum/ virtutem sortitur diuinā, ex quo omnes ablueremur, Et differenter quidez, ait. Ego vt hoc lauachro puritatē immitterem in omnes, ipsi vt abluerentur. Sanguis meus illorum lauachrum sit, & originalis maculę & cu iusuis, purificatio, vnde sanguinis martyrū ri/ uuli manarent, illa quoq; ei⁹ virtute ex meo de sumpta. Est illi martyrum sanguini & purificā/ di & abluendi/ sed de mea virtute & gratia/ pro prietas. Lege. Sanctū Damascenum libro quar to de orthodoxa fide. Ipse (inquit Nysenus in eandem fere sentētiam) quasi qui iam puerorū ætatem excesserit, & in iuuenum robur peruene rit, ipse pro seipso manuscum aduersario inserit (quales martyres in pulcherrimo certamine.) duce vsus, non Moyse dei cultore, sed ipo deo iam tūc (vt addit) ad ieffabilem dei cognitionē perductus. Sed ad rem. In pedib⁹ meis, omnes qui per obedientiam mihi subditi fuere intelli/ ge, in illis me⁹ sanguis fuit efficax qui & in om/ nes sufficiens/ per cœlestes vrnas in vniuersum deriuatus. Vrnævero (ait Gregorius Nysen⁹) qui per sacramentalem aquā/ peccatorum sor/ des auferunt. Qualis Ioannes/ Petrus/ Philip/ pus. Omnib⁹ hi/ ad lontoria sunt, qui ministe/ rio suo gratiam prebent. Fui (ait idem spons⁹) matrem præcipue meam, & proinde vnamquā q; consurgētem animam, & ipsam in vniuersuz ecclesiam affatus. Ego olim a Ioanne in Iorda/ ne ablutus. Sed hæc ablutio/ qua haud indige/ bam, omniū aquarū, data illis regenerandi vi, sanctificatio fuit, & totius regenerationis exem plar. Sic enim (aiebam) necesse est nos implere omnem iustitiam. Vt qui toti⁹ veteris legis sum mam in me absolueram, primordia & præcla/ ros fines nouę in me statuerem. Baptizatur (ait Ioannes Damascenus) non quod ipse egeret purificatione, sed nostram sibi ad proprians pu rificationem, vt contereret capita draconum in aquis, vt diueret peccatum & omnem veterem Adā sepeliret in aqua, vt sanctificaret baptistā, & impleret legem, vt trinitatis reuelaret myste/ riuz, vt forma & exemplū nobis fieret ad bapti zandum, Baptizamur & nos p̄fecto Christi ba/ tismate. Et paulo ante. Fere em̄ omnia secundū legem/ aqua purificātur. Vndam genitalem. S. vocat Cyprianus. Lege Eulogium Magni Ba/ silij de sancto baptismate, vt est peccati mors, a/ nimq; regeneratio, amictus splendens, character indeprehensibilis, ecclesiæ iter, cœlorum regni conciliatio adoptionis gratia, captiuorum æris alieni remissio. Pręclare multa Grego. Nazian. in. S. lauachrum vbi triplicem de scriptura gene rationem siue natiuitatē ostendit, quas Christ⁹ dñs in se ipso honorasse videtur. Lumina etiam quatuordecī enumerat. iuxta hæc/ aiens, Hæc lux est peculiaris/ baptismatis illuminatio, in hac parte subscribēs magno Dionysio, qui prę ter idquod de de lucis effigie atq; imitatione in hoc sacramento edisserit, generaliter dicit visibi lia hæc sacramēta intelligibilium qualdam ima/ gines, quibus ad eas recto itinere ducimur. Por ro intelligibilia/ visibilium initium esse atq; scie tiam. Dicim⁹ igitur (ait) diuinam bonitatē (cui semp assunt suę lucis benefici radij) eos in om/ nia spiritualia lumina affatim explicantem. Sz ad lauachrum. Fons totius iustitiæ in baptisma te est. quod magnum & admirandū nostræ sa/ lutis continet (ait Nazianzenus) mysteriū. Ex hoc efficatiā & principiū habent vniuersi eccle siæ ordines, omnia etiam sacramenta, Plena et oīs iustitia in hoc lauachro est. S. Dio. j. c. eccle. Hierar. Si enim diuinus hic status/ dia natiui tas est, nunq; ille aliquid sciet ex his q̄ adeo tra/ dita sunt, neq; operabitur, qui neq; hunc statū cōsequtus est. Quod eleganti cōfirmat vitę hu manæ analogia. Insignē crucis caracterem/ se/ cundū aliquos/ imprimit. Electas ego (ait Dile ctus) aias/ illis vndis laui atq; sanguine meo. La ui pedes meos quomodo iquinabo illos. In cę teris puritatē efficiūt/ puriſſimi vel a cōceptu il li. vt lauachra hæc oīa nō tā ꝓpter me, q̄ ꝓpter illos fuerit. Octo lauachrorū gña scribit in. iiij. de fide Io. Damas, quoꝝ postremū in negatio/ ne de quo Cosm. Hiero. in igne baptizat finali Christ⁹ i persuasos, alia in affirmatiōe sunt. In Spū (inquit Idē) nouificat. Scribunt Luculētis simā exhortationē ad baptismū. Tū Basi. Mag. Tū sacer. Nazia. Eiusdē diaz ēt efficacia. Cypr. Martyr ad donatū plurio affectu edisserit. Cos. Hiero. in dei apparitionem de. S. laua. dñi. Sed ad rē. Quomō inquinabo illos ait? Quo pasto

ipsa poterit puritas inquinari, aut vlla labe inuri, aut lux ipsa immensa aliquando tenebrescere. Obserua ex hoc loco omnia spiritualia ī epithalamio isto & carmine nuptiali esse, vt in diuinas & spirituales vniones referantur omnia. Lauit enim dominꝰ Iesus pedes, vt lauachro p̄seruante supra oēs eiꝰ parēs purissima diluta etiā sit, prꝫter id qđ decreto perfusa fuit (sieruditis credimꝰ) lauachro. Lauit se inuniuersuꝫ dñs vt totū hominē sanū faceret quēadmodū in euāgelio expressum est, in eo quidē sabbato & vera quiete, quā ipse non antiquꝫ Cerimonię p̄starent, tametsi dñs etiā auctore Damasc. obseruauerit. Et oēm legē (ait) & sabbatū seruauit, vt impleret & sisteret legē. ex quo vero baptizatus est, & Spūs. S. sup eū in Iordane apparuit, ex tūc spūalis cultus & cōuersatio & cœlorꝫ regnū p̄dicata sunt. Sed istud p digressionē. Ad ęternę lucis affigiē (ait Dei fer. Dio.) atqꝫ imitionē dīnꝰ formaſ antistes, accedēte semp (ad .S. lauachrū, scꝫ) ad dię bonitatis imaginē, illuminare paratꝰ. Hęc in. c. ij. de Mysterio illuminatiōis siue baptismatis. Cui accinit Cos. Hiero. O Dauid ades spū illuīatis. i. baptizatis ī fide dicens. Illuminamini. Inde & trinitatis aspiciemus lumen ī occiduū. Nihil caret mysterio, vniuersa oculis plena sunt, micāt scintillę & fulgura ex aīalibꝰ, & rotę ipsę, aīalia sequtę, etiam oculis plenę. Quomodo igiſ inquinabo illos? Quomodo īquinari poterūt hę sancte (vt spiritualiter intelligas) affectiones: q̄ pedibus ipis designanſ. Hę quatergeminæ affectiōes meę ī quibus veluti aureo quodā fonte, oīs purificādi vis & moderādi affectiones inest. Meū gaudium, mea tristitia, timor & spes q̄dā, si modo spes vlla in me esse poterat, qui clarissime omnia contuebar & sancta perfruebar triade, sed illa fortasse, quæ in parte sensitiā erat, in ipso affectu erat, siue propter gloriaꝫ corporis, aut electorum, qui potituri erant regno spes qualiscū qꝫ erat. Tantisper dum hic mortalis agebam.

Hic erat quatergeminus fons meus, a mea terra exortus, vniuersam superficiemꝫ terrę irrigās, e terra etiam superbenedicta manās, vt reliqū omne benediceret. In quam ferme sententiam. Cyprianus libro de Cardi. Christ. operibus, si eius tamen est. Ornata erat ecclesia quasi paradisus, fontem cōtinens gratię. Flumina etiam in vitam ęternam salietia. Hinc egrediētia quatuor euangeliꝫ flumina, secū regeneratiōis euehunt lauachrum. Sꝫ ad institutū. Dispositiōe opus & dia capacitate. vt mūdi (ait Dio.) mūda contingant, Solisqꝫ coīcēt diuina, diuinis, perfecta, perficientibꝰ, sanctisqꝫ sanctissima. In me (ait) Hi purissimi fontes, hi etiam pedes & cœlestes affectus, in me continenter purissimi καὶ καθαροί. ex quibus omnis in aliꝭ puritas fit. In quo fortasse sacramēto passus est dominus a muliere peccatrice suos pedes ablui. Cuiꝰ deuotio vsa est (ait Cyprianꝰ) lachrymis p̄ baptismo. Contra dominus abluebat lauantem, tergebat intrinsecus, p̄nitentē, idqꝫ etiam diuinis affectibus suis. Cum (vt ait Diony. c. ij. eccles. Hierar.) sit mortalibus ex p̄pria bonitate propicius, noscqꝫ sibi iungēdo atqꝫ inserendo, ignis instar, quos iunxerit iuxta singulorum propositum atqꝫ aptitudinęꝫ similes facit. dei formi similitudine ipsi non sibi viuant. De quo viuēdi instituto dicebat Apostolus. Viuo ego, iam nō ego: sed viuit in me Christꝰ. & Mihi viuere xp̄s est: & mori lucrum. Et iterum. de cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Gratia domini Iesu Christi, cum omnibꝰ vobis Amē. Et alibi. Christo enim crucifixꝰ sum. & hortabatur alios oīs Videte ne sensus vestri corrumpantur a charitate, quæ est in xp̄o Iesu. Ego ait per legem, legi mortuus sum: vt deo viuam. In hac tanta diuiniformitate & pro cruce confixione (vt quidam ait) tristitia inūdat: concupiscentia fruſ? germinat: timor fideles liberat: gaudium lætificat. Cæteqꝫ etiā veni (ait) vt vitam habeant & habundantius habeant. Iuxta quod dixi, iterū veniam ad vos, & gaudebit cor vestrum, totuꝫ igitur gaudiuꝫ nostrum xp̄s est. ait Cyprianꝰ, in lib. de mortalita. Crucis tropheo ait ī. S. pascha. Naziā. in superabile flumen deficiet. Sol stabit & Luna firmabitur, muri corruēt, crabrones pręcurrēt, & cum illis narrantur, a deo tibi dabuntur qui per ea quæ passus est pati docet, & per ea q̄ glorificatus est, gloriari donat. Sed ad rem. Et in hanc intelligētiā lauī pedes meos: diuis affectionibus meis sanctorum meorum affectiones puriores, reddidi. Quomodo inquinabo hoc est īquinari sinā illos. Charitas (iqt) Ioannes non excidit: nec esse p̄destinati poterant, qui exciderunt. Omnis (inquit Ioannes) qui natus est ex deo: peccatum non facit. Quoniā semen ipsius in eo manet: & non potest peccare: quoniam ex deo natus est. Et iteruꝫ ex nobis prodierunt. Sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis: permansissent vtiqꝫ nobiscū Sed vt manifesti sint quoniam non sunt omnes ex nobis. Intellige hæc omnia quantum ad finalem quam vocant p̄destinationem. Vis adriuum intelligens videre: vt dominus lauit pedes suos, in Cena discipulorum suorum pedes lauit: in quibus suos lauisse dicit. Suorū quippe

mẽbra: ſua facit: ſua exiſtimat: qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo: & de eccleſia ſua & membris dicit. Deus deus meus reſpice in me quare me derelinquiſti: longe a ſalute mea verba delictorum meorum. Hoc igitur paſto pedes diſcipulorũ meorum lauit, in quib⁹ vt in me diſcipulorum fundamẽta iacienda erant. Quomodo inquinabo illos? & ſi omnes me relicto fugerint: tamen ſancto lachrymarum flumine ablutí: ad me reuertent. Diſperſos illos & filios Iſrael congregabo. Vt audentur confiteantur nomen meum coraꝫ hominibus. Sanctus Cyprianus in ſermone de ablutione pedum, hũc locum de fideli anima edifferit. In hoc ſe periculo fluctuantem (ait) anima in Canti. Canti. conqueritur. Lauí pedes meos, quomodo inquinabo illos. quod ablutum eſt, timet iterum inquinarí. Sed in via lutulenta vix aliquid ſolidũ vbi pedem figat inuenit, & in quibus ſæpe prouoluta eſt, paludũ inquinamẽta formidat. Difficultas in hoc opere (ait Lyrienſis) quia non apparet lucide quibus perſonis parabolæ ſint applicandę. Api igitur (ait dilect⁹) mihi ſoror mea: interea dum expectatio illorum eſt: & vniuerſę eccleſiæ congregatiõis, in te conquieſcã, Et ī templo & tabernaculo quod elegí manebo. Ne differas aperire, quia vrgent impellunt quoq; grauiſſimis agentes tormẽtis & vitupationibus me inimici mei: quos amicos facere olim innũerabilib⁹ bñficijs molitus ſum. Quia caput meũ plenũ eſt rore & cicini mei guttis noctiũ. Plen⁹ ſum gr̃ę & veritatis, quo te etiã his repleam, de plenitudie tua accipiẽt oẽs, vniuerſi miro affectu ad te current. veluti ad thronũ gr̃ę, q̃cũq; meliora & digniſſima ſunt recepturi. Erũt tibi p admirãdis efficiẽtijs tuis in oẽs, noia plura. Nũc te mię parẽtẽ, nũc conſolatiõis, bonaq; quoq; annũciationũ ſcti q̃q; iuuaims & ſpei adclamabũt & talibus innũeris denoiationib⁹ honoraberis. Gr̃a dñi Ieſu, Cui omnis veneratio & gloria. Amen.

Libri Septimi. Homilia.x.



Ilectus me⁹ miſit manũ ſuã p foramẽ: & venter meus intremuit ad tactum eius. Admirabilis vbiq; ẽ: dię ſcripturę ars. nõ, nũq; ponũtur coniũctũruue ex ipſa litterę ſerie ſenſus myſtici: atq; inter illos is em mei: qui ſecũdũ hyſtoriam dicit, qui cũ ſpũali ſubinde coincidit. Niſi em̃ (ait Nyſe.) ſpũalẽ ſenſuꝫ ſequamur, nullã idoneã ſufficientẽq; cauſam poterimus inuenire. Monet, per hęc enigmata alt⁹ q̃dã cõfectã da. Hoc eſt. qd̃ana dixerãt ſodales. Murenulas aureas faciem⁹ tibi: vermiculatas argẽto. Multa ſunt in hoc pręſertim epithalamio, q̃ myſtice in matreꝫ dñi referãtur: pleraq; adeo aperta ſunt: vt nõ iam ſecundum myſticos intellectus illa interpretent, ſed plenũ iuxta litteram intellectũ habeant. vſq; adeo vt inter myſticos intellect⁹, hyſtoriæ ſenſus veluti vermiculatiões argenti ꝓmineãt. Frequẽs eſt in ſcripturis, auruꝫ ad myſticos intellectus: argẽtum in eloquia explanari. & is videtur nobis intellectus eius loci Murenulas aureas faciem⁹ tibi, vermiculatas argento. Inſcribuntur plerq; Pſalmi ꝓ Salomone: qui typum domini & re & noie geſſit. Propterea de xp̃o myſtice intelligũtur: q̃dam tamẽ adeo ſublimia ſunt, vt tm̃ xp̃o, Salomõi neq; cõuenire q̃ant. Quis de Salomõe illud intelliget? Thronus tuus deus, in ſeculũ ſeculi: virga equitatis, virga regni tui. Et iurauit dñs Dauid & nõ fruſtrabitur eũ: de fructu ventris ponam ſuper ſedẽ tuã. Quid tãto iuramẽto, pro regno breui finituro op⁹. q̃dã in eo. cxxxj. Pſal. ad Salomonẽ & myſtice ad Chriſtũ, quędã vero iuxta ipſa eloquia tm̃ ad Chriſtum pertinent. quæ multis proſequitur lib. de ciuitate dei. S. Auguſtinus. & non ſemel annotat Orig. Texit ꝓphetiam de Cyro Eſaias, qui inſigne ob eius admirandam clementiam. prętulit dñi Ieſu ſacramẽtum. Pleraq; tm̃, veluti argenti vermiculatiões, interſerit: quæ de *Chriſto domino, tantum in*telligantur. idq; frequentius cæteris fecit. Eiuſdem domini hũanitatem diuinitatẽq;, miracula, geſta, veluti ex euangeliſtis vnus enarrans, apertiſſimę oẽs domini act⁹ & ſacramenta apit. Hanc ſępe cõſuetudinẽ in aliꝭ inuenias. Lege Hieron. ad Paulinum. Dilectus meus (inquit) Poſuit manũ ſuam per foramen & venter me⁹ intremuit. Pulchre dixit Gregorius. Lapidis capacitas quam foramen appellauit & cętera, ad altius & cõuenientius, regula anagogica, reducentur. Hæc ad virginem matrem domini iuxta primam intelligentiam hoc eſt iuxta eloquia ipſa pertinere videntur. & myſtice ad eccleſiaꝫ ſiue perfectam quamcunq; aliam animam referri, quędam vero ſic aperte ad eccleſiã pertinẽt: vt Allegoricos de matre domini intelligantur. & hoc in toto epithalamio frequens. & huiuſcemodi inſtitutio apertam dat materiam exꝓlanandi ipſum epithalamium. Lege Ioannem Baptiſtam hebræum, quædam loca adeo

aperte ſacratiſſimę deiparę aſcribentem, vt nul lus inficias ire poſſit ad illam cœleſtem matrem hoc pertinere. Richardus a Sancto Victore eo loco, Tota pulchra es amica mea, de ſuperſan cta virgine Maria explicāt. Beata Maria virgo (ait) tota pulchra fuit, quia ſanctificata (hoc eſt præſeruata) in vtero, ab vtero quoq; egreſ ſa nec mortale vnq; nec veniale commiſit, ante cōceptionem filij dei cuſtodita a peccatis, poſt hanc vero ita cōfirmata, vt peccatum omnino committere non potuerit. Et in ſequentibus, in eo loco. Quæ eſt iſtà quæ aſcendit, totum ad deiparam virginem vel iuxta iacentem litteraꝫ refert. cui publica eccleſię conſuetudo aſtipula tur. Quę p digreſſionē dicta ſint. Quædā ve ro obſcuriora ſunt: q; vt ad illaꝫ, iuxta ipſa elo quia & hyſtoriaꝫ applicari poſſint. Sed ad ipaꝫ explanationē veniam⁹. Dilect⁹ me⁹ ait. Quis ali⁹ dilect⁹: niſi ille qui Idida domini & ſuę ma tris eſt: verus quippe Salomon qui non tantū dilectus, ſed ipſa dilectio & amor eſt. Pacificās per ſanguinem ſuum quæ in cœlis eſt & in ter ra ſunt. Poſuit (inquit) manum ſuaꝫ, illam qui dem de qua ſcribitur. Dextera domini fecit vir tutem: & ipſa beatiſſima virgo ceeinit Fecit po tentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos men te cordis ſui. & in Pſal. In manu eius ſunt oīs fines terrę. & Sanctus Eſaias. Sed adhuc man⁹ eius extenta. Vnigenit⁹ quippe dei filius illius ſummi patris manus vt alio loco diſſeruim⁹ eſt eius ratio, logos, & ſermo. Qm̄ per ipſum om nia facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil. Pul chre Nyſſe. Manus dei quid aliud eſſe poteſt, q; creata rerum virtus, ipſe vnigenitus, qui & currentibus locus eſt, & via, & lapis confirma torū, & domus quieſcentium. Miſit quidē verbum ſuum & manum ſuam per foramen: quan do per Angelum cęleſtium nuptiarū paniphū virgini huiuſcemodi ſalutationem mandauit: Aue gratia plena dominus tecum. benedicta tu in mulieribus. Nec id ſolum, ſed quod cōſequē ter anneſtit. Quod em̄ ex te naſcetur ſanctū vo cabitur filius dei. Foramen quidam in hanc in telligentiam autē interpretarentur. in cuius lau des eccleſia concinit, quę per aurem cōcepiſti. ſed ſatius eſt i ipſam totā virginem propter ſin gularem eius obedientiam ſiue potentiam obe dientialem quam Neoterici vocant, interpreta ri. & veriorīs quidem petrę foramē quomodo Angeli auctore Hylario in foramina quædam ſufficiunt. Capacitas autē, foramē verbis Apo ſtoli (ait Grego.) oſtenditur etiam domus non facta in cęlis, & is locus apud dominum i Exo do (vt totū diuinum intelligas eſſe) in quo ſin gulariter apparet dominus. Olim i foramie pe tre apparuit Moſi & Helię & ipſam eccleſiaꝫ in eodem epythalamio hortatur: vt veniat in fo raminib⁹ petræ: in cauerna macerię. Tota quip pe fuit obedientia ipſa beatiſſima virgo & do mini ſponſa, nec vna modo: ſed omnis omnū obedientia, in ea fuit: & vſq; adeo firma: vt to tius cœleſtis eccleſiæ ſuper eam veluti firmiſſi mam petram edificiū conſtrui poſſet. & obeā fortaſſe cauſam in foraminibus dicit. Miſit igi tur manum ſuam per foramen, quando ipa an nuente & hæc explente verba, Ecce ancilla do mini fiat mihi ſecundum verbum tuum, verbū caro factum eſt: & in illo ſanctiſſimo vtero, tem templo & tabernaculo virginis, verbum caro factum, et habitauit in nobis. De quo Ioannes cum cæteris eius temporis deiferis viris dicere poſſit, Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a patre, plenuꝫ gratię & veritatis. Et venter meus ītremuit ad tactum eius. Quid ex iſtimas non fuiſſe tremefactum ob ſingularem reuerentiam, vterum tum virginis? Quando immenſum, æternum, infinitum, & quem cœli capere non poterant, in ſuo ſacratiſſimo vtero concepit, contulit, concluſit? Quando tū deitatis lux, aſſumpta carne in ea (ait Sanctus qui dam) illuxit hominibus, camq; omnimodo in corruptam ſeruauit, virginitatis viriditate nul lo pacto commutata. Sed hic ſoluēdi calcei & omnis paſſionum pelliceus amict⁹ vt tanti my ſterij cognitio poſſit ſuſcipi. Littera cadēte (ait Nazianzenus) Spiritus pręcellit. Antea ad ſa lutationē Angeli tota tremefacta & turbata eſt. Quæ cū audiſſet turbata eſt in ſermōe & cogi tabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Multomagis ob domini, & dei ſui in ſuo ſacratiſſimo vtero de Spiritu Sancto concepti, reuerentiam intellige tremefactā. Quando ipſum verbuꝫ, ipſe vnige nitus dei Filius in vtero erat. Et fortaſſe admi rāda verba (neq; enim ipſe logos ſine ſermone eſt) i eo templo tum loquebatur. Immo logos ipſe quid aliud q; ipſe ſermo eſt, ęternuꝫ & per petuo loquens verbum, ſermonem interpreta tur Victorinus. Firmianus Satius tamen (ait) in omnem ſignificationē λὸγος. Intellige hūc tremorem in affirmatiōe. & ineffabili ſuauitate quomodo tremunt Angeli & ſuperną virtutes quo pacto poſt Auguſ. quidam recentior pul chre explicuit. Spiritualibus oculis in contue dis diuinis op⁹: ſpiritualibus etiam auribus, in verbo dei & tāto ſerōe pcipiēdo: huiuſcemodi aures btiſſima parēs nacta erat. qb⁹ ſubſtātialē dei ſermonē intelligeret. Nec mireris ad verbi dei contactū tremuiſſe vterū eiuſdem. Nec em̄

istud recens erat. De Mose refert Apostolus in epistola q̄ ad Hebreos inscribitur: & ita (inqt) terribile erat quod videbatur. Moyses dixit ex territus sum & tremebundus. Daniel. Ego autem relictus solus, vidi visionem grandē hanc: & non remansit in me fortitudo: sed & species mea immutata est in me: & emarcui nec habui quicq̄ virium. Iustissimus (ait Chri.) qui tātū apud deum valebat, conspectum non tulit Angeli. Et paulo post ait. & quomodo poterit seruus dñi mei lo qui cum dño meo: nihil em̄ in me remansit virium. Dño apparente in rubo Mosi & sancte Trinitatis illi prodente mysterio. Ego sum (inquit) deus patris tui de⁹ Abraam deus Isaac & deus Iacob: abscondit Moyses faciem suam. Non em̄ audebat aspicere contra deum. Quo em̄ sapientiores sunt (ait Chriso. contra Anomeos) acpropius ad inefabilem accedunt substantiam, eo magis q̄ sit incōprehensibilis norunt. Auget admirationem & metum, sapiētiæ magnitudo. Porro ille virtutes pauorē metumq̄ suum omnibus rebus aperuerunt. auertunt oculos, pinnis se obuelant. Cos. Hieroso. Baptista dñi trepidus palmam extendit. Gedeon viso angelo domini ait. Heu mi dñe deus: quia vidi angelum domini facie ad faciem. Dixitq̄ ei dominus. Ne timeas non morieris. Tremor in diuinæ visionis aut perceptionis principio concutit mentem. Demū, contra q̄ in falsa diaboli apparitione, admiranda sequitur cōsolatio. Id quod aperte in genesi explicatur, vidi (inquit) dñm facie ad faciem: & salua facta est anima mea. Possumus ista referre ad id tempus: quo dñs in cruce virginem virgini Ioanni cōmendauit dicens. Mulier. Ecce fili⁹ tuus. Posuit quidem manum suæ diuinę ꝓuidentiæ: q̄ & sermo & verbum est per aurem: & commota sunt eius viscera. Quę nā inquit cōmutatio ista est: vt pro ęterno tēporarium accipiam: ꝓ creatore & vniuersi domino creaturam: ꝓ rege seruum: pro meo filio quem in vtero concepi & nouem mensium spatio portaui adoptitium filium accipiam. Hanc vero positionem manus accipe: qūo illud. Vt facta est vox salutationis tuę in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et iuxta hanc explanationē, sensus sequentium verborum planior est. Surrexi vt aperirem dilecto meo: vt illuꝫ in penitissimis cordis mei: in finibus meis reciperem, creatore: non creatura contenta, saltem fungerer aliquo in defunctum munere. Manus meę stillauerūt myrrhaꝫ & digiti mei pleni myrrha probatissima. Hoc em̄ pacto cū Ioseph & Nicodęmo & alijs sanctis mulierib⁹ ꝓpositio vnigenito filio meo parētabam. Difficile eandem in oībus seruare consequentiam. Q̄d annotant Chriso. & Hiero. Vtinam vel eminus dicere possemus q̄d Origenes. Sępe, deus testis est (ait) spōsum mihi aduentare conspexi, & mecum esse q̄ plurimum: quo subito recedente inuenire nō potui, q̄ querebam. Rursus igitur desidero eius aduētum, & nonnunq̄ iterum venit, & cū apparuerit meisq̄ in manibus fuerit, comprehensus, rursus elabitur, & cum fuerit elapsus rursus a me inquiritur, & hoc crebro facit, donec illum vere teneam, & ascendam innixus supra fraternē meum. Si me q̄ritis (inquit) studiosi⁹ q̄rite. In loco difficili cogitur Hieronymus. diuersas interpretationes sequi. Vtinam ea puritate essemus vt possemus aduentatē vel pro intelligētia scripturarum, dilectum conspicere, vel tāquā quodam interno motu (vt ait Bernardus) sentire Sit venia superbenedicte Iesu ausis. Si enim (ait Chriso.) tanta Spūs sancti flumina perpetuis limpidisq̄ amnibus manantia, oēs humanas vires insūpserunt, & nihil q̄d par sit virtute diuina, eructarūt, vbinam tenuissima sermonis gutta comparebit? Cum talis ac tāta sermonis eminentia proponitur? Nō capit humana ratio vt sermo ille q̄tum addecet p̄dicetur. Pessulū hostij aperui dilecto meo: immo vero me totam ipsi etiam viuenti & mortuo reseraui: nec poteram alio satiari q̄ illo: qui pulcherrimus erat forma super filios hominum. Omnia vota mea erant in ipso, omne meum desiderium, vel ꝓ iugi omnium ecclesiarum sollicitudine, in ipso, ex quo omnis omnium salus pendet. At ille tā declinauerat atq̄ transierat. Iam pro patribus redimendis ad inferna descenderat expleturus illorum salutem & paradisiacum lumen illaturus. Anima mea liquefacta est vt dilectus meus loquutus est. Istud ad p̄cedentia refertur. Qui ę cūq̄ vnigeniti filij sui vox, illi inenarrabile incē dīū amoris erat, illa Ioāni matris cōmēdatio, etiam auctarium amoris fuit. Tot & tantis sublimitatibus elata, adhuc ardet desiderio, tanq̄ eo carens, quo semp fruebatur, longe Mose in hac parte superior. Tante pulchritudinis amatrix, quod viderat imaginem putans (ait Grego. Ny.) ipso frui primitiuo desiderabat. Que sui (ait) & non inueni illum. Ad tempus quo mortuus in sepulchro iacuit referendum est: sicue postea q̄ in cœlos conscendit & ipsa regina cœlorum sui semper videndi vnigeniti filij inenarrabili ęstuabat incendio & per omnia quærebat illum. Possemus non inepte propter mysteriorum magnitudinē & multitudinem: vtrū q̄ tempus accipere: nulli nos coarctantes. Ipsa

quippe epithalamiꝫ cātilena vna oīone breuiſſima multa cōplectitur vice etiā oīm cœleſtiuꝫ et pfectaꝝ aiarū & totius eccl'iæ iſta profert. & veluti prurbateꝫ & amoris ſ̄tib⁹ aſtæ mentis ode ſiue cō ſo eſt. Queſiui (īqt) & nō iueni illū ☞ enim in ſpeculo & enigmate deū contuetur, aut ī ſuperiori quodā lumie claris obtutibus inferiore: optabat facie ad faciem videre: et ſatiari ab vbertate dom⁹ dei: & ī puriſſimo filiꝫ lumine, lumen paternū contueri. ab his quę cō phēderat (ait. S. qdam) ad occultiora cōpellebat. Vocaui ait. Quę rulas voces p̄ nimio deſiderio ad illū emiſi. Et non rndit mihi. Suaeiñ ſunt ſtata rebus omnibus atqꝫ myſteris tempora. Tempus flendi, ☞ diu in hac valle lachrymarum ſum. Temp⁹ in illa cœleſti Hieruſalem perpetuo ridendi & mita exultatiōe & gaudio perfruendi. Tēpus tum amplexandi, nunc tempus vt meliora mihi & vniuerſę eccleſię promerear longe fieri ab amplexibus. vt ſecūdum magnitudinem tribulationum mearum: eius conſolationes lętificent animam meam. Certa ſum eiñ. quod neqꝫ mors neqꝫ vita, ſeparabit me a charitate dei, quę eſt in Chriſto Ieſu domino. & filio meo huiuſce rei maximę conſcio. tamen languco, & tantiſper languebo quouſqꝫ tandem mihi apparuerit illa gloria inenarrabilis, quę finem non habet: & illo iugiter perfruar, cui oīno iure deuīcta ſum. Interea vero dum errabunda illum per omnia loca quęro: Inuenerūt me cuſtodes qui circumeierūt ciuitatem, percuſſerūt me, & vulneraverūt me: tulerunt pallium meū cuſtodes murorum. Ad refugas Spiritus iſtud referri poteſt. Demō quippe qui ab initio cecidit & homicida eſt, tāqꝫ leo rugiens circuit q̄rens quem deuoret: & impñ Spiritus cum illo ī circuitu ambulant. Hæc vero vulnera & palliꝫ ſubſtractionem, perſecutionem temporalē i telligę. Quia illam in anima non tetigit Abimelech: qui eſt rex ſuper oēs filios ſuperbiæ: quem ſuperauit dum ab ea iudicabat vel in hiſce pſecutionib⁹. Lege Arnobiū in Pſal. I. atqꝫ ipſa cō triuit caput eius: & ſuſcepto clauo deī taberna culo, poſuit ſupra tēp⁹ capitis eius, pcuſſumqꝫ malleo defixit in cerebruꝫ. Inſidiatus eſt diabolus eius calcaneo, & filium percutiens, eodem gladio ipſam percuſſit de quo dictuꝫ eſt: & tuā ipſius animā ptranſibit gladius. In pallio oīm bonorum tēporalium ſubſtantiam etiā cōiꝫce. Vt vix iſtar filiꝫ hret vbi caput reclinaret. Idqđ i natiuitate dñi, ī Aegypto vbi ſeptēnio exul delituit & poſt domini paſſionemꝫ fortaſſe euenit. Ne vlla dei imitatio illi deeſſet. In perſecutionibus (ait Sacer Ignatius) patiens. Poſſumus in pallio honoremꝫ aduertere: quem Iudęi & in Iudęis diabolus illi auferre ſatagebant. Legę elegantiſſimum librum S. Floren. Tertu. de Chriſtianorum pallio, Tulerūt (inquit) Pallīū meū cuſtodes murorum: in quos principes ſacerdotum & Phariſæos, qui illi vrbi prędrant, intelligere poſſumus. Non poſſunt apoſtatæ Spiritus cuſtodes murorum eſſe, magis vero obſeruatores, ſed ad ſubuerſionem. (Hęc omnia vn⁹ illo rū ait regna tibi dabo ſi cadēs adoraueris me) vt beatiſſimi angeli ad tutamē & protectionē Super muros tuos Hieruſalem (inquit) poſui cuſtodes, tota die &c. nō tacebunt laudare nomen domini, ſuos etiam cuſtodes deligit princeps demoniorum. Adiuro (inquit) vos filiæ Hieruſalē, O cœleſtes animęꝫ, O fœliciſſimęꝫ mētes, quæ beato ęuo perfruimini, ſi iueneritis dilectum meum: quē iamiā in auguſtali illa aula inueniſtis, vt nūcietis ei, quia amore langueo. nec quiſqꝫ alius meo iſti ſuccurrere poteſt languori, poteſt ad eas, quæ adhuc in hoc certamine ſunt, filias Hieruſalem referri, quibus q̄ñqꝫ apparuit dominus, & viſus eſt facie ad faciē vt Paulo & olim Moſi Ioanni quoqꝫ vt plerīqꝫ exiſtimant & Stephano. Vidit nempe (vt deilo atteſtatur ſcriptura) gloriam dei. Gloria quidem domini, ei⁹ eſſentia & entelechia eſt. Hæc ſunt quę in tam difficili loco iuxta iſtam explanationem dici poſſe videntur. Tentemus ſi alter iuxta prędcedentem intelligentiam explanare poterimus. Gratia domini Ieſu cui cū Patre & Spū Sancto oīs honor & gloria. Amen.

Libri Septimi. Homilia. xj.



Vrrexi, vt aperiem dilecto meo. Manus meę ſtillauerūt myrrhā Et digiti meipleni myrrha probatiſſima. Reddita mihi per angelum ſalutatione reddita etiā rōe quonāmodo iſtud fieret. Siquidem virum non cognoſcebam: nec pro voto meo erat, niſi aliter dominus reuelaſſet, cognitura. Surrexi vt aperirem dilecto meo, tota in diuinam extaſim ſuſpēſa: ſurrexi, vt verbo diuino ſpōſo meo, vt ſpiritui ſancto etiam ſpōſo aſſentirer, & meā voluntatem illius voluntati perſimilem facerē. Annui quippe ipſi, & aperui nouo modo itroire volenti: quando ſumma reuerentia in cœluꝫ ſublatis. oculis genibus in terram demiſſis, cęleſti interna maxime peracta geniculatione, dixi:

Ecce ancilla domini fiat mihi ſecūdum verbuz tuum. nō modo ſurrexi/vt aperirem/ſed haud dubie aperui: & ipſe ingreſſus/verbum caro factuz. & pro tabernaculo & tēplo corporis mei in eandem hypoſtaſim duę venere naturę, diuina & humana. Infinituz diſtantia iuncta ſunt, in pulcherrimā abſcę confuſione commiſſurā. Difficile eſt ſequētia (quę cōtraria primumre/ſpicientib⁹ huic interpretationi videtur) iuxta hanc eandem cōquentiaz explanare. neqę Hiero. in eo libro vbi de duab⁹ meretricib⁹ diſſerit exactam p ſingula exigit allegorię cōſequenti/am Nec eſt neceſſe ait (quidā Hiero. imitatus,) vt omnes vaticinij partes adamuſſim quadrent vel hiſto. vel allegorico ſenſui, qđ ſępe q̄dā admiſceātur in hoc vt cohereat narrationis ſeries/ At ille declinauerit atqę trāſierat. Latēt ingētia myſteria in verbis nōnūqę viſis cōtrarijs. Agit ſubitario diuinū et admirabile verbū. Gñationes q̄ in tēpore fiunt: ſucceſſionem habent: & tempore abſoluunt: & pręcipue in generatiōe hominis grandis ſucceſſio eſt. Cor prius (ait quidam) ex illo quoniam deſcēdit in artus vitalis calor. ex pleno ſeu flumina fonte. In conceptu vero dominico nulla. ſed ſtatim expletis verbis integruz ibi corpus & anima ſimul cum ſuper ſancta diuinitate fuerunt: in eādē hypoſtaſim & perſonā, quę eſt dñs noſter Ieſus chriſtus θεάνθρωπος dato concenſu/qui videbatur quędam aſſurrexio, ſiue in omne obſequiuz & obedientiam ſubleuatio. Manus meę ſtiliaverunt myrrham: & digiti mei pleni myrrha probatiſſima. Siquidē p me in qua diuina hęc myſteria peracta ſunt: in omnes immortalitas emanauit. Mea operatiōe. ſcz. & virtute ſpūſancti, quę in digitis ſolet plerūqę intelligi, ſalus & incoruptio in omneis reddita eſt. Nec enim vnigenitus meus filius, in corruptionem deſcēſurus erat Quęnā (inquit) vtilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionez. & ſanctis qui in terra forent: mirificatur⁹ erat omnes voluntates, hoc eſt ſacroſanctā imitationem ſuam & deiformitatem in eis. Vt incorruptus me primum immortalem conſtitueret: et proinde omnes. Et obſerua vt pulchre manum & digitos propter opus & gratias ſimul connectit. Olim rationale ſup humerali firma cōpage & cęleſti nexu coherebat: hic amplius aliquid eſt, vt opera (quippe quę per manus deſignārur) ipſi gratię & ſpiritu ſancto cōnexa ſint: & tam quidez iūcta: & ſimul colligata, vt vna ſint virt⁹ ad beatam vitā promerendam: nec gratia quicqę ſine operibus efficit. Pulchre dicit ſacer Auguſtin⁹. qui fecit te ſine te: non ſaluabit te ſine te. &. S. Ioannes Antiochenus. Da quod tuū, & dominus dabit quod ſuum eſt. deus enim (ait homilia/de cōuerſio. Pau.) ad ſaluandū non in voluntarium, ſed voluntari. petit, vult oēs ſaluos fieri/at non omniuz voluntas/eius voluntati obſequitur. Nec cōtra opera ſine dei virtute & gratia efficere aliquid poſſūt/quomodo in epiſtola ad Galathas ait Apoſtolus. Quoniā aūt in lege nemo iuſtificatur apud deum: manifeſtum quia iuſtus ex fide viuit: ex fide quidez. q̄ per charitatez ſicut in alio loco dicit operatur. Cōtēdit Apoſtolus in epiſtola ad Romanos, Ex operibus legis neminē ſaluatum ire: ſed ex gratia. Si autem gratia (inquit) Iam nō ex operibus: alioquin gratia/iam non eſt gratia. Et in epiſtola ad Epheſios. Gratia eſtis ſaluati p fidem. Et hoc nō ex vobis, dei enim donuz eſt: vt ne quis glorietur. Ipſius enim ſum⁹ factura: creati in chriſto Ieſu: in operibus bonis: quæ p̄parauit deus vt in illis ambulemus. Hic aptiſſime iungit gratiā operibus: nequaqę talia opera quę cum gratia/ſunt, ſecludens: ſed quę ſecorſum ſunt a gratia. Secundū quod dixit. Nō eſt currentis neqę volentis ſed dei miſerantis. Sed ad ꝓpora interim redeam⁹. Et vide quid ait, myrrham probatiſſimā. iuxta quaz loquendi cōſuetudinem dixit Propheta. Eloquia dñi eloquia caſta: argentum igne exminatū purgatū ſeptuplum. Dei eñ perfecta ſunt opera. In hac igitur probatiſſima myrrha: opera charitatis & miſericordiæ intellige: aut q̄ non ſine charitate ſūt. Patientia eñ/per charitatem op⁹ perfectū operatur. Emulamini (ait Apoſtolus,) chariſmata meliora: & adhuc excellētiorem viam vobis demonſtro. Si linguis hoim loquar & angelorū/charitatē aūt nō habeā factus ſum velut ꝙs ſonans. Et poſt multaz charitatis collaudationē/addit: charitas nunqę excidit. Hæc p̄cipue ī dei pura virgine fuit. totum hoc opus incarnationis amor & charitas fuit. Hęc ē illa myrrha pbatiſſima & ꝓma, ſuapte ſpōte nullavi aut coactione manās. Peſſulū oſtij mei aperui dilecto meo. In peſſulo oſtij/volentis actionem vel efficatiā intellige. Illa agendi energia & tanta efficatia, voluntas qđē claudit & aperitur. Et geminat. hic hanc apertionem. Vt ingens votum & deſiderium virginis ad humani generis repationē, ſiue anteriorē p̄parationē oſtēdat. Hic vero abſolutum conſenſum demōſtrat. Fuit diuina virgo in diuinam voluntatem & obſequia paratiſſima: & conſalutante Angelo, magis ac magis accincta. Proditum illi fuit per Angelum/ingēs myſterium. Quod enim ex te naſcetur ſanctuz: vocabitur filius dei. Quia non erit impoſſibile

apud deum omne verbum. Magnum hoc erat vt se accingeret & in tantam salutem prepararet momētū. At ille (inquit) declinauerat, a cœlo in vterum meuz veniens: Atqꝫ transierat oēs colles veterum patruz & ꝓphetarum sanctarū quoqꝫ mulierum, vt in tabernaculo meo quod sāctificauerat recūberet. Vix verba finieram & iamtā mysterium inefabilis corporationis ī vtero absoluerat, exultauerat vt Gigas ad currendam viā, perfecta a summo cœlo egressione eiꝰ. vt subitariꝭ declinationi & trāsitui istud omne conferatur. Siue in eo (quod ait,) declinauerat atqꝫ transierat: subitariam huius tanti cōceptus efficaciam intellige: siue ingentis mysterij arcanū. Deus quidē est. qui hic declinat & transit q̄ est oīm Hebrꝭorum & Catholicoꝝ sententia: qui & dilectus hoc loco est Salomonis noīe intellectus. Et cuz immensus sit, infinitum eius transitum & declinationē esse oportet: at is, immobilitas est & per omnia se fundēs statiua immensitas, Nec adeo his coartabatur vteri virginalis claustris: quin in paterno sinu existēs omnez ambiret repleretqꝫ cœli latitudinez. Atqꝫ in angelicis, numinibus, intellectiliter: atqꝫ in vno quoqꝫ procuiusqꝫ captu esset: in mentibus q̄qꝫ humanis rationaliter: in rebus omnibus essentialiter. Sed diuersæ pro multiplicibus rerum gradibus, omnia replens: omnia infinitum, superans: anemine ꝓpter eius ingentem penetratum exclusus, a nullo vnq̄ꝫ propter immēsitatis magnitudinem inclusus. Num hic talis et tantus tam multiformis & vniformis in vterū virginalem tanq̄ꝫ sponsus procedens de thalamo suoveniēs, tamen declinasse & transisse videbit? qui illo vt ait Hieronymꝰ non adeo includebatur q̄q̄ꝫ cœlesti & admirando palatio. vt cœli amplitudinem & patris immensitatez relinquęret. & hoc est qd̄ dicit. At ille declinauerat atqꝫ transierat. Nouum in eo conceptu & humnitatis assumpsione fecerat nihilo in ea admiranda diuinitate mutato. Annotat frequenter. S. Ioā. Antiochenus, dominū tāta benignitate esse vt recondita mysteria familiari sermone prodat. Propterea in vterum virginalem venisse, transijsse & declinasse hoc loco nūcupat. Vt illa enneadica ī māsio, trāsitꝰ qdā cōparatiōe etiā ęternitatis fuerit siue dīa natura ꝑspecta, īmēsitatis trāsitus, Anima (ait) mea liquefacta est. vt dilectus meꝰ locutus ē. Ista adhuc ad p̄cedentia referri possunt. Diximus antea loquutum perpetuo verbum. ęternum quippe loquitur. Nec sermo sine sermone, aut verbum siue verbo est, in *quo neqꝫ principium neqꝫ finis est.* Loquutus (ait Apostolus) in filio, per quem etiam dicentem fecit & sęcula. Lege sanctū Basilium in exameron. Has filij, voces arcanas singulari priuilegio super oēm tū humanitatē euecta & cōparticeps numinum cœlestium effecta, audiuit mater. Putas ne tum liquefactam esse: quando voces amoris & eius quidem immēsi audiebat quę pro modo eius neqꝫ principium neqꝫ finez habere videntur, voces totius ꝑfectissimę & cōsummatissimę claritatis: voces decoris & supuenerandę pulchritudinis, voces puritatis, clemētię, misericordię, iustitię, oīs deniqꝫ virtutis & illius quidem non uulgaris sed prorsus admirabilis? Quid petis (inquit) ad Iacob nomē meum. Quod ait Ioānes. Et vox illius tanq̄ꝫ vox aquarum multarum. Aquas multas interpretatur Ioānes, populos multos. Et quid vetat populum multuz, multarum virtutum intelligere, quę in vnā supra omnez captum cōspirent cœlestem virtutem. Hic tam inenarrabili, sui vnigeniti filij audita voce. Putas ne tum liq̄factaz esse in cœlestez atqꝫ diuinū spiritū pene abijsse? vt dicere posset. Defecit in salutare tuz aīa mea & in verbum tuum supersperaui: defecerūt oculi mei in eloquium tuum Et videns in spiritu gentis illius ingratitudinem & eorum omniuz qui prę duritia cordis non essent audituri vocē pastoris vocātis, dicere posset. defectio tenuit me pro pctōribus derelinquētibus legem tuaz. Illo diuini verbi cōtactu, illa quę omnem agendi vim habet loquutione, totus spititus cum exultatione tum defectiōe defluebat. & vt dicit liquefiebat. Anima (inquit) mea liquefacta est, vt dilectꝰ meꝰ loquutus est. Qd̄ v̄ oloquutione non explicat iuxta illud Apostoli accipiendum est. Quod oculꝰ nō vidit: nec auris audiuit nec in cor hominis asendit quę preparauit deus diligentibus se Silentio (ait Grego. Theo. in Sanctū Pascha) Christi res sunt vt plurimum colēdę. Enarrabat cœlesti retectione: fortasse tū mr̄i filius, admirabilis ille sermo qui de regalibus sedibus venit mysterium illud a seculis abscōditum: vt sese haberet & quę illius cœlestis arcana aliquando esset efficientia, quę in toto ecclesiæ successu vsqꝫ ī finē seculi futura essent q fideliū ꝓfectꝰ: de nūero dicere non ausim propter dn̄i cum verbum: Sed si matrez dn̄i illam esse tibi ꝓponas: intelliges quæ prodita sunt filio, ꝓdita esse matri. et nihil non percepisse: quę illam admirabilem dignitatem decerent. Aīa (inquit) mea liquęfacta est, vt dilectꝰ meꝰ loquutus est. Possunt ista et pręcedentia ad ecclesiam & cœlestem animaz referri, vt totū hoc cœleste epithalamiuz. sed non insistimus cum ab alijs satis in eam intellgētiā disputata sint, quę sint dicta

in gloriam & charitatē domini Iesu, cui est omnis honor & exaltatio. Amen.

Libri Septimi. Homilia.xij.

QVęsiui/& nō iuueni illum: vocaui & non respondit mihi. Ista a matre domini in persona ecclesiæ dicta sunt. Diximꝰ ātea ī toto hoc epithalamio nō tā suā solū q̄ aliorum personam/matrem/domini gerere, nūc vero suam/nunc aliorum personam hoc est ecclesiæ & hoc propter connexionem capitis cū mēbris. Diximus illam secundarium quoddam caput esse. & hoc secundum illud accipiendum est quod in p̄s.xxj. de Christo dicitur. Deus deus meus respice in me, lōge a salute mea verba delictorum meorum. nec inuentꝰ est dolus in ore eius. Et de quo dictum. Non est qui faciat bonum non est vsq; ad vnum. Et qui cum non solum homo esset sed deus & homo: non poterat illi cōuenire/omnis homo mēdax. Atq; in hūc modum q̄tum ad mysteriuz pręcedens nō/ potest cōuenire matri ī persona sua. Quęsiui et nō inueni illuz: vocaui & non respondit mihi. Sed ecclesiam respicit/quę nigra est & formosa: nigra propter absentiaz sponsi. formosa propter pulchritudinem et dispositionez mēbrorum, & ordinem ministrantium. Et in persona ecclesię loquens/ipsius dolores et quęrelas suas facit. Quæsiui (inquit) illuz & non inueni. Nec eniz in hora trbulatiōis statim opem affert: sed ꝓpter meliores profectꝰ agitari sinit Perbelle Prosper. Non semper vere est felix impleta volūtas. dicebat Mag. Antonius, Vbi eras bone Iesu: Tamen absētia p̄sens est: & p̄sentia absens et tū maxime plurimum p̄sens cum maxime absens videtur. Vocaui/& nō respondit mihi. Instātiꝰ quippe orandum & sine intermissione monet/ Apostolus. Stat dominus ad hostium & pulsat & nos persistentes etiā sua imitatiōe vult. Quoniam (inquit) oportet semper orare & nō deficere: exemplo iudicis: qui respondit. et si deum nō timeo nec hominē reuereor, tamen quia molesta est mihi hæc vidua/vindicabo illam. ne in nouissimo veniens sugillet me. Non respondet ad primas p̄ces dominus: quo instantius orantes magis mereamur: & incredibili q̄dam modo/& p̄sentia & absentia cedit in ꝓfectum nostrum. Ipsam quoq; dominam mōstratim orantem & petentem audiuit. Dn̄e (ait) vinum non habēt. Ad quam/dn̄s. Quid mihi & tibi mulier: non dū venit hora mea. Recta igitur cupiēs (ait Prosper.) etiamsi non sit adeptus, Persistēdo tamen velle bonum bonus est. Et vt ad litteram omnia in dn̄i matre absoluta/intelligas: ne vim videamur inserre litterę. Quęsiuit ipsa dominum: quādo eadē in domū redeūte/puer Iesus remanserat in Hierusalem. Filij mi (inquit) quid fecisti nobis, Ego & pater tuus dolentes: q̄rebamus te. Et iuxta hanc explanationem Obserua morem scripturarū. Plures quippe res gestas in eodem dramate complectitur: & p̄cipue in hoc cantilenę genere hiperbole frequenter vtitur. Et nimirū cū Spūs sancti verba sint: nec in tempore aut ęuo gesta narrat: sed in pulchra & omnia simul continenti ęternitate. Propterea non vnius personę res gestæ interdum in eodem loco describuntur: sed plurium: & plures simul. Id quod frequenter etiam Prophetę obseruant qui Spūsancto afflati loquentes. æuo in sermonibus diuinis vtebantur non tempore, & q̄cūq; a domino reuelata/ huiuscemodi habent obseruantiā: & ipsa diuina & hebraica eloqutio fere semp vno vocabulo multa continet, Elemēta quoq; & apices non sine significatione sunt: tanta vbertas/illius idiomatis/& efficatia est. Signū quippe & imago quędam, diuinitatis, & sui fontis & tantę plenitudinis retinet proprietatem. Haud dubie sine arte hniuscemodi scriptiones ꝓpheticę cōtextę vidētur: incomparabili tamen & inenarrabili vi & arte non humana aut angelica, sed diuina. Ex vocabulorꝝ proprietate/plura spirituales homines eaq; admiranda conijciunt. Inuenies typū & imaginem in rebus diuinis diuinam. Quæ ꝑ excessum ex occasione dicta sint. Non mirum igitur cuiq; videbit: si post vnius mysterij enarrationem statim aliud remotiusculū subdatur: immo simul separata narrentur. Hoc enarrandi genus in. p̄s. p̄cipue & Prophetis assiduū. Sed ad institutum redeamus. Inuenerunt me custodes q̄ circūeunt ciuitatem. Quid matrem domini non inuenissent: q̄ in media ciuitate Hierusalem nunc filium q̄rebat, & eum qui iam in cœlum conscenderat, tamen in locis in quibus res suæ diuinitatis p̄claras gesserat, veluti p̄sentem coram intueri & videre moliebatur? Occurrebant illi custodes Pharisęi & principes sacerdotum, qui haud aliter in matrem q̄ in filium cōmittebant: maledictis illam incessentes. Sed ista iu anteriori explanatione recensuimus. Nectamus membra capiti & quācunq; filiam Hierusalem desiderantem ad deum vt ceruus ad fontes aquarum. plane intelligemus oēs quæ ī mēbris fuere perfecutiōes/scismata/labes/improperia, sua hanc matrem domini fecisse, & dolores immo pctā nostra in corpore suo pertulisse

facta pro nobis maledictū, vt nos omnes a maledicto redieret, vulnerata, ꝓpter iniqtates nr̄as in quo vulnera nostra, sanaret: exuta, vt eius intercedentibus meritis gloria & honore circū daremur. & pro domini & tāt̄ matris (quę circūamicta toto sole, est) exēplari, amicti essemus, lumine sicut vestimēto. Tulerūt palliū meū custodes murorū: In omnes iuriam prolapsi sūt: omnia cōmiserunt, quo ipsam delerēt de terra viuentium. tamē in corpus eius aut animaz nequaq; potuerunt. Ex hoc loco cōuincere, potes ipsaz fuisse martyrio vt Sāctos pleroscz illustrē Viden vt admirāda sacramēta, ienarrabili enarrantur ratione Percusserūt (inqt) me: vulnerauerunt me. In ꝓcusso & vulneraro filio: vulneraz p̄cipue matrem intellige, in ipsa vulnerata, ecclesiam quocz vulneratam. Vt cōtra honore partus crescebat dec⁹ matris & ꝓinde ecclesię. Bellissime prudēti⁹ in Cathemerinon Sentis ne ẏgo nobilis, Matura ꝓ, fastidia Pudoris itactū decus, honore partus crescere. Veruz prosequamur. Molita est iudęa filiuz ecclesię aut auferre aut interficere. Vtraq; i iudicio Salomonis cōtēdit. Meretrix cuius filius perierat, aut vt fili⁹ alteri⁹ sibi adiudicet, aut diuidat petit ꝓ oi cōsolatione sua alterius afflictione cōtenta: abunde merori suo satisfieri: si compticeps męroris altera sit. Vide quid amplius ecclesia de gentibus a iudeę custodibus patitur. Non solum nititur auferre gratiam euangelij, ab ecclesia de gentibus & filium suum mortuum hoc est ceremonias legis inferre: sed ne concipiat aut pariat efficere. Exemplari in ea re, supante figuraz vt fere, semp cōtingit. Tulerunt. Pallium meum custodes muroruz. Pallium ecclesiæ, palliuz ꝓpria etiam ratiōe, et p̄cipua diuinæ matris, eius dē fili⁹ est. de quo dixit Salomō: et antea memi nimus. Byssus & purpura indumentū eius. Nā vt postea dicet, ipse candidus & rubicūdus, electus ex milibus. Nec candidus modo est: sed cādor lucis ętern̄ę & speculum, sine macula, amictus igitur quadā analogia, lumine sicut vestimento. Sic eniz (ait Io. Damasce.) Saluata, est ignifera virgo, lumiferum enixa benefactorez Et in Pēthecostē, Idem. & Salus dominus illuxisti ex virgine. Tali igit̄ sole amicta fuit. Quē naturam Trilumilucā. S. τριλαμπα sez. appellat. Cōtra illa ipsa indumentum. Sola enim (ait Ioan. Damasc.) in vtero occultauit verbum. Nouez dei vestimenta, post coronaz & regni diadema enumerāt, quæ quotiens mens beatorū (aiūt) tetigerit, totiēs deus respōdet, Quis me tetigit? ipsarum beatitudinū nō tam fruitiones q̄ fruitionū obiecta. Nouem etiam hierarchijs (quas i ter ternas. S. trinitatis sacramēto ptif Diony.) mire cōueniunt. quæ ꝓ digressionem dicta, sint Lege eruditis. Li. de verbo mirifico. in quople racz cognitu digna. Et iterū de mulhere forti, qualem domini matrem, & cōsequēter oim matrez intelligere possumus, dicitur, Pulchritudo & decor indumentum eius. Omnium vero p̄ci pue suę matris indumentum, dominus Ihesus Christus, de quo dixit Apostolus. Sed induimini dn̄m Iesum xp̄m. Cuius vero magis indumentum q̄ cœlestis matris suę erit: cuivt corpori indumentum, ꝓxim⁹ est. Rectissime igit̄ tam ex persona sua q̄ ecclesiæ & oim qui de mēbris domini sunt dicere potest. Tulerunt pallū meum custodes muroꝝ. Lege Origenem affirmātem, in Iudæis dęmones fuisse & ab vtrisq; & dominum & electos persecussionē perpessos. Possumus si ad matrem domini tm̄ explanationem referamus. In indumentis ecclesiam intelligere, q̄ quoddam veluti indumentum & matris & filij fuit. De quo dictum est. Domin⁹ regnauit decorem indutus est: indutus est fortitudinem: & prędinxit se: & p̄cinctus etiam zona aurea est. Quod explicat Gregori⁹. i. sanctorum caterua. Tunicam inconsutilem domini, eruditi ecclesiam intelligunt. Hoc pallium tulerunt custodes murorum, passionis dominicę tēpore, quādo oēs eo relicto fugerunt: hoc nimirum procurantibus humani generis hostibus. Fuerunt em̄ tum sub potestate diaboli, & a domini confessu & potestate secedētes. Possum⁹ & ad tēporalem persecutiouem referre. Quando lapidati sunt: secti sunt: tentati sunt: in occisione gladij mortui sunt: egentes, angustiati, afflicti, quibus dignius non erat mundus, non inuenientes redēptionem, vt meliorem inuenirent repromissionem. Sed hæc omnia in profectum ecclesiæ cessere, & hęc ablatio non tā adēptio fuit, q̄ maior ad ip̄m caput applicatio: deo (inquit Apostolus) pro nobis aliquid ꝓuidēte: vt nō sine nobis cōsummarentur. Vsqadeo, vt spoliatio quorūdam, aliorum fuerit indumētum. Et quod magis mireris, tanta fuit ecclesiæ vbertas & efficatia: vt etiam delicto Iudęorum, salus gentibus esset. Quanto magis plenitudo eorum, reconsiliatio erit mundi. Audi quid dicat Apostolus. Quod si delictū eorum, diuitiæ sunt mundi: & diminutio eorum: diuitię gentium: q̄to magis plenitudo eorum. Si em̄ amissio eorum, recōciliatio est mundi: q̄ assumptio nisi vita ex mortuis? Et paulo antea dixerat. Sed illorum delicto, salus est gentibus: vt illos ęmulentur. Obserua vt omnia in profectum cedant ecclesiæ: & indumentum, & eiusdem sublatio.

Pulchre Antiochen⁹ ad Babilam martyrem de Iuliano Cæſa. Se ad bellum (ait) contra Eccleſiã parabat, Ignorabat autem miſer, ſe contra ſtimulum calcitrare. Primum reędificare conabatur templum Hieroſo. Sed hoc agebat vt in de periculum virtutis chriſti ſumeret. Exiliȝt (in quit) ignis, qui ſimul omnes foſſores conſumpſit. Lege Caſſiodori. Hiſtoram. In Apotheoſi Prudẽtius in Iulianum impie ſacrificãtem præſente xp̃iano. Proſiluit (ait) pauid⁹ defecto antiſtite princeps, Marmoreum fugiens nullo comitante ſacellum, Dum tremefacta cohors, do minicę oblita ſupinas, Erigit in cęlum facies, at cę inuocat ipſum. Sed cœptum ſequamur iter. Indumenta in Ezechiele & Eſaia narrantur.

Spoliatio hoc loco manifeſta ẽ. Potes hũc etiaȝ locũ intelligere, de martyribus: & ſanctis, qui p confeſſione domini multa perpeſſi ſunt, omniũ .ſ. temporalium & ipſius corporis quandã ſpoliationem. Et obſerua quod ait, qui circũierunt ciuitatem. &, cuſtodes murorum. Quod p eo dicit quia vt diximus impij in circuitu ambulãt. Sapientia vero non ſolum foris prædicat: ſȝ in platęis dat vocẽ ſuam. In ſummis (inquit) excelliſcę verticibus: ſupra viam, in mediis ſemitis ſtans. Non ſolum in circuitu eſt: ſed in mediis habitat. Et Apertius adhuc. Ego ſapientia habito in cõſilio: eruditis interſum cogitationibus: Zacharias quocę ait. Et reuerſus eſt angelus, qui loquæbatur in me. Manifeſtiſſime dominus in euãgelio. Ego in medio veſtrum ſum. Ioannes de illo teſtimonium afferens. Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. Hoc quocę ſignificãter dicit Apoſtolus. Viuus eſt enim ſermo dei: efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti. Et pertingens vſcę ad diuiſionem animę, compagum quocę & medullarum, & diſcretor cogitationum & intentionum cordis, & non eſt aliqua creatura inuiſibilis in conſpectu eius Omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius Viden vt ſermo diuinus non tantum in circuitu ambulat: ſed mire omnia penetrat, ſcrutãs renes & corda, Nimirum cum ſit longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundũ, omnia ambiens ſingula penetrans. tantum inimicus homo circuit querens quem deuoret. Proinde (ait Sanctus Auguſtinus) remedia conuerſionis ad dominum nullis cunctationibus differenda ſunt, ne tẽp⁹ correctiõis pereat. Quid iuuat (ait Proſper) in lõgũ, cãs pducere morbi? Verũ ad rem. Vide quid ad eum in Iob dicitur. Ecce vniuerſa quę habet, Iob ſcȝ. in manu tua ſunt. tantum in eum ne extendas manum tuam. Et iterũ. Ecce in manu tua eſt, veruntamen animam illius ſerua, in quam non poteſt inimicus homo penetrare aut illabi. imo nec in illaȝ quicę moliri, niſi de domini iuſſu. Dicebat dominus in euangelio. Nolite timere eos qui interficiunt corpus: aiam autẽ interficere nõ poſſunt, Obſeruat inimicus homo exterius: in voluntatem penetrare non poteſt. In prouerbio Chriſtiano eſt. Debilis eſt hoſtis qui non vincit niſi volentetem, cęcę teſte Iob, nõ ſit poteſtas ſuper terram quæ valeat illi cõparari: Fortior imo multo fortiſſimus domin⁹ Ieſus Chriſtus qui forti ſpolia detrahit, ide. Spolia detrahe apud Eſaiam, illi nomẽ. El qđ fortez ſignificat inter diuina nomina connumerant. In Pſal. xxiij. dominus fortis & potens dominus potens in prælio. Sed vt præclare dixit Gregorius, Magni Baſilij. frater. Quę ab hominibus proferuntur, ęqualiter a ſignificanda illa natura omnia diſtare, tametſi pie ad oſtendendam diuinam quandam virtutẽ capiũtur. vt Medic⁹, Paſtor, Protector Virt⁹ & alia huiuſmodi. Nazi. Vt p hęc, ait, diaȝ diſpõnũ, myſteria, nõ ipa maieſtas filij dei monſtref, nec ex his q̃ i ipo, ſed q̃ circa ipȝ. In hũc igit cõcedẽdũ, q oia vicit. Cantare igitur decet (ait Sãctus quidã) naturam, viuificantem Puellam, Egrotanti medentez mortalium naturę. Addit. Sapientẽ Trilucam ſubſtantiam glorifi cam⁹. quã decet oĩs honor & gloria. Amen.

Libri Septimi Homilia.xiij.



Diuro vos filiæ Hieruſalem ſi inueneritis dilectũ meũ vt nunctietis ei: quia amore lãgueo. Permiſcet dominus triſtia lætis, acutis grauia. Vt vtrincę eccleſiæ harmonia & lyra reſonet. Vtrocę pulcherrimo œſtro in cœleſtez Hieruſalem eandem impellit. Vulnerata & ſaucia effecta eccleſia, quæſta ſe non inueniſſe dilectum ſuum, quando ille immenſus, incomprehenſibilis, inacceſſibilis, inueſtigabilis quocę eſſet. (Lege Chri. in Anomeos & Diony. i myſti. Theologia) gemebunda ait. Adiuro vos filię Hieruſalem, adoleſcentulæ, meæ cum in lętis tũ in triſtibus cõmites. Si inueneritis dilectũ meũ dicite ei, quia amore langueo. Nõ cõtẽnẽdos mios imo imitãdos, nos i euãge. admonet dñs. Et ſtatuẽs dicit ſcriptura puerę in medio eor⁹ dixit.

Nisi efficiamini sicut paruulus, hic non intrabitis i regnū cœlorū. Et qui cōtēpserit vnū de pusillis istis qui i me credūt, expedit ei vt mola asinaria suspēdatur in collo eius: & submergatur in profundum maris. Admonita igitur discipli nę dominicę, & in lege euangelica edocta spōsa ad filias Hierusalem conuertitur: si fortasse verbum diuinum illis aut cupiam illarum reuelatū esset Audiuerat Apostolum dixisse. viliora mēbra interdum necessariora esse, intellexerat prę ceptum etiam ab Apostolo. Vt in idipsum pro inuicem sollicita sint membra. Et si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: siue gloriatur vnum membrū congaudent omnia mēbra: & perfectos & imperfectos, vnū corpus Christi esse: & membra de mēbro. Non ignorabat institutū Apostoli in prīa ad Corinthios Epistola. Quod si fuerit vni reuelatum sedenti, prior taceat. Arbitrabatur Apostolus reuelari nonnunq̄ minoribus: quę maiores latērent, & in eandē sententiam ait dominus in euāgelio, Gratias tibi ago pater. Quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis Popterea expers reddita sui sponsi sponsa, ad filias Hierusalem sollicita veniens, p sacra testatur, vt si inuenerint dilectuz suum, nūcient ei, quod amore languet. Non recensēt flagella & persecutiōes suas, qnas propter dilectū suum perpessa fuit, non in eo insistit: non immoratur: non quęrit q̄ sua sunt: sed q̄ Iesu Christi. Vno dilecto suo contenta, omnia pro charitate libentur sustinet, haud dubie, scolaz magistri redolens, publica, & in commune sese & omnia conferens de more Sanctorum. Et q̄q̄ (vt veri simile est) deum viderit, non tamen cessat ardēs desiderium. Nam in hoc pfecto (ait Nyssen⁹) deus videtur, vt nunq̄ desinas ad deum respicere. Nec enim ita quispiam deum videre potest, vt videndi desinat desiderium. Nā qui vere est, is vera vita est, & is cognitione non comprehēditur. Hic igitur desiderium adimpletū, vt insatiabile permaneat. Discit eñ ex istis quod deus noster īterminabilis est. Si de ecclesia intelligas libenter (inquit) suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis deuorat: si quis in seruitutē redigit: si quis extollitur. Quātum vero ad domini matrem pertinet. Intellige ipsam veluti signum, exemplar & prototypon propositam: vnde omnis Apostoli doctrina de riuata sit, ipsa magistra & edoctrix ecclesiarum. ipsum suo post dominum Iesum Christum merito, Apostolum ecclesię prę ficiens, ipsum eundem instituens. Canitur hoc epithalamiū de eadem, quod longe ante prę cessit Apostoluz. Potuit etiā ex hoc, ista causa, haurire fōte idē Apostolus. Adiuro (inquit) vos filiæ Hierusalem. Nunq̄ iuramentum nisi in re ardua interuenit. Iurat nunq̄ dominus & tali se astringit vinculo: nisi magni momenti & pfectus ea, vbi iteruenit iusiurandum, sit pollicitatio. Hic igitur tantus amoris ardor, tam magnum incendium cœlestium nuptiarum, prę sagium est. Amor hic amori committendus est immenso: quo tandem succederet vnum ouile & vnus pastor, & fierēt vtraq̄ vnum. Vterq̄ inuicem & ad dñm cōiungeret populū. Hunc. D. Iesum, Sancti Prophetę vario schemate conspexere, inefabilem inde ardorem trahentes. vt istud per digressionem dicam⁹, Videre. &. S. nostri in typo iuuenis elegantis. auc. Cypriano. Antiochenus, vt amore speciosissimę cuiusdam, flagrantem. S. Nazian. Steti (ait) & cōsideraui, & ecce vir super nubes ascendens, & hic sublimis valde, & aspectus ei⁹ tanq̄ aspectus angeli, & stola eius, tāq̄ splēdor fulguris, prę stringentis, & extendit manum suā ad ortum, ac clamauit voce magna, & vox eius quasi vox tubę, & in circuitu eius tanq̄ multitudo cœlestis exercitus, dixitq̄. Hodie salus mundo visibili & inuisibili. Sanctus Ioannes Chrisostomus ad Babilam Marty. Mētem ei⁹ (inquit) subuehebat ad supernum regem qui sedet super Cherubim, & ituetur abyssos, super thronum glorioſum & excelsum, super militiaz cœlestem, super multas Myriades Angeloruz, supra multa milia Archangelorum, super thronum terribilem, super tribunal a nullo deprauabile, super flumen igneum, super iudicem ipsuz Vnde totum se e terra ad cœluz transferebat, & quasi assisteret iudici illi, & audiret eum sibi imperare. Lege Hieronymum ad Paulā & Eustochium, de visione eiusdem Paulæ. & Sanctorū complurium pias visiones, ex omnibus piā corregās vtilitatē. De rege (inquit ad Theodo. Antio.) nihil satis idoneū dici potest, adeo mētē omnē excedit ei⁹ pulchritudo, formositas, splēdor, glia, magnificētia, maiestas. Sed ad rē. Nihil ab imitatione diuina, abest sponsa. Iurat dominꝰ: iurat & ipsa, Iurat ob amorem dilectę spōsus: propter eundem amorem iurat etiam sponsa. Obserua vt hic de amore tantum meminit. Sciebat in amore, qui & sapientia, aut non sine sapientia est, omnem virtutem & perfectionem contineri. In amore supremos gradus ecclesiæ cū citię tū extimæ, haberi: amorem facile oia vincere: & oīm iniuriarū, oīm malorum, inducere obliuionē. Vt nihil prorsus sit. quod ꝓpter illū nō sustineam⁹ amorē. Dicite illi q̄ charitas ē: q sup sanct⁹ & supueneraād⁹ amor est: quia amore

langueo. Deus (inquit Ioannes) charitas est: cuius & precipuam nomenclaturam sortitur. Nihil est quod magis q̃ charitatem amet. In charitate dei ac proximi omnem consistere legē nos admonuit. Ex hoc (inquit) pendent leges & Prophetę, & magnum mandatum esse plane fatetur, īmo inefabili quadam ratione nouum, & suos discipulos adhortatur. Diligite inuicē: sicut & dilexi vos, & suam ingentem charitatē demonstrans, dixit. Maiorez charitatem nemo habet, q̃ vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Totus Ioannes in hoc est: vt charitatē dei & Christi extollat. Et rogatus aliquādo curtantum, de charitate sermonem faceret, respondit dignum Ioanne Apostolo verbum. Quia (inquit) mandatum domini est: & ad vitaz sufficere potest. Viden vt nouis respondent vetera. Intelligebat edocta in disciplina domini spōsa, & voluntatis Spiritus Sancti conscia, nihil esse quod in amorem magis pertrahere posset dilectum suum, q̃ pulchritudo sed diuina, quę lōge superat Hermionis faciem. Lege Io. Chris. ad Theodorū, q̃ amor. Sic nimirū (ait Antiochenus) illis omnibus christianę animæ facies præfulget, sed & modis omnib⁹, vbi oculis corporeis liceret contueri speciem, deridicula viderentur quęcunq; exempla e rebus visibilib⁹ desumpserimus, vsq; adeo tenuiter deliniāt incomparabiles animæ dotes & venustatem. Nemo enim, nemo amator formę q̃libet insanus, aduersus adamatam tanto cōflagrat igni, q̃to studio Deus nostram appetit salutem. Raptus eius amore est deus & dilect⁹. d. Iesus. o. m. Pulchre quidam in eius persona dixit.

Hic me Sidereo descendere iussit olympo,
Hic me crudeli vulnere fixit amor.

Propter amorem descensus fuit isq; in immenso nescio quo pacto prope infinitus qui cū stata quiete tñ conspiret. Tm̄ potuit efficere amor. Ob eūdez igitur amorem ascensus esse debuit. Vt esset sympathia q̄dā & oppositoꝝ idē fons, perinde ac contrariorum eadem disciplina est. Eadē quippe analogia vtrobiq; seruanda erat. De langore & defectione siue liquęfactiōe, añasatis meminimus. Quare, hoc loco mīe repetēdū fuit, coincidit tñ, vt hoc interī dicamus defectio, cuz cōplacētia delectatiōe seu iucūditate & desiderio. Vñ in Psal. cxix. Vbi nos legimus Defecit in salutari tuo aīa mea. Alij legunt cōplacuit delectata seu iocundata est aīa mea, quę vno verbo Calah hebręis cōtinētur. Et pide est ac si diceret opto vt me in cœlestia transferat tabernacula, quia hæc illius diutina mora & langorē inducit: & defectionem tandem inducet. Dic obsecro (ait Anthioche. ad Theo. lapsum) Si qs te in theatrum induceret, vbi magna hominum multitudo sederet, amicta stolis aureis, & in medio omnium ostenderet alium quēdam adornatum eximie, gemmis, regio vestitu insignem, coronam habentez in capite, deinde polliceatur te assumpturum in numerum eorum, num omnia faceres, num istud defectionē induceret? Quantum ad matrez domini pertinet. Illa fuit quæ super omnes amore, magis, vnigenito filio suo, deuincta esset. Et langor defectionem & mirabilem propter tātos æstus ecstasim contraheret. Quę cum plus cęteris amaret, audenter suum amorem, suo vnigenito dilecto & sponso, significare posset. Et quis nostrum est qui hoc efficere possit? Quis vnq̃ sanctorū fuit qui præsumeret, qui sciret, an amore vel odio dignus esset? Nemo (inquit) scit an sit dignus amore vel odio. Nouit hoc tm̄ vnigenitus dei filius, & eius, reuelante eodem vnigenito, pijssima mr̄: qui lege generali mīe cōprehēdūtur. Sunt mater & filius simul insigni fœdere iūcti. Lege Augustinum in eandē pene sententiam. Altiorem igitur (hic loc⁹ vt alia de matre domini) habet interpretationem. Et vide quod ait. Dicite (inquit) vos filiæ Hierusalem illi: quia amore lāgueo. Dicite illi q v̄buz & dicere pr̄is. In quem exclamans, O verbum dei (ait Naziāzen⁹.) & lumem, & vita, & sapientia, & virtus, etenim cunctis tuis gaudeo nominibus. O mētis magnę illius fœtus & cogitatio, & sigillum. O verbū intelligibile & homo visibilis, qui cūcta fers, coronatus verbo potentiæ. Non aperte eum video & facie ad faciem (vt dicitur) in quē amore flagro atq; continenter ardeo. Dicite inq̃ illi per quem omnia facta sunt, in quo veluti in principiorum principio, tanq̃ in comparabili quadam sapientia, vniuersa condita sunt Idem enim dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Statuit ea in ęternum: & in sęculū sęculi. Aliquid amplius istis verbis omni duratione designans. Lege Origenem qui pulchre hæc obseruat. Præceptū posuit: & non præteribit. Hęc verba quia amore langueo, Ratio sunt cuiusdam præcedentis orationis, quaz amor & tanta vis animi subticere cogit. Nec potest propter vehementiam ardoris proferre. Habet em̄ peculiare idioma (ait Ioannes Gerson) Amor Desiderabat nempe illum solum habere præsentem. qui speciosus est forma pręfilijs hominuz. tota in illo erat: tota ex illo pendebat: de more illius qui dicebat. Tu mihi tātum merceso Iesu Apud Sapientē, verba erat factura: apud illum qui multitudine verborum non persuadetur,

non vnicitur. Qui in ſole amoris & tantę lucis poſuit tabernaculum ſuum, qui ineffabilia nobis oſtendet, Apponet autē (ait Grego. Theo.) vt perfectiora & puriora doceat, quoruꝫ & nos participes erimus, Hunc amoris hamo, tantum vendicare ſatagebat. Infinitum amorem tantū potuit mouere amor, qui tametſi finitior ſit: vehēmentius tamen rebus omnibus infinito commiſcitur amori, cādori, luci, veritati. Sed de his tantilla. Nec enim exactum vt ſępe diximus cōmentarium molimur tantum tantillam pro inſtitutione nr̄a in diuina aſſurrexionē Gratia domini Ieſu cui eſt omnis cuꝫ Patre & Spiritu Sācto, honor & gloria Amen.

Libri Septimi Homilia. xiiij.

QValis eſt dilectus tuus ex dilecto O pulcherrima mulieruꝫ. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos? Vidēvel in prima fronte litterę humilitatis ſympathiam. Diuinę, ſui cognitionis reſonantiam? Clamabant alter ad alterum duo Seraphim in Eſaia. Mutuis ſe contuentur vultibus duo in propiciatorio (pro ſanctis ſanctorum) Cherubin. Cherubim (vt hoc interim dicamus) in volucrem interpretantur. Intelligit Abraham Abenezra, genus ad oēm formam ſeparatam eſſe. Rectius noſtri omnia, & diuinius. Cherubim (inquit Dionyſius) appellatiōe illorū eximia ſcītia, dei ſpeculatio, ſummę exuberantiſcꝫ lucis capacitas, Gratię traditio & cōmunicatio, qua indultam ſapientiaꝫ ī inferiora tranſfundunt, ſignificatur Hos iuxta deum cum Seraphim & Thronis, nullis mediis ordinib⁹ locatos, ex traditione præceptoris dicit, ocłis plurimis & alis prędditos. Sed adinſtitutum, poſt digreſſionem aliquantam. Plura membra teſte Apoſtolo inuicem compatiuntur. Et in prima ad Corinthios Epiſtola pulchre ait. Non poteſt oculus dicere manui: Opera tua non indigeo, aut iterum caput pedibus. Non eſtis mihi neceſſarij, ſed multo magis, quę videtur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt. Et quę putamus ignobiliora membra eſſe cerporis, his honorē abundantiorem circundamus. Subdit. Vt non ſit ſciſma in corpore. Sed in id ipſum pro inuicē ſollicita ſint membra & ſi quid patitur vnū mēbrum: compatiuntur omnia membra. Siue gloriatur vnum membrum: congaudēt omnia mēbra. Vos autem (inquit) eſtis corpus chriſti: & mēbra de mēbro. Poſſet ne apertius Apoſtolus hanc ſponſæ & adoleſcentularū cantilenam & ſympathiaꝫ ſiue ſymphoniā explicare. Diony. Corinthi⁹ ad Soterē. Roma. Epiſco. Moris eſt (inquit) vobis omnes fratres variis muuare beneficijs, multiſcꝫ eccleſijs cuncta quibus indigent deſtinare. Singulorum neceſſitates in omnibus conſolari. Hæc ab initio Ro. Eccleſiæ facere moris fuit, a patribus ſibi huiuimodi inſtitutiōe dimiſſa, & ſemper integre cuſtodita. Beatus vero Soter anxit in melius: qui prēter id, ad uenientes mitiſſimo conſolatur alloquio, & tanꝫ pium ac religioſum patrem ſe ſingulis exhibet. Lege. iiij. Eccle. Hyſto. Euſe. Cęſa. Vt ex oī parte Sacerdotes dñi velut vigilantes agricolæ excutere & expurgare malaſemia nitebatur. In omnibus autem membris dominum Ieſum eſſe. In Epiſtola ad Romanos apit. Si quis autem (ait) Spirituꝫ Chriſti nō habet: hic non eſt ei⁹. Si autem Chriſtus in nobis: corpus quidē mortuum eſt propter peccatū: Spūs vero viuit propter iuſtificationē. Dixerat ſponſa. Adiuro vos filię Hieruſalem: ſi inueneritis dilectum meum: vt nuncietis ei quia amore langueo. Quaſi inuenire eas poſſe credat, qui omnibus creaturis alioquī inuiſibilis eſt. Et quem vna fortaſſe adoleſcentularum aſſequi aut contingere non pōt: ſimul omnes contingant. Quotieſcunꝫ (ait) dñs, duo vel tres fuerint cōgregati in nomine meo in medio eorum ſum: & de quacunꝫ repetierint patrem meū: fiet eis. Ob eam cauſam ſimul omnes, non quidē ſeorſum quālibet ipāꝫ rogat ſpōſa, ſiue in eius, aut ſua perſona, mater domini. Vt nunciēt ei: quia amore languet. Videtur illaruꝫ egere opera: vt in vnitate, virtus ſimul maior exurgat. Totius (inquit) Sacer Auguſtinus, eccleſię virtus in vnione eſt. Lege elegantiſſi. lib. de vnitate eccleſiæ. Sancti Cypriani Martyr. Audi qdveluti ſpōſa q̄dādicat Apoſtolus ad Romanos. Obſecro ergo vos fratres per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: & per charitatem Sancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus veſtris, pro me ad deum. Subdit. Vt obſequij mei oblatio accepta fiat in Hieruſalē ſanctis. Quaſi diceret. Adiuro vos filię Hieruſalem vt ſi inueneritis dilectum meum vt nūcietis ei: quia amore langueo. Obſerua ex patribus. Quanto ardore in dominicas oues afficiebātur. S. Melito. Scribit ad Impatorē. Quānūcꝫ (ī quit) factū eſt, nūc pſecutionē patitur gen⁹ pio rū. Addit Obſecram⁹ ne nos deſpicias, ne patiris religioſos ciues tā publico patrocinio iugulari. Ex hac emphīa ſublimi⁹ regnivīi culmēaſcēdit. Id quod Tertu. in apologetico aſtruit. Auctor eſt Theodoritus. Cęta fiducia: Affratespro grege domini valēti. Reſpōdit. Si puella eſſe in

cubiculo patris, & viderem, paternā domū cō-
cremari: quid me facere oportebat? Te nāq; in
paternā domū mittēte flāmas, discurrim⁹, vt ve
lociter extingam⁹. Cernis zelū? Sz ad rē. Cōtra
ridēt adolescentulę. Qualis est dilectus tuus
ex dilecto? Non præsumunt se dilectum inueni-
re, quem perfectissima sponsa & veneranda do-
mini mater non inueniret. Quantuz autem ad
matrem domini attinet, ita hęc verba explican-
da sunt. Quod prorsus vnigenitum filium suū
siue tam mirabilem dilectum haud ipsa compre
hendisset: qui immensus, incognoscibilis & om
ni creaturæ inuisibilis est: eius sunt infinitę vir-
tutes & proprietates, quas celsior quęcūq; crea
tura etiam mater domini complecti non potest
aut metiri. Hoc intellectui diuino, & sanctissimę
vt volunt animę, Christi concessum. Conten-
dere enim scire (ait Chris.) quid substantiæ de⁹
sit, postremæ esse insanię iudico. Dauid. Mira-
bilis facta scientia tua ex me. Et scientię eius nō
est numerus. Si domicilium dei inaccessibile q̄-
to magis ipse inuestigabiles dicit Apls diuitias
dei. Lege libros eiusde Ioānis ātiocheni cogno
mēto Chrisos. De incōprehēsibili dei natura &
Sanctū Basilū Capadocē in libris cōtra Euno
mium. Si inueneritis (inquit) dilectum meum:
si ille aliqua rōne vobis proditus aut reuelatus
est: q̄ mihi? Non fortasse quod plura reuelata
fuerint cuicunq; creaturæ q̄ matri: sed deside-
rantis & nimium sitibundę, & quę amādo, aut
dilectum suū cognoscendo expleri nequit, ani
mę, mos loquendi est. Quędam iuxta dispēsa-
tionē dicta in eloquiis ꝓbat non semel Chriso
stomus. Lege eundē in. d. Apostol. cū subiecta.
Cui subscribit de reꝑhēsiōe. Petri a Paulo Hie
rony. Quod pulchre enarrat Guilielm⁹ Altici.
Non statuit (inquit Chriso.) dogma, sed Paga
noꝝ opi. refutat. Quędā igr vt dogmata, alia
iuxta dispēsationē ꝓposita sunt. Id quod apud
fontem veritatis inuenio, ait. Quod pluribus
conuincit. Sed ad Deiperaz. Noui (inquit) illū
ex nomine Pro Mosi consuetudine: eius poste-
riora & sanctam humanitatē in vtero meo strin
xi, illum mirifice complexa sum: altissima trini-
tatis, & admirandę cum humanitate coniunxio
nis, mysteria mihi reuelata sunt. Sed nō possum
adhuc in hac mortali carne agens expleri. Tm
posteriora videre concessum, idest illum posse
(Iuxta Gregorium Nyse.) sequi. Tum forte sa
tiabor cū aparuerit ei⁹ gloria: quādo beatitate
consummatissima donata ero. Multa quidez de
illo admirāda a me, vobis narrata sunt. Vos cō
tra dicite si vobis aut per speciem aliquam cer-
te, aut per internam inspirationem apparuit. Si
vobis sunt reuelata: quæ non sunt prodita mi
hi? Vt simul in eam celsitudinem conuolemus
omnes: & ascendamus in montem domini: &
ad tabernaculum dei Iacob, gradum facientes,
de virtute in virtutem. Noui innumerabiles es-
se eius virtutes, proprietates, dignitates. & infi
nita eius archana, in hæc omnia, non alio q̄ a-
more iri posse, q̄ dei etiam imitatione. Qui em̄
sequitur (ait Gregorius Nyse.) a recta via non
aberrat, cum semper ducis tergum respiciat. Se-
qui em̄ deum corde & animo, id ipsum est deū
videre. Facies mea non videbitur, ait. i. Noli ad
faciem occurrere, ne in oppositum cursus fiat.
Nam bonum bono contrarium non est, vt con
trariuz virtuti, vitium. Imitatione igitur ista cō
sequimur. Nūciate ergo illi, quia amore lāgueo
si forte, hoc amore, & tātillis meritis nostris, in
amores nostros prouocari poterit. Mihi quidē
inuent⁹, non inuentus manet: & in luce, tene-
bræ, propter immensitatē suam mihi factus est:
& in tenebris, lux. Vtcūq; enim comprehensus
incomprehensibilis manet. Egreditur latibulū
suum, procedēs de thalamo suo, in tam illustre
regnum, cuius nullus vnq; finis erit, sed egredi
tur nunq; egressus. cata diuinam coincidentiā,
quę mens supra rationem assequi, sed dio mu-
nere potest. Habet ille ingētez sapientiam: pro-
qua singula singulis distribuit: vt pulchra hac
varietate admirandum exurgat corpus ecclesię
Deus (inquit Apostol⁹) omnia temperauit: ei
cui deerat abundantiorem tribuendo honorē
vt nō sit scisma in corpore. Fuit admirabilis di-
uinæ matris humilitas incredibilis modestia,
vt potestatem miraculorum aut vsum lingua-
rum nunq; sibi presumpserit, aut in rebus & di
spositione ecclesiæ nihil sine Apostolorum di
spositione perfici voluerit: q̄q̄ ex sese potēs es
set, hæc omnia efficere: vt dominus ministerio
angelorum omnia ferme efficit. Vna tantum
humilitate contenta, vna puritate, modestia &
virginitate. Et in hanc intelligentiam ille locus
Adiuro vos &c. explicari poterat. Et si mea (in
quit) in illo assequendo egetis opa: meus amor
illum cogere poterit. Qui tantum effecit poten
tia & eius gratia, vt in vterum meum descende
ret: deus factus homo. Illę vero. Qualis est dile
ctus tuus ex dilecto O sanctissima & veneranda
mater: O pulcherrima mulierum: in qua nō est
macula neq; ruga? Qualis est dilectus tuus: quē
genuisti, quem peperisti. & istis tuis verberib⁹
lactasti: sinu strixisti, eum qui dominus omniū
est, et veluti, ipsa humilis ācilla obseruasti? Nar
ra nobis qualis est dilectus tuus, O Pulcherri-
mulierū: imo vero oiz cœlestiū nuinū & ꝓpe

ſtudioſiſſima, omni repleta gratia. Narra q̄ſo ediſſere. qualis eſt ille. Ipſa Entelechia, pulchritudo, ſpes & oīz formarū ſplēdor eſt: nedū pulcherrim⁹ aut ſpecioſiſſim⁹. Dico x̄go q̄nā ei⁹ Corona, q̄ diademata, q̄ ineſabilia ei⁹ īdumēta, quando amictus eſſe lumine dicitur, ſicut veſtimento. quæ eius arcanę numerationes? Quod eius regnum, qualia eius īſignia, ſceptrū & gladi⁹, vt procedit in regnum ſuum (ait quidam) ornat⁹ Diademate, Sapientia, Intelligentia, victoria, præconio, decore, præcinctus potentia & virtute, ingenti illuſtris fortitudine, vt illuminans eſt mirabiliter a montibus ęternis, tametſi poſuerit tenebras latibulum ſuum? Quod ei⁹ (qui ineſabilis alioquin & omni nomenclatura īſignis) nomen, & ſi aliud in alio ſeculo eius nomē erit. Iuxta quod dicit Apoſtol⁹, Sed etiā ī futuro nominatur, ſcilicet? Hic multitudo, ibi vnitas, aliæ ibi voces angelorum (ait Cuſan⁹) quas tu egregie noſti O dilecta Tu proxima lucī: proxima illi tam immēſæ pulchritudini: quæ illius ſunt proprietates, magis noſti: veluti ſpiritui dei cognatior. Tu in nos condeſcentionē facis: & nos in te molimur aſcenſuz. Tu nos interrogas, ſi inuenerimus dilectum tuum: vbi cōtra abite purgatę, illuminatæ, & perfectę, cupetem⁹ effici certiores illius formę, quę ſupra omnem formam eſt: illius deſcriptionis: qui nullā nouit deſcriptionem: non definitionem vllam, qui omnium rerum definitio eſt. Is quidē, cui⁹ nec nomen, nec ratio. nec forma, immo nec intellect⁹ nec cognitio ē. qui ī altiſſimo receſſu diuinitatis ſuæ immenſam clauſionē (ſi iuxta quēdam dicere par eſt) habet. Quod Silentium & ceſſationem vocat Victorinus. Tu tamen O diua mater illum qui alioquin incognoſcibilis eſt, cognobilem nobis feciſti: & immenſum, in breui humanitate veluti tantilla tabella deſcriptuz coram exhibuiſti. Faciens vna cum Spiritu Sāncto, verbuz breuiatum ſuper terram. Qualis igitur ille dilectus tuus. Qui (ait Scholaſius in elegan. oratione) ſubſtantia ſubſtātificans eſt, Vita viuificans, Lumen illuminans, Scientia ſcientificans, Superſubſtantialis, Superuitalis, Sup luminis, Perignotus, Fortis, Deus ſpirituum, a cuius facie tremit cœlum & terra Herus animarum & corporum, Sāctus Sanctorum. Qui abſq̄ omni qualitate qualis eſt. Abſq̄ omni q̄ſtitate q̄tus, ſiue Spūs ſpecioſiſſimus. Qualis rogamus eſt dilect⁹ tuus, quia ſic adiuraſti nos? Nec enim ſic adiuraſſes O puriſſima virgo: niſi īgēs aliquid eſſet, id cui nunciandum amorem tuum volebas, quando ineſabile ſtupēdum anecphoniton numen eſt, niſi ex ipſa etiam nunciatione nobis magnus aliquis p̄fectus futur⁹ eſſet. Deſiderium quippe & votum omnium ſanctorum is eſt & Dux ipſe. Nazianzenus. ἐλπὶς ἡμετέρου ἡγεμονός Χριστός, & alibi, ζωή μοι Χριστός Spes noſtrę Dux Chriſt⁹ & vita mihi. ζωὴ ἀλλοθί μοι. In eo quippe vita qui pientiſſima omnium eſt vita & vere amātibus p̄cipue vita. hoc eſt nobis alibi, vitam eſſe. Conglutina nos eius amori O virgo. In ipſa indagatione & nunciatione & ſi quid aliud eſſet quod in eum referretur, magna continentur rerum momenta. Et quęremus cū tecum. Si nobis qualis ſit dilectus tuus ſignificaueris: poterimus in eius amorem & indagationem impelli. Exiſtimant eruditi nihil volitū eſſe: niſi idem præcognitū ſit. Et, ſi nonnulla audiuerimus de illius dilecti tui magnitudine & p̄ſtantia, tu O ingenti ſapientia virgo, plus omnibus & Prophetis & Apoſtolicis viris, qualis & quātus ſit noſti: te narrantem audire volum⁹ plura intellecturæ. Ex ore tuo diuino & pluſq̄ aureo auidæ & ſitibundę pendemus. Inueniſti enim (ait Theophanis) gratiam coram domino, quam inuenit nunq̄ alia q̄pia O puriſſ. Vt dicere poſſimus cum Regina Sabba. Verus eſt ſermo quem audiui in terra mea, ſuper ſermonibus tuis: & ſuper ſapientia tua, & non credebā narrantib⁹ mihi donec ipſa veni & vidi oculis meis: & probaui quod media pars mihi nuncīata non fuerit. Tu O virgo quæ tantas res corā vidiſti: audiſti & manibus altius & certius ſanctis omnibus, contrectaſti de verbo vitæ (vere Receptaculum dei (ait Theopha.) candelabrū luminis, Ade Reuocatio, Euę redemptio, Mōs ſanctus, Manifeſtum Sanctuarium, Sponſatrū immortalitatis) eadē diuina, noſtris oculis exhibebis: nos te & illuz quæremus. Neq̄ enim nobis fas eſt ſine te introire in domum domini: & cernere mirabilia de arcanis ſuis: de admiranda cum humanitate, tum diuinitate ſua. Nos O virgo membra, tu caput. Non eſt fas membris ſine capite in tanta ſpectacula videnda progredi: in ſapientiam, ſine diſpoſitiſſimo venite ordine: illi⁹ adita & ſanctos receſſus penetrare: O nullituca Lampas (ait) a deo ſtructus thalamus, arca legis, ipſum. l. datorem ſuſcipiens, ſponſa dei Per te (ait Damaſcenus) incomprehenſibilis, cum mortalibus conuerſatur. In te ſupra rationem & mentem incarnatus eſt, vt ipſe nouit. te matrem & omnium eccleſiarum dominam recognoſcemus. O virgo. Tu fons, vnde riuuli emanemus. Tu origo lucis & ſol lucidiſſimus totum irradians orbem. Nos tātilli ſplendores vtinam non tenebris ſuffuſi. At tui comparatiōe tenebrę ſum⁹. Tu cęlū nos tra īſidet primū

